BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 G
21

M

C J
S EE
O 7
N. 11.

12-30-G-21

# DVODECIM
## MIRABILES GYRI,
## AD MENTEM PLATONIS,
### ARISTOTELIS, ET THEOLOGORVM,
### TOTVM CVRSVM SCHOLASTICVM THEOLOGIÆ,
Philoſophiæ, & Logicæ, circumgyrantes.

CVM TRIBVS QVÆSTIONIBVS,

*CONTRA ALIQVOS VETERES,*

*& recentiores Scholaſticos*

IVLII GEMMELLI MONTAGNANENSIS,

Franciſcani Conuentualis, Artium, & Sacræ Theologiæ Magiſtri, & in florentiſſimo Gymnaſio Bononienſi eiuſdem Ordinis, Metaphyſicæ ordinarij interpretis.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

ALEXANDRVM PERETVM

CARDINALEM AMPLISS. DE MONTE ALTO

ET S. R. E. VICECANCELARIVM.

CVM PRIVILEGIO.




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Apud Robertum Meiettum. MDXCII.

12 30 G 21

# ILLVSTRISSIMO
## ET REVERENDIS.
## D. D. ALEXANDRO PERETO
Cardinali Ampliſſimo de monte Alto,
& S.R.E. Vicecancelario.

*F. Iulius Gemmellus Montagnanenſis ſic dicens, ſalutem exoptat perennem.*

SEX abhinc annis, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Princeps, mecum cum ipſe pergiraſſem, cui, Duodecim hos meos mirabiles gyros edendos, Quæſtionesq; annexas, commendarem, Illuſtriſſimæ PERETAE familiæ, lucidiſſimum, fœlicitansq; Sidus, SIXTVM V. P.M. auunculum tuum, de ſuperno gyro, hunc in inferiorem, ad eundem regulandum mirabiliterque dirigendum girare perſpexiſſem; Admirabili eius Protectioni, æternoque pergiranti fulgori, Corde, ſcriptiſque perpetuò

commendaueram. Sed (proh dolor), antequam eoſdem edere potuerim, cum ad ſupremum, & infinitum Gyrum, aureis, aureolisque ornatus, & coruſcans, morte intercedente, regirauerit, tuo nomini, fœliciſſimam eiuſdem memoriam æternanti, dicatos, commendatosque, eſſe volo: Vniuerſo orbi, tibique præcipue, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſ. Princeps, oſtendens, me, meosq; omnes, Illuſtriſſimę Peretorum familiæ, D. O. M. gratia ſemper gyraturæ, ſeruitutem ambire: Alexandrea igitur, Siſtenteque protectione, vbique hodie pergirante, eoſdem accipere, defendereq;, vt digneris, purpurei tui indumenti, venerandas deoſculans fimbrias, pleno, humilique corde peto. Vale SIXTI V. Exemplar, Romanæque Curiæ pergyrans mirabile Decus.

Venetijs Calendis Sextilis. M. D. XCII.

PRAE-

# PRAEFATIO
## AD LECTORES.

*QVID admiramini Lectores gratiſſimi? Gyrum diſcurrentem de gyris? ceſſet admiratio quæſo. Videatis enim, omnia entia in modum gyri eſſe, nedum creata, ſed & increata, à D. O. M. incipientes vſq; ad terræ profundiſſimum centrum: Deus eſt gyrus immobilis, & intellectualis, cuius centrum, vbique, & circumferentia nuſquam, ſine gyratione gyrans, ſcilicet non temporali, ſed æterna, in emanationibus, hypoſtaſibus, relationibus, notionibus, appropriatis, & attributis, quæ omnia, in Sanctiſſimo Ternario gyro reperiuntur, Creaturæ, aut intellectuales pure, ſeu purè Corporales, aut mixtæ, & rationales ſunt gyri, quod fieri, quoad eſſe, & quoad operari, à puncto, à quo tanquàm gyrantes, curuæ, lineæ, ductæ, ſcilicet ad D. O. M. fieri, eſſe, & operationes, (in iuſtitia & bonitate) reducuntur. Et præcipuè homines ſunt gyri, qui præuaricantes gyrum, perpendicularem lineam, ad infima facientes, per incarnationem Verbi Dei, Paſſionem, & virtutes, eandem recuruantes, in terra gyrantes, per ſacramentorum ſuſceptionem, à Chriſti Saluatoris noſtri, Paſſione, efficaciam habentiū, & poſt huiuſmodi, gyrouagam peregrinationem, in Reſurre-*

*ctione,*

*ctione, & iuditio vniuerſali, gyrum prefectiſſimum facientes, ad D. ſupremum, & infinitum gyrum, reuertuntur. Scientiæ omnes ſunt gyri, & præcipue Theologia, ipſa enim eſt gyrus, quia de Deo, de creaturis, incorporeis, corporeis, & mixtis, de aliquarũ caſu cũ obſtinatione, aliquarũ uerò lineæ Recuruatione (per Incarnationem Verbi Dei, Paſſionem, Virtutes ſacramentaque) tractat, ſemper gyrum in Deum terminans. Philoſophia naturalis eſt gyrus, quia gyratur à corpore naturali, tanquàm à puncto, & tractans de principijs, paſſionibus, & partibus, corporis eiuſdem, ad idem reuertitur. Logica eſt gyrus, tum quia per Gyrum diſcurſiuum preciſum habet actuale eſſe, cum etiam quia de prædicationibus vniuocis, & limitatis, de terminis, propoſitionibus, & Syllogiſmo formali, iudicatiuo, cum inuentiuo, & Euitando tractans, ad ſyllogiſmum, qui eſt duarum propoſitionum ad concluſionem gyrus, omnia reducit. Scholaſtici aliqui moderni ſunt gyri, qui in multis, cũ deberent gyrum facere, ad Veritatem rei, lineam apparentiæ, aliorum doctrinam nobiliſſimam dum damnant, faciunt perpendicularem. Ego quoque præſentis diſcurſus auctor, ſum gyrus, quia intellectu, & ſpeculatione, de duodecim gyris gyrantibus gyrans, contra nonnullos noſtræ tempeſtatis ſcholaſticos, Scotum ſubtiliſſimum, ſcientiarum omnium Illuſtratorem, non intelligentes, etiam gyros Veritatis adducens, contra eorundem lineas perpendiculares gyrare intendo. Propterea de Gyris gyrans confeci coronam, & gyrum. Admiremini igitur non factum, cum à pluribus ſcriptoribus confuſe tractetur, ſed cauſam facti, cum inuentione & ordine.*

*Quo faciliter hunc tractatum legentes, de cunctis, & ſingulis, vt Platonici, Philoſophi, Aſtronomi, Medici, & Logici, imò vt Theologi, & Cabaliſtici, diſcurrere poteritis; Et diſcurrentes, D. O. M: Sixto V. Fœliciſſi. recordationis P. Alexandroq́ue Pereto, herroi Illuſtriſſimo, gratias agatis; Deo, qui mihi intellectum, de gyris gyrantem, cum conſequentibus dedit; Sixto, qui gyrans prouidentia ſingulari, & ineffabili, a S. D. obtenta, omnes ad Deum regirare, viuens contendebat; Alexandro qui animi virtute, ad ſui imitationem, amorem, & ſummam obſeruantiam, cunctos, & ſingulos, mirabili cum gyro, trahit; Et me, huiuſmodi præclaros, Gratiæ, Prouidentiæ, & virtutis, gyros contemplantem, pergyrantem tractatum hunc, de gyris, ſcribere fecerunt. Valete, & orate.*

INTRO-

# INTRODVCTIO.

QVONIAM Gyrus, quadruplicem habere poteſt intelligentiam, & vnaqueque in triplicem poteſt regyrari gyrum, hinc factum eſt, vt ſententiarum Theologalium Compilator methodicus, tractatum ſuum, de omnibus, quæ ſunt ſupra cœlum, infra cœlum, ſub cœlo, & ſubtus cœlum, gyris; in quatuor libros, quaſi in quatuor principales gyros, ſit partitus; Gyrorumq; illorũ vnumquemq;, ſecũdũ triplicẽ gyrum ſit contẽplatus, & ita in duodecim gyris, cũcta quæ dici poſſunt, de Deo, & Creaturis, eſt complexus. Quos gyros, ad mentem Platonicorum, & Peripateticorum, tractare intendo; ſed præcipuè Theologorum aſſerens cum Platonicis, & Peripateticis, aſſerenda; & neganda negans, de mente Platonis, & Ariſt. Cum Theologis autem, Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ, cuius ſupremus in terris admirandus gyrus, extitit, Sixtus V. P. M. conformis, cuncta theologalia tractanda dogmata, determinabo: & ita duodecim gyris ſubgyrantibus, totum de gyris, gyrum, pergyrabo.

Gyrus, vt gyrare incipiam, primò dicitur, ſpecialis ambitus cœli, i. conuexa ſuperficies cœli.

Gyrus, ſecundò dicitur maior circulus, ſphæræ cœli, quo non eſt aliquis maior, in ſphæra cœli, & tranſit, per centrum terræ, quod eſt centrum cœli; vnde Æquinoctialis, dicitur gyrus cœli, qui etiam dicitur, cingulum orbis; & vterque Colurus, ſic poteſt, de mente Aſtronomorum, appellari gyrus.

Gyrus, tertiò dicitur, regyratio primi in vltimum, & vltimi in primum, & hoc modo Zodiacus, dicitur gyrus in quo gyratur ſol, ab oriente, in oriens, per occidens.

Gyrus, dicitur quartò, reuolutio Eptaſiderea circa polum; & ſecundum has acceptiones, ſummuntur quatuor theologalium ſententiarum libri, in nouem partes diuiſi, ſecundum quod de nouem eſſe, tractatur, in centum octuaginta, & duabus, diſtinctionibus.

De eſſe Diuino, ecce primum.

De eſſe cognito creaturarum, ecce alterum.

De

De eſſe volito, ecce tertium.
De eſſe exiſtentiæ, ecce quartum.
De eſſe vnionis, ecce quintum.
De eſſe reſtaurationis, ecce ſextum.
De eſſe exornationis, ecce ſeptimum.
De eſſe ſantificationis, ecce octauum.
De eſſe glorificationis, ecce nonum.
De nonò, agitur, ab vltima, diſtinctione, Quarti, vſque ad 43.
De octauò, à 43. vſque ad primam Quarti.
De ſeptimò, ab vltima D. tertij, vſque ad 23.
De ſextò, à 23. vſque ad 14.
De quintò, à 14. vſque ad primam.
De quartò, in ſecundò, per totum.
De tertiò, à 48. primi, vſque ad 40.
De ſecundò, à 40. vſque ad 36.

De primò, à 36. vſque ad primam primi: & omnia iſta, ſunt ad modum, gyrorum gyrantium, ad ſupremum, & primum gyrum, ſcilicet eſſe D. O. M.

Primum eſſe creaturarum, ſcilicet cognitum, reducitur ad primũ gyrum; quia nihil volitum, niſi præcognitum.

Eſſe volitum, quia Deus condidit mundum volũtate infinita.

Eſſe exiſtentiæ, in principio enim, creauit Deus cœlum, & terram.

Eſſe vnionis iuxta illud diui Pauli, cum venit plenitudo temporis miſit Deus, filium ſuum.

Eſſe reſtaurationis, iuxta dictum illud, empti enim eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.

Eſſe exornationis, quia omnis virtus, à domino Deo eſt.

Eſſe ſanctificationis, quia gratia Dei per Ieſum Chriſtum.

Eſſe glorificationis, poſtremo, quia reformabit, D. I corpus humilitatis noſtræ, configuratum, corpori, claritatis ſuæ; & ita omnes gyri, vnũ faciunt perfectum gyrum; eo quod, ad vnum ſupremum gyrum, à quo gyrantur, reducuntur.

Ad quatuor autem, primos gyros regyrans; principalem gyrum, materiam primi libri ſignantem, ſecundum triplicem gyrum, contemplans, dico.

Primus ſubgyrans gyrus, eſt de Deo in ſe.

Secundus ſubgyrans gyrus, eſt de Deo, reſpectu Emanationum; Hypoſtaſum; Proprietatum; Relationum; & Notionum.

Tertius ſubgyrans gyrus, eſt de Deo, reſpectu Miſericordiæ, & Iuſtitiæ, in Prædeſtinatione, & Reprobatione; Qui tres gyri, in vndecim partes diuidi poſſunt, longa, & notificatiua diuiſione, ad bimembrẽ

 reducibili;

reducibili; Et quoniam quadraginta, & octo ſunt diſtinctiones in tribus gyris; Notandum quòd.

Prima pars completur in prima diſt.
Secunda in ſecunda.
Tertia a tertia, vſque ad 10.
Quarta a 10. vſque ad 19.
Quinta a 19. vſque ad 21.
Sexta a 21. vſque ad 36.
Septima a 36. vſque ad 40.
Octaua a 40. vſque ad 82.
Nona a 42. vſque ad 43.
Decima in 44.
Vndecima a 44. vſque ad 48. & vltimam.

A 48. vſque ad 45. agitur de D. voluntate.

A 45. vſque 44. de Diu. omnipotentia, ſecundum quantitatem.

In 44. de eadem ſecundum qualitatem.

In 43. de eadem in ſe.

A 42. vſque ad 40. de D. prædeſtinatione.

A 40. vſque ad 36. de D. ſcientia.

A 36. vſque ad 21. de nominibus, Prædicantibus, conſtituentibus, diſtinguentibus, & manifeſtantibus conſtituta, & diſtincta.

A 21 vſque ad 19. de relationibus communibus.

A 19. vſque ad 10. de pertinentibus ad perſonam Spiritusſancti.

A 10. vſque ad tertiam, de pertinentibus ad perſonam filij, & Patris. In ſecunda de emanationum poſſibilitate, & in prima, de Dei fruitione, & creaturarum vſu.

De primo gyro intelligi poteſt dictum id Ex 37. Corona aurea ſuper gyrum. i. vnitas Diuinitatis & eſſentiæ, in tribus non numerata, ſed regyrata.

De ſecundo gyro id Eccl. 43. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ. i. dignitatem Pater Communicauit filio, & cum filio Spirituiſancto.

De tertio gyro, ſcriptum eſt, gyrans migrare fecit ſupple Miſericordia & Iuſtitia.

Secundus gyrus principalis, eſt maior circulus tranſiens per centrū ſpheræ. i. centrum omnium creaturarum, & ſignat materiam ſecundi ſententiarum, in quo de triplici agitur gyro.

Primus gyrus ſubgyrans eſt de Creatione in vniuerſali, & Angelicæ naturæ.

Secundus gyrus ſubgyrans eſt de creatione & eſſe Creaturæ merè corporalis.

Tertius gyrus ſubgyrans eſt de creatione creaturæ mixtę, hominis, ſcilicet.

ſcilicet, quoad conſtitutionem, conſeruationem, & deſtitutionem, quoad ſe, & poſteros, cum defectibus conſequentibus

Qui tres Gyri quadraginta, & quatuor Diſt. contenti in ſex diuiduntur, & regyrantur partes.

Prima pars eſt a prima diſt. 2. vſque ad 11.

Secunda ab 11 vſque ad 15.

Tertia a 15 vſque ad 20.

Quarta a 20. vſque ad 29. & 33.

Quinta a 33. vſque ad 39.

Sexta a 39. vſque ad vltimam, quæ eſt. 44.

A 44. vſque ad 39. agitur de actibus exterioribus in genere, & ſpecie, bonis, & malis.

A 39. vſque ad 33. de peccatis actualibus. Poſterum ſecundum ſe, & ſuas cauſas.

A 33. vſque 29. & 20. de deſtitutione quantum ad poſteros, & ad ſe.

A 20. vſque ad 15. de conſtitutione hominis, & conſeruatione.

A 15. vſque ad 11. de creatura purè corporea.

A 11. vſque ad primam, de natura Angelica in genere, & ſpecie, cum caſu, & confirmatione.

De primò gyro intelligi poteſt id ſapiētiæ, & gyro vallabat abyſſos.

De ſecundo gyro, id gyrum cœli circuiui ſola.

De tertiò hoc meum dictum, gyrus gyrauit gyrum, a gyrante gyratum.

Tertius in ordine principalis gyrus eſt obliquus, quod ſignat materiam tertij ſententiarum, in quo de lineæ perpendicularis obliquatione, & ſurſum recuruatione per æterni Verbi incarnationem tractatur ſecundum triplicem gyrum.

Primus gyrus ſubgyrans eſt, Incarnationis quo primum vltimo eſt coniunctum.

Secundus gyrus ſubgyrans eſt Redemptionis, & Paſſionis, quo vltimum primo reunitum.

Tertius gyrus ſubgyrans eſt reformationis per virtutes, Dona, præcepta, & beatitudines, quo infimum, & vltimum reunitum, & regyratum fruitur ſupremo. Qui omnes ſubgyrantes gyri continentur in quadraginta diſt. in octo partes diuiſis.

Prima pars eſt a prima vſque ad 14.

Secunda a 14. vſque ad 23.

Tertia a 23. vſque ad 26.

Quarta a 26. ad 27.

Quinta a 27. ad 33.

Sexta a 33.ad 34.
Septima a 34.ad 37.
Octaua a 37.ad 40.& vltimam.
A 40 vſque ad 37.agitur de præceptis.
A 37.ad 34.de donis.
A 34.ad 33.de virtutibus Cardinalibus.
A 33.ad 27.de charitate.
A 27.ad 26.de ſpe.
A 26.ad 23.de fide.
A 23.ad 14.de ſpectantibus ad mortem & paſſionem Chriſti.

A 14 ad primam de ſpectantibus ad incarnationem,& vitam Chriſti. Hunc triplicem gyrum in tot partes regyratum innuit Eccleſ. 1. quando d. oritur ſol & occidit, & in circulos ſuos reuertitur, gyrat per Meridiem,& flectitur ad Aquilonem.

Primus gyrus innuitur,cum d. oritur ſol ſcilicet in incarnatione.

Secundus gyrus innuitur cum d.& occidit.ſ.in Paſſione,& morte.

Tertius gyrus innuit cum d.& in circulos ſuos reuertitur per reſurrectionem,gyrat per Meridiem per gratuitam reformationem; & flectitur ad aquilonem per beatitudinem collatam donis, præceptis & virtutibus mediantibus.

Quartus gyrus Principalis dicitur reuolutio Eptaſiderea circa polum,de quo miſtice Iob 38. dicitur. Nunquid plicare poteris Micantes pleiades ſtellas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare? ſignum Arcturi eſt ſeptem ſtellarum, vt dicit Iſidorus, indeſinenter regyratarum circa pollum,& eſt poſt caudam Vrſæ Maioris,& ſignat materiam quarti ſententiarū. Nam iſte gyrus ſeptem ſtellarum,ſignificat gyrum ſeptem ſacramentorum nouæ legis; qui gyrantur continue circa pollum, quia ſacramenta totam efficaciam ſuam a pollo Paſſiones Chriſti Ieſu exhibitæ actu interiori,& exteriori,& acceptatæ a D.Voluntate,ſortiuntur. Dicuntur gyri,quia abluendi,ad ſacramenta.Confugimus, & abluti ad ſacramenta regredimur. Conſideratur autem huiuſmodi gyrus, ſecundum triplicem gyrum.

Primus gyrus ſubgyrans eſt ſacramentalis expiationis, in genere de quo dictum eſt, nunquid gyrum Arcturi diſſipare poteris?

Secundus gyrus eſt Sacramentorum nouæ legis,de quo Dauid vox Domini ſuper aquas &c.

Tertius gyrus eſt de ciuitate ſuperna beatorum, & domo inferna damnatorum de quo Ioannes vidi ciuitatem ſanctam &c. Et Dauid, ſagittas meas complebo in eis.

Qui tres gyri,quinquaginta diſt. Contenti in quatuor diuiduntur partes.

Prima

Prima pars continetur in prima diſt.per totum.

Secunda a 2.ad 43.

Tertia a 43.ad 49.

Quarta a 49.ad 50.

In 50.agitur de diuerſitate manſionum in cœlo,& in inferno.

A 49.ad 45.de reſurrectione, & pertinentibus ad iuditiũ vniuerſale.

A 45.ad 2.de ſeptem Sacramentis nouæ legis.

In prima de Sacramentis in genere , & veteris legis . Et ita in quatuor gyris principalibus,& duodecim ſubgyrantibus de quibus ex inſtituto ſum acturus D. O. M. gyrum Intellectus mei regyrante,continentur omnia,de quibus principaliter loquutus eſt Plato ille diuinus,& Ariſtoteles , ſimul & Theologi. Plato in hyerogliphycis Dialogis a paucis intellectis,Ariſtoteles,in Logica, & vtraque Philoſophia, theologi in quatuor ſententiarum libris. Et quoniam in vniuerſali hucuſque gyraui de omnibus gyris ; Ecce quod ſingilatim primò cum Platone.Secundò cum Ariſt. Tertiò cum Theologis,poſt indicem, eorundem Nobiliſſimum gyrum,gyrare incipio.

F I N I S.

INDEX

# INDEX
# GENERALIVM
## CONCEPTVVM
## IN DVODECIM
## MIRABILIBVS GYRIS
Summa cum diligentia explicatorum.

*In Primo triplicato Gyro ſecundum Platonicos.*

DE D. O. M. *exiſtentia,*
*Aeternitate.*
*Vnitate.*
*Veritate.*
*Bonitate.* *Simplicitate.*

In eodem ſecundum Peripateticos.

DE D. O. M. *exiſtentia.*
*Per ſe notionalitate.*
*Primitate.* *Immobilitate.*
*Actione.* *Terminatione.*
*Aeternitate.* *Infinitate.*

In primo ſecundum Theologos.

DE D. O. M. *Veritate eſſentiæ.*
*Vnitate impartibili.*
*Trinitate perſonarum.* *Incomprehenſibilitate.*
*Ordine.* *Diſtinctione.*
*Identitate.* *Incircumſcriptibilitate.*
*Circumincceſſione.* *Infinitate.*
*Aeternitate.* *Simplicitate.*

In ſecundo ſecundum Theologos.

DE *numero emanationum & productionum diuinarum.*
*Septuplici verbi æterni conſideratione in reſpectu ad patrem, vt ſ. eſt ex patre. In patre, cũ patre, a patre, pro patre, ſub patre, & ad patrẽ.*
*Quadruplici contemplatione in emanatione Spirituſſancti.*
*Numero relationum. Proprietatum & Notionum.*

In tertio ſecundum Theologos.

DE D. O. M. *regyratione in Miſericordia, & iuſtitia, quæ duo in omnibus rebus, (quæcunque ſint) reperiuntur, & præcipue in rationabi*

*li creatura, reſpectu prædeſtinationis, & reprobationis.*

In quarto Gyro ſecundum Platonicos.

*De mundi inceptione libera & voluntaria a Deo.*

In eodem ſecundum Peripateticos.

*DE mundi æterna neceſſaria exiſtentia cum dependentia tamen, & relatione ad vnum primum motorem neceſſario agentem, ſtante ſemper rerum contingentium contingentia.*

In eodem ſecundum Theologos.

*DE rerum omnium creabilium creatione in genere.*
*Angelorum.*
*Eſſe eorundem.*
*Menſura. Cognitione multiplici.*
*Relatione. Actione.*
*Loco. Merito beatitudinis.*
*Diſtinctione & Ordine.*

In quinto Gyro ſecundum Platonicos.

*DE cæleſtibus orbibus.*
*Eorum nobili numerali diſtinctione.*
*De elementorum exiſtentia.*
*Quatternario numero, pro quo multa Platonica deteguntur arcana.*

In eodem ſecundum Peripateticos.

*REcenſentur decem, & octo tractatus naturalis Philoſophiæ, iuxta decem, & octo genera principalia naturalium.*
*De numero, & ſpecie motuum cæleſtium orbium, & eorundem materia.*
*De diuiſione eorum ſecundum Aſtronomos, eßentiali, & accidentali.*
*De planetarum naturis, & domibus in Zodiaci ſignis.*
*De exiſtentia, & eſſentia elementorum.*
*De Meteorologicis impreßionibus, quæ in iiſdem fiunt.*

In eodem ſecundum Theologos.

*De operibus creationis in quinque diebus cumulata contemplatio.*

In ſexto Gyro ſecundum Platonicos.

*De hominis, idearum colligantia, ab eo appellati, eſſentia, & compoſitione.*

In eodem ſecundum Peripateticos.

*QVomodo homo ſit vnus ex quinque mundis vndecunque admirãdus, vnde ei cedunt mirabilia mundi artefacta in ſeptenario numero enumerata.*
*De generibus, & modis animarum, ſcilicet vegetali ſentiente, & intelligente.*
*De ſenſibus exterioribus, & interioribus.*
*De intellectus immortalitate.*
*De diſcurſu intellectus quo Ariſtoteles logicum compilauit tractatum.*

In

In eodem ſecundum Theologos.

OMmiſſo tractatu de hominis naturalibus. De peccato in genere, eiusq; ſpeciebus & exitio; & poſtremo de earundem diſcreta cognitione a priori per quattuordecim gradus; quo homo gratuitis fuit priuatus, & in naturalibus vulneratus, cum Dauid in Pſalmo Saluum me fac Deus, & Henrico de Gandauo diſcurritur.

In ſeptimo Gyro ſecundum Theologos tantum pergyrato.

DE ineffabili Incarnatione verbi Dei; ſeptem; vt ſic, conſiderati modis, Vt ex matre. In matre; cum matre; A matre; Pro matre; ſub matre & ad matrem.

In octauo Gyro ſecundum Theologos.

DE Chriſti Saluatoris paſſione, pius, & eccellens diſcurſus, ex viſione quatuor animalium cum diuerſitate vultuum & facierum Ezechielis Prophetæ depromptus; quo multa deteguntur arcana circa neceſſitatem; flagellationem; Spineæ coronæ delationem; tolle tolle clamoroſam repetitionem; Mortis deſtinationem. In Cruce verborum prolationem; poſtremoq; capitis Sanctiſſimi inclinationem.

In nono Gyro ſecundum Theologos.

DE virtutum Theologalium, & Cardinalium eſſentia, nobilitate, & triplicatis gradibus, cum ſimilitudinibus ad piorum inſtructionem.

Interponuntur tres diſcurſus, ſcilicet de natura, & debellatione quinque inimicorum hominis; de mortis nobilitate; & eccellentia virginitatis.

In Decimo Gyro ſecundum Theologos.

DE Sacramentis in genere ſeptemq; nouæ legis enumeratione a Dauid in pſal. afferte Domino innutis cum ſeptenaria vocum repetitione illa vox Domini ſuper aquas &c.

De miſterio numeri ſeptenarij, in quo a Chriſto inſtituta fuere.

Interponitur breuis diſcurſus Cabaliſtarum de decem Midot, ſeu attributis. D. O. M.

In vndecimo Gyro ſecundum Theologos.

DE ſingulis ſeptem mirabilibus vocibus, quibus ſingula Sacramenta nouæ legis, a Chriſto inſtituta fuere; vbi omnia & ſingula, quæ per ſcholaſticos, & Canoniſtas enarrari methodice poſſunt, enarrantur.

In Duodecimo Gyro ſecundum Theologos.

DE ſuperna Ciuitate Gieruſalem, Gyrorum omnium rationabilium in gratia ſe pergyrantium fine; & domo confuſiua inferni, pro ſe non conuertentibus, & congyrantibus ad omnium gyrorum gyratorum, Gyrantem Gyrum, D. J. O. M. parata.

F I N I S.

# INDEX RERVM
## MATERIARVMQVE MAXIME
### MEMORABILIVM ET NOTATV

digniſſimarum quæ in hiſce Gyris

Reuerendi Patris F. IVLII GEMMELLI Montagnanenſis ordinis S. FRANCISCI

*Sacræ Theologiæ Magiſtri paſſim legentibus occurrere poßunt, pro operis mole ut ſat copioſus, ita & miro ordine ſerie Alphabetica digeſtus.*

In quo prior numerus paginam ſeu folium littera A priorem B alteram eiuſdem folij faciem indicant.

*A*


*ABſtractum primum ſecundũ Auerroẽ nõ ſolum dat cœleſti corpori, materia; ſed eſſe, & permanentiam æternam in ſua ſubſtantia.* p.23.b

*Abſtinentia eſt filia, ſeu ſocia temperantiæ.* 106.a

*Abſtinentiæ gradus quot ſint.* ibid.

*Accidentia ſimbola omnia pluribus formis eadem numero remanent in genito, & corrupto.* 51.b

*Accidentia formalia fundantur in mixto animato.* 52.b & 53.a

*Accidentia alterius generis fundantur in mixto.* ibid.

*Acceptio triplex iuſtitiæ.* 102.a

*Actus diuinæ voluntatis circa prædeſtinationem ſunt decem.* 16.b & 17.a

*Actus prædeſtinationis ſunt quinque.* 17.b

*Actus dilectionis ſunt quinq;.* 18.a
*Actus phantaſiæ quintuplex.* 71.a
*Actus eſt duplex,* 72.b
*Actus ſecundus eſt ſubſtantia de mente Archangeli.* ibid.
*Actuum paſſionis Chriſti figura.* 86.a
*Acqua quid ſit.* 42.b & 58.b
*Acquarum congregatio quid ſit.* 63.b
*Aer quid ſit.* 42.b & 58.b
*Aliqua ſolum habent eſſe de mente Platonis.* 1.b.
*Aliqua ſolum fieri.* ibid.
*Aliqua ſimul eſſe, & fieri.* ibid.
*Aliqua ſimul fieri, & eſſe.* ibid.
*Aliqua ſupereſſe, & fieri.* ibid.
*Aliqua ſubeſſe oībus, & fieri.* ibid.
*Aliquid eſt per ſe notum duplici de cauſa.* 4.a
*Aliquis deſtinatur morti, quinq; de cauſis.* 89.b
*Aliquod obiectum eſſe primo cognitū contingit tripliciter.* 141.a
*Alexander negat ſecundum Ariſt. Deum eſſe cauſam rerum æternarum.* 23.a
*Aleph quid ſignificat.* 2.b
*Amor perfectiſſimus quid ſit ſecundum Triſmegiſtum, Orpheum, Parmenidem, & Heſiodum.* 1.b
*Amor eſt Deus ſecundum Platonem.* ibid.
*Amor bonus eſt principium mediū & finis omnium.* ibid.
*Amethyſtus quid ſit.* 133.a
*Angelus habet numerum.* 1.b
*Angelus quid ſit.* 28.a
*Angelus eſt ſubſtantia.* ibid.
*Angelus eſt materialis.* ibid.
*Angelus eſt inuiſibilis.* ibid.
*Angelus eſt intellectu perſpicax.* ibid.
*Angelus eſt voluntate pollens.* ibid.
*Angelus eſt miniſtrans Deo.* ibid.
*Angelorum menſura eſt quintuplex.* 28.b
*Angelorum attributa ſunt quatuor.* ibid.
*Angelorum & animarum menſura eſt quinternum.* 29.a
*Angeli quando dicātur intellectuales.* ibid.
*Angelorum cognitio quatuplex, & quid ſit.* 29.b
*Angeli quomodo poſſint proficere, in cognitione.* ibid.
*Angeli non cognoſcunt miſteria gratiæ naturaliter.* 30.a
*Angelus poteſt aſſumere corpus.* 33.b
*Angelus quomodo aſſumat corpus ſecundum D. Thomam, & Scot.* ibid.
*Angelus in corpore aſſumpto, quo modo comedat.* 34.a
*Angeli non poſſunt generare.* ibid.
*Angelus quomodo ſit in loco, & rationes.* 34. & 35.a
*Angelorum motus.* 35.b
*Angelus mouetur motu continuo.* ibid.
*Angelus moueatur à ſeipſo.* ibid.
*Angelus quomodo mouetur in inſtanti, & quomodo non.* 36.a
*Angelus quomodo moueatur tranſeundo medium, & quomodo non.* ibid.
*Angelorū diſtinctio, & ordo.* 37.a
*Angelorum chori quot ſint, & quare*

re ſic dicantur. 38.a.& b
Angelorum creationis cur non meminerit ſcriptura. 62.b
Angeli habēt per participationem proprietates quæ eſſentialiter conueniunt uerbo. 115.b & 116.a
Anima habet numerum. 1.b
Anima noſtra quomodo poſſit peruenire ad beatitudinem ſecundū Iamblicum & Porphiriū. 21.b
Animarum ſupercœleſtium ſpherarum numerus & ordo. 40.a
Anima rationalis quid ſit. 71.& 42.
Anima rationalis non eſt materia, ſed forma. ibid.
Anima rationalis eſt immortalis. ibid.
Anima eſt in ſubiecto. Ibid.
Anima rationalis ſecundum Ariſt. eſt duplex. 72.b
Animæ operatio eſt duplex. 73.a
Animalia aquea, terrea, & aerea producta ſunt quinta die. 64.a
Annus vnde ſit dictus. 41.b
Annorum diſtinctio vnde ſit. 62.a
A primo ente omnibus communicatum eſt eſſe. 24.a
Aquarius de Creatione quā ex mēte ponit Ariſt. impugnatur. 23.b
Ariſt. poſuit gyrum supercœleſtem in triplici gyro. 3.b
Ariſt. 12. meth. concludit primam intelligentiam eſſe immobilem. ibid.
Ariſt. fatetur noctuam videre. 4.a
Ariſt. quomodo poſuerit cōpoſitionem. 48.a
Ariſt. & Platonis concordia de ſcientia. 67.b
Archangelus Mercenarius laudatur. 37.a
Architectus ſanctæ Ciuitatis quis ſit. 131.b
Articuli fidei quomodo ſint duodecim, & quō quatuordecim. 94.b
Articuli fidei verbatim extracti ex ueteri teſtamento. ibid. & 95.a
Aſpectus ſignorum, & Planetarū, & quid ſint. 57.a & b
Aſtrologi probant elementa eſſe in cœlo. 42.a
Aſtrologiæ nobilitas. 55.a
Aſtrologiæ neceſſitas. ibid.b
Attributa Angelorum ſunt quattuor. 28.b
Attributa quomodo diſtinguantur ab eſſentia diuina. 31.a
Auditus quid ſit. 70.a
Augmentatiua quid ſit. 69.b
Aueroes irridet Creationem. 23.a

B

Baptiſmus eſt inſtitutus a Chriſto. 115.b
Baptiſmi figura a Dauid decantata. 117.b
Baptiſmi multiplex acceptio. 118.a
Differentia inter baptiſmum ſanguinis & aquæ. ibid.
Baptiſmus fluminis quid ſit. 118.b
Ad integritatem baptiſmi quatuor requiruntur. ibid.
Baptiſmus quomodo differat a Circumciſione. ibid.
Baptiſmi quattuor effectus. 119.a
Baptiſmi priuilegia. ibid.a & b
Baptiſmi mirabilia multa. ibid.

*Beata Virgo Maria fuit ſine peccato originali.* 76.a
*Beata Virgo qualiter fuit ſanctificata.* ibid.
*Beata Virgo in utero fuit ſanctificata in quattuor.* ibid.
*In Beata Virg. ſex facta fuerunt in ſecunda ſanctificatione.* ibid.
*Beatæ Virg. ſanctificationis quinq; ſunt gradus.* ibid.b
*Beata Virgo, quomodo ſit, & dicatur immaculata.* ibid.
*Beata Virgo fuit redempta præſeruatiuè.* 85.b
*Beatitudinis Angelorum meritum.* 36.a
*Beda quid ſenſerit de firmamento.* 63 a
*Beryllus quid ſit.* 133.b
*Beth quid ſignificat.* 2.b & 3.a

C

*Cabala eſt multiplex.* p.2.b
*Calcedonius quid ſit.* 133.a
*Caro quomodo ſit inimicus hominis.* 104.a
*Caſtitas ĩ genere eſt triplex.* 106.b
*Caſtitatis excellentia.* ibid.
*Cauſa motus finita non mouet per tempus infinitum.* 4.b
*Cælum habet potentiam infinitã ſecundum Comment.* 4.b & 5.a
*Cælum an habeat potentiam actiuam, vel paſſiuam ſuæ gyrationis ſecundum eundẽ Comm.* 5.a
*Cælum quomodo calefacit hæc inferiora.* ibid.
*Cælum dupliciter cõſideratur.* 24.a
*Cæleſtium globorum ordo diſpoſitionis.* 41.a
*Cælum an ſit compoſitum.* 48.b
*Cœli materia quęnam ſit.* ibid.
*Cælum non mouetur neque ſurſum, neque deorſum, ſed circulariter.* 49.b
*Cælum non eſt factum neque corrumpitur ſecundum Ariſt.* ibid.
*Cauſa alteritatis materiæ cœli, & horum inferiorum.* ibid.
*Cælorum diuiſio ſecundum Aſtronomos.* 53.a
*Cælorum motus ſecundum Auic. Ptolom. & alios.* ibid.b
*Cœli diuiſio ſecũdum accidens.* 56 a
*Cælum in ſcripturis accipitur tripliciter, & quomodo.* 61.a
*Chaos triplex ſecundum Plato.* 1.b
*Chriſtus quattuor modis Angelis comparari potuit.* 12.a
*Chriſtus etſi Adam nõ peccaſſet incarnatus eſſet.* 80.a
*Chriſtus conceptus a matre ſine peccato.* 82.b
*Chriſti trãsfigur. quadruplex.* 83.a
*Chriſtus a matre quomodo fuit magnus.* 85.a
*Chriſtus quomodo paruulus.* ibid.
*Chriſtus quomodo conſiliarius.* ibi.
*Chriſtus quomodo Deus fortis.* ibi.
*Chriſtus quomodo pater futuri ſaculi.* ibid.
*Chriſtus quomodo princeps pacis.* ibid.
*Chriſtus quomodo natus, et datus.* ibid.
*Chriſti paſſionis actuũ figura.* 86.a
*Chriſti paſſio fuit expediens vndecim de cauſis.* 86.b. & 87.a
*Chriſtus quomodo oſtendit ſe eſſe*

humana

humana facie. 87.b

Chriſti maximus dolor duplex. ibid.

Chriſtus oſtendit ſe cum facie Leonis quinque vicibus. ibi.& 88.a

Chriſtus quomodo oſtendit ſe ſimilem vitulo. 88.b

Chriſtus quomodo oſtendit ſe ſimilem Aquilæ. ibid.

Chriſtus oſtendit ſe ſimilem homini ſecundo. ibid.

Chriſtus oſtendit ſe ſimilem Leoni ſecundo. 89.a

Chriſtus an debuerit flagellari. ibid.b

Chriſtus non debuit morti declinari. ibid.

Chriſtus portauit ſpineam coronam duodecim de cauſis. 90. a & b

Chriſtus ſimilis vitulo apparuit ſecundo. 90.b

Chriſtus ſimilis Aquilæ ſecundo apparuit. ibi.

Chriſtus loquutus eſt ſeptẽ verba in Cruce quibus euenerunt ſeptem mirabilia, & quæ. p.90.b & 91.a

Chriſtus multis modis accipitur ſecundum Theologos. 99.b

Charitatis maioritas quid ſit. 100.a

Charitatis gradus. ibid.

Charitatis ſimilitudines. 101.a

Charitas triplex. ibid.

Character eſt indelebilis. 127.b

Chryſolitus quid ſit. 153.b

Chryſopaſſus quid ſit. ibid.

Circumincesſio in Deo quid ſit. 8.b

Circuli ſpherarum. 56.b

Circunciſionis quatuor tempora. 119.a

Circunciſio quando fuerit euacuata. ibid.

Cogitatio cordis dupliciter cognoſci poteſt. 30.a

Cognitio Dei diuerſimodè appellatur a Theologis. 16.b

Cognitio angelorum duplex. 29.b

Cognitio matutina quæ nam ſit. ibid.

Cognitio matutina duplex. ibid.

Cognitio meridiana quid. ibid.

Cognitio veſpertina quid. ibid.

Cognitio naturalis. ibid.

Cognitio reuelationis ſecundum Dion. ibid.

Cognitio cordis dupliciter cognoſci poteſt. 30.a

Cognitio eſt duplex, diuina, ſcilicet, & humana. 147.a

Cognitio diuina eſt duplex & quæ. ibid.

Cognitio humana eſt duplex et quæ. ibid.

Columnæ ſeptem quæ nam fuerint. 117.b

Compendium totius Methaphyſ. 24.b.& 25 a

Compẽdium totius Philoſophiæ naturalis. 44.b & 45 a

Compendium librorum de anima Ariſt. 69.a

Compendiũ Prædicamẽtorũ. 73.a

Compendium Perihermenias. ibid.

Compendium lib.priorum & poſteriorum. ibid.

Compendium lib.Top. ibid.b

Compendium Elenchorum. ibid.

Compendium paſſionis ad quattuor cap.redactum. 86.a

Compoſitio quomodo detur ab Ariſt.

*Ariſt.* 48.a
*Compoſitum ſupponit formam ſpecificam.* 51.a
*Compoſitio Platonica animæ.* 66.a
*Comparationes fidei, ſpei, & charitatis adinuicem.* 100.b
*Conceptum oppoſitum nemo poteſt habere illius quòd eſt per ſe notum.* 3.b
*Conceptus de Transfiguratione.* 83.a
*Conceptus octo quare Chriſtus inclinauit caput.* 91.a & b
*Conceptus Theologalis de Sacramentis.* 112.b
*Conceptus eſt triplex.* 141.b
*Conditiones relationis conſtitutiuæ.* 14.a
*Conditiones identitatis realis.* 31.b
*Cōditiones diſtinctionis realis.* 32.a
*Conditiones requiſitæ ad vnitatem motus.* 46.b
*Contemplatio D. Damaſceni de Transfiguratione.* 84 a & b. *vbi pulchra vide.*
*Concordia, Platonis, & Ariſt. de noſtra ſcientia.* 69.b
*Corporum tria genera.* 21 b
*Corruptibilium menſura eſt tempus.* 29 a
*Corpus aſſumptum quale.* 33.b
*Corpus ab Angelo aſſumptum non poteſt vegetari.* 34 a
*Corpus Chriſti quomodo ſit in Sacramento.* 122 & 123
*Conſiderationes elementorum.* 43 b
*Conſiderationes quinque de Sacramentis.* 115 b
*Contra negantes principia non eſt diſputandum.* 23 b
*Creatura non poteſt cognoſcere Deum ex proprijs.* 7 b
*Creaturæ quomodo habeant verius eſſe in mente diuina quàm in ſe.* 9 a
*Creatio Angelorum ſecundum Platon.* 21 a
*Creationem non dari de mente Ariſt. in principio temporis oſtenditur.* 22 b & 23.24
*Creatio eſt poſſibilis.* 27 a
*Creatio libera quid ſit.* ibid.
*Creatio excludit eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ non autem eſſe cognitum; & volitum.* 27 b
*Creatio Angelorum.* 28 a
*Creatura ſex diebus fuit producta, & quomodo.* 60 a
*Creationis opus quomodo appropriatur verbo.* 115 b
*Credere quomodo debeamus Trinitatem & vnitatem in Deo.* 7 a
*Criſma quid ſit.* 120 a & b
*Criſmatis diffinitio Scoti. ibid.* 120
*Crucifixio quare vnico verbo deſcribatur ab Euangeliſtis.* 90 b
*Cruditas vnde cauſetur.* 69 b

D

*Decem & ti & ſeptenarij.* p. 113 a
*Decem ſunt actus diuinæ volūtatis circa prædeſtinationem.* 26 b
*Deum eſſe æternum, vnum, verum bonum, & ſimplicem ſecundum Platonem.* 1 a
*Deum eſſe ſupremum gyrum ſecundum omnes.* ibid.

Dei

*Dei Trinitas ſecundum Pithagoricos.* ibid. b
*Deus eſt principium & origo omnium numerorum.* ibid.
*Deus eſt ſimpliciſſimus.* 1 b
*Deus non eſt compoſitus.* 2 a
*Deus eſt vnus.* ibid.
*Deus quomodo agit.* ibid.
*Deus quot modis poſſit cognoſci.* 5 b
*In Deo eſſe non differt ab eſſentia.* ibid.
*Deus eſt perfectiſſimus.* ibid.
*Deus eſt Saluat. multis de cauſis.* 6 a
*Dei eſſe eſt totum ſimul.* ibid.
*Deus eſt vnus & quomodo ſecundũ Theologos.* 6 b
*Dei vnitas non excludit trinitatem perſonarum.* ibid.
*Deus eſt in circumſcriptibilis.* 8 b
*Deus eſt vbiq; per præſentiam, potentiam & eſſentiam.* 9 a
*Deus quomodo ſit in ſeipſo in angelis, in damnatis, & in hominibus.* ibid.
*Deus eſt infinitus.* ibid.
*Deus eſt ſummè ſimplex.* 9 b
*Dei emanationes ſunt duæ.* 10 a
*Dei cognitio diuerſimodè appellatur a Theologis.* 16 b
*Dij ſunt duplices in cœlo empireo ſecundum Plat.* 21 b
*In Deo duplex aſſignatur obiectum.* 26. b
*Dei menſura eſt æternitas.* 29 a
*Deus eſt intelligens.* ibid.
*In Deo quomodo poſſunt eſſe plures formalitates.* 31 b
*Deus Opt. Max. an moueat immediatè primum mobile.* 47. b & 48 a
*Deus requieuit ſeptima die ab omni opere quod patrarat.* 60. a
*Deum quieuiſſe ab opere poteſt dupliciter intelligi.* 64. b
*Deus ẽ cauſa immediata rerũ.* 75 a
*Deus non poteſt per aliquod prædicamentum cognoſci.* 95 a
*Deorum gentium diſcurſus pulcherrimus.* 132. a & b
*Dæmones quomodo poſſint generare.* 34 a
*De Dæmonis tentatione.* 183. b
*De debellatione inimicorum.* 103. b
*Diabolo eſt fortiter reſiſtendũ.* 95 b
*Dies & nox unde.* 41 b
*Dies quomodo creſcant, & decreſcant.* 57. a
*Dies ſeptima creationis quare non habeat veſperam.* 61 a
*Dierum diſtinctio unde.* 61 b
*Differentia inter perſonam creatã, & increatam.* 13 b
*Differentia peccatorum a priori per quatuordecim gradus.* 78 a & b
*Difficultates de materia cœli.* 50. a
*Diffinitio Angeli & eius explicatio.* 28. a
*Diffinitio, & diffinitum diſtinguuntur ex natura rei.* 31. a
*Diffinitio quantitatis tradita ab Ariſt. declaratur.* 51 b
*Diffinitio peccati multiplex.* 74. a
*Dilectio eſt ſimul cum prædeſtinatione filij Dei.* 18. a
*Dilectionis quinq; ſunt actus.* ibid.
*Diſcurſus prædicabilis de Chriſto nato.* 85. a
*Diſcurſus de triſtitia, meſtitia, & dolore Chriſti.* 88 b

*Diſcurſus*

*Diſcurſus prædicabilis de maiorit ate charitatis.* 100 a & b
*Diſcurſus prædicabilis de miſerijs hominis per fortitudinem vin cendis.* 110 a
*Diſcurſus de operibus verbi.* 115.b
*Diſcurſus de Regnis.* 132 a
*Diſcrimen inter characterem impreßum, & virtutes infuſas aut acquiſitas.* 127 b
*Diſtinctiones & identitates ſecundũ Scotiſtas ſunt ſeptem.* 30 b
*Diſtinctio rationis quid ſit.* 31 a
*Diſtinctio ex natura rei.* ibid.
*Diſtinctio formalis quid.* ibid.
*Diſtinctio formalis duplex.* ibid.
*Diſtinctio modalis quid ſit.* ibid.b
*Diſtinctio realis quid.* 32 a
*Diſtinctio eſſentialis quid.* ibid.b
*Diſtinctio ſubiectiua.* ibid.
*Diſtinctio obiectiua quid.* ibid.
*Diſtinctiones ſeptem de relationibus.* ibid.
*Diſpoſitionis ordo globorum cæleſtium.* 41 a
*Diuiſio mundi per numerum quinarium ſecundum Plat.* ibid.
*Diuiſio mundi per numerum ſenarium ſecundum Plat.* 40 a
*Diuiſio mundi per numerum ſeptenarium ſecundum Plat.* ibid.
*Diuiſio cælorum ſecundum Aſtronomos.* 53 a
*Diuiſio cæli ſecundum accidens.* 56 a
*Diuiſio ſcientiarum.* 147 b & 148 & vide.
*Diuerſa flagellatur, & quare.* 89 a
*Defenſio Scoti contra Ocham, & Iandunum.* 143 a & b

E

*Excellentia virtutum Cardinalium.* 103 b
*Effectus ſecũdæ cauſæ quomodo ſit a prima cauſa ſecundum Thom. & declaratio.* 36 b
*Effectus fidei in generali, & in particulari.* 96 a & b
*Effectus ſpei.* 99 a
*Effectus virtutis moralis eſt triplex.* 105 b
*Effectus baptiſmi quattuor.* 119 a
*Electio quomodo ſit actus intellectus, & quomodo voluntatis.* 18 a
*Elementa quid ſint.* 57 b
*Elementa eſſe in cælo a quibus negetur, & a quibus probetur.* 42 a
*Elementa in inferno ſunt quattuor ſecundum Orpheum.* ibid.b
*Elementorum conſiderationes optimæ.* 43 b
*Elementorum proportiones adinuicem.* ibid.
*Elementorum forma ſubſtantialis.* 58 a
*Elementa multipliciter conſiderari poſſunt.* ibid.
*Elementorum numerus.* ibid.b
*Elementa ſunt admiranda, & quare.* 59 a & b
*Emanationes in Deo ſunt duæ.* 10 a
*Empedocles quid ſentiat de igne.* 42 b
*Ens quomodo ſit obiectum intellectus.* 140. & vide
*Ens eſt primum cognitum cognitio-*

ne diſtincta. 144 b
Eſſe non differt ab eſſentia in Deo. 5 b & 6 a
Eſſentiæ veritas ſoli Deo conuenit ibid.
Eſſe Dei eſt tantum ſimul. 6 a
Eſſe includit principia indiuiduationis. ibid.
Eſſentia diuina eſt uita, & nō mors. 9 a
Eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ. 27 b
Eſſe cognitum quomodo ſit ſubſtantia, & accidens. ibid.
Eſſentia diuina, a modis intrinſecis & attributis diſtinguitur ex nã rei. 81 a
Aeternitas quomodo ſit in mentibus, & in corporibus ſecundum Platonicos. 1 b
Aeternitas quid ſit. 9 a & 29 a
Aeternitas eſt menſura Dei. 29 a
Aeternitas in motu circulari quomodo detur. 44 a
Aetates quomodo conueniant cum Planetis. 54 b
Euangeliſta quare unico verbo deſcribant Christi Crucifixionem. 90 b
Eucharistia quid ſit. 120 a
Eucharistiæ materia quid ſit. ibid. b
Eucharistiæ mirabilia. ibid.
Eucharistiæ fructus quot ſint. 123 b & 124 a
Aeuiternitas eſt menſura Angelorum, & animarum. 29 a
Aeuiternitas quid ſit. ibid.
Exitia a peccatis allata. 79 a
Expediens fuit Christi paſſio vndecim de cauſis. 86 b & 87 a
Exempla & ſimilitudines fidei. 95 a & b
Exempla & ſimilitudines de tentatione Dæmonis. 103 b
Expoſitio nobilis in Pſalmum 18. 110 b
Extremæ unctionis Sacramentum quid ſit. 126 a
Extremæ unctionis materia, quænam ſit ibid.
Extremæ unctionis Sacramentum quibus ſit conferendum. ib. et b

F

Fides catholica quæ ſit. 7 a
Fides quid ſit. 92 a
Fides multipliciter accipitur. 93 b
Fides habet decem gradus. ibid.
Fides infuſa habet quinq; conditiones. 94 a
Fides acquiſita habet quinq; conditiones. ibid.
Fidei articuli quomodo ſunt duodecim, & quomodo quatuordecim. 94 b
Fidei articuli verbatim extracti ex veteri teſtamento. ibi.
Fidei exempla, & ſimilitudines. 95 a & b
Fides dat conſtantiam roborantem. 95 b
Fidei effectus in genere. 96 a
Fidei effectus in particulari. ibid.
Fides de quibus ſit. 98 a
Figura circularis mundi. 40 b
Figura actuum paſſionis Christi. 66 a
Figura virtutum Cardinaliũ. 101 b & 102 a

*Figura numerorum ſeptenariorũ.* 113 a & b
*Figura Baptiſmi a Dauid decantata.* 117 b
*Filius ſecundum diuinitatem poteſt ſeptem modis conſiderari.* 11 a
*Filius eſt ex patre quattuor modis.* ibid.
*Filius eſt ex patre neceſſitate quadrupliciter.* ibid.
*Filius procedit a patre per uoluntate quattuor modis.* ibid.
*Filius eſt a patre intellectu quattuor modis.* ibid. b
*Filius procedit a patre per modum naturæ.* ibid.
*Filius eſt in patre contra Sabelliũ.* ibid.
*Filius cum patre ſpirat Spiritus Sanctum.* 12 a
*Filius & Spiritus Sanctus non ſũt rationes formales patri producendi ad extra.* 26 a
*Filiæ ſeu ſocie Temperantiæ quãm nam ſint.* 106 a
*Finis pdeſtinationis qualis ſit.* 18 a
*Firmamentum quid ſit.* 63 a
*Fluxus unde cauſetur.* 69 b
*Fluxus triplex.* ibid.
*Fluxus Hepaticus quid ſit.* ibid.
*Flagellantur diuerſa, & quare.* 89 a
*Forma non poteſt produci per ſe.* 23 a
*Forma cæli quomodo detur.* 48 a
*Formæ cæleſtes quomodo habeant materiam mobilem.* 49 b & 50 a
*Forma quomodo compleat totum appetitum ſuæ materiæ.* 50 b
*Forma corporeitatis materiæ coæ non datur.* 52 b
*Forma ſubſtantialis elementorum.* 58 a
*Forma Sanctæ Ciuitatis.* 134 a
*Fortitudo multipliciter ſumi poteſt.* 103 a
*Fortitudinis gradus.* 105 a
*Fortificationis opus quomodo competat verbo.* 117 b
*Franciſcus Toletus impugnatur de primo cognito.* 144 a

G

*Generã rerum ſecundum Plat. ſunt duo.* 39 a
*Generatio, & corruptio fit quando nihil remanet omnino.* 51 b
*Generationis diffinitio declaratur.* ibid.
*Generatiua qui ſit.* 69 b
*Generationis in creaturis triplex eſt modus.* 81 a
*Generatio ſecunda verbi per longũ diſcurſum declaratur.* 81 b & 82 a
*Globorum cæleſtium ordo diſpoſitionis.* 41 a
*Gradus triplex ſpei.* 98 a
*Gradus charitatis.* 100 b
*Gradus iuſtitiæ.* 102 b
*Gradus fortitudinis.* 105 a
*Gradus abſtinentiæ quot ſint.* 106 a
*Gradus Temperantiæ.* 108 a
*Gradus Prudentiæ.* 109 a & b
*Guſtus quid ſit.* 70 b
*Gyrus omnis ſecundum Plat. traxit originem a uoluntate Dei.* 1 a

 14


Gyri æternitas ſecundum Plat. ibi. b
Gyri tres ſecundum Plat. ibid.
Gyri ſimplicitas. 1 b
Gyri vnitas. 2 a
Plures primi gyri non poſſunt aſſignari ſecundum Platonem. ibid.
Gyrus ſupremus eſt vnus triplici ratione ſecundum Plat. ibid.
Gyrus ſupercœleſtis eſt in triplici gyro ſecundum Ariſt. 3 b
Pluralitas gyri quomodo detur ſecundum Ariſt. 4 a
Gyrus primus eſt vnus ſecundum Ariſt. 4 b
Gyri immobilitas. ibi.
Tertius gyrus ſecundum Theologos quid. 15 b
Gyrus quartus ſecundum Plat. de creatione. 20 b
Gyrus quartus ſecundum Theolog. de creatione. 26 a
Gyrus quintus ſecundum Plat. 39 a
Gyrus quintus ſecundum Peripateticos. 44 b
Gyrus quintus ſecundum Theolog. 60 b
Gyrus ſextus ſecundum Plat. 65 a
Gyrus ſextus ſecundum Peripateticos. 68 a
Gyros ſextus ſecundum Theologos, & quid ſit. 74 a
Gyrus ſeptimus ſecundum Theologos. 80 a
Gyrus octauus ſecundum Theologos de paſſione Chriſti. 86 a
Gyrus nonus ſecundum Theologos de ſeptem virtutibus. 92 a
Gyrus decimus ſecundum Theologos de ſacramentis in genere. 110 a
Gyrus undecimus ſecundum Theologos de ſacramentis in ſpecie. 115 a
Gyrus duodecimus ſecundum Theologos et de quibus ſit. 131 b


H


Harmonia ſancta ciuitatis. 134 a
Hebræi debent credere nobis Chriſtianis. 7 a
Hecceitas quid ſit. 37 a
Heloym eſt numeri pluralis. 7 a
Homo non poteſt cognoſcere Deum in conceptibus propriis, habitis ex propriis. 7 b
Homo quomodo dicatur gyrus. 65 a
Hominis nobilitas. ibid.
Homo eſt Idearum colligantia ſecundum Platon. ibid.
Homo quid ſit ſecundum Triſmegiſtum. 68 a
Hominis laudes. ibid.
Homo continet in ſe totum vniuerſum & quomodo pulcherrimus diſcurſus. 68 b
Homo in capite & pedibus habet duos polos mundi. 69 a
Hyacintus quid ſit. 133 b
Hyppoſtaſis datur in Deo. 10 a


I


Ianuę Sanctæ Ciuitatis quę nã ſint. 134 a
Iaſpis quid ſit. 133 a
Identitas in Deo decem habet gradus. 8 a
Ideæ non ponuntur in primo inſtanti naturæ

ti naturæ ſed in ſecundo. 26 b
Idealis ordo. 27 a
Identitates & diſtinctiones ſecundũ Scotum ſunt ſeptem. 30 b
Identitas ex natura rei. 31 a
Identitas rationis eſt duplex. 30 b
Identitas formalis quid ſit. 31 a
Identitas formalis duplex. ibid.
Identitas realis quid ſit. 31 b
Identitas eſſentialis. 32 a & b
Identitas ſubiectiua quid ſit. 32 b
Identitas obiectiua quid. ibid.
Ignotum in natura eſt non ens. 4 a
Ignis eſt duplex ſecundum Plat. cæleſtis & æthereus. 59 b
Ignis cæleſtis quid ſit. ibid.
Ignis quid ſit. 58 b
Illuminatio quid ſit. 29 b
Immediatio eſt duplex. 27 a
Impreſſiones Methęorologicæ quomodo fiant. 59 b
Impreſſiones igneæ quot ſint. ibid.
Impreſſiones aqueæ quot ſint. ibi.
Impreſſiones aereæ quot ſint. ibid.
Impreſſiones terreæ quot ſint. 60 a
Immobilitas gyri ſecundum Ariſt. pag. 4 b
Incomprehenſibilitas Dei. 7 a
In cælo incorporeo ſunt alij duplices ſecundum Plat. 21 b
Incircumſcriptibilitas Dei. 8 b
In Deo eſſe non differt ab eſſentia. 5 b
In Deo duplex eſt obiectum. 26 b
Indiuiduationis principium quid ſit. 37 a
Indiuiſio eſt maxima perfectio. 37 a
Infinitus eſt Deus. 9 a
Infinitas demonſtrat æternitatem. ibid.
Infinitus eſt modus intrinſecus Dei. 74 b
Infernus quid ſit. 134 b
Ingenitum, & innaſcibile. 14 b
Ingenitum poteſt ſumi dupliciter. ibid.
Ingenitum, & innaſcibile dicitur quattuor modis. ibid.
In omni productione quid requiratur ſecundum Ariſt. 23 a
In principio creauit Deus cælum, & terram. 2 b
In principio erat Verbum, quomodo exponitur. 8 b
Intellectus adeptus videtur. 4 a
Inter intellectum comprehendentem, & rem comprahenſibilem debet eſſe proportio. 7 a
Intelligentias dari probat Ariſtot. pluribus in locis. 24 b
Intellectio ſe extẽdit ad Dũ. 29 a
Intelligens paſſibilis. 29 b
Intentio generis quomodo ſit idem rõne, & qũo diſtinguatur. 30 b
Intellectus quærens ſeparationem paſſionum a ſubiecto, quærit impoſſibile. 32 a
Intelligentię poſſunt moueri per ſe, & non per accidens. 45 b
Intelligentię an moueantur localiter & continue. 45 a
Intellectus oſtendit voluntas vero elicit, & imperat. 72 b
Intellectus vel anima rationalis eſt duplex ſecundum Ariſt. ibi.
Intellectus animę Chriſti nouit omnia notitia intuitiua. 82 b
Intellectus animæ Chriſti cognouit omnes quidditates in proprio genere. ibid.

Intellectus

15

Intellectus animæ Chriſti cognouit omnia ſingularia & quomodo. ibid.
Intellectus animæ Chriſti non cognoſcebat omnia notitia abſtractiuè actuali. ibid.
Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia in proprio genere intuitiuè habitualiter. ibid.
Intelligentia Concil. Trid. 125 b
Intellectus quomodo poſſit habere obiectum pro ſtatu iſto. 144. a & b & 145 a
Iuſtitia Dei quomodo reperitur in omnibus. 15 b & p. 16 b
Iuſtitia tripliciter ſumi poteſt. 102 a
Iuſtitiæ gradus. ibid. b
Iuſtificationis opus quomodo competat verbo. 117 b
Iudæi clamabant ſex de cauſis Tolle, Tolle Crucifige eum. 89. a

L

Lapides duodecim ſuſtinentes ciuitatem. 1 3 a
Libera creatio quid ſit. 27 a
Liber priorum quomodo diuidatur. 73 a
Liber Poſt. quomodo diuidatur. ibid.
Liber Topic. quomodo diuidatur. ibid.
Liber Elench. quomodo diuidatur. ibid. b
Locus Angelorum. 34 b
Loquutio quid ſit. 29 b
Lux quid ſit. 62 b
Lux non eſt corpus. ibid.
Lux non eſt ſubſtantia. ibid.
Lux non poteſt eſſe ſubſtantia completa. ibid.
Lux non eſt forma ſubſtantialis. 63 a
Lux non eſt materia. ibid.
Lux eſt qualitas. ibid.
Lux quare fuit facta prima die. ibi.
Lux quare dicatur una, & non prima. ibid.

M

Magia naturalis. 56 a
Magici quid ſint. ibid.
Magnitudo ſanctæ ciuitatis. 134 a
Maritus cum coniuge quomodo ſe gerere debeat. 130 b
Maritus ab uxore tria abſcondere debet. 131 a
Mater familias quæ requirat. 131 a
Materia totius quid ſit. 37 a
Materia cœli quænam ſit. 48 b
Materia cœli quomodo diſtinguatur a materia horum inferiorum. 49 a
Materia cœli ſecundum Scotum non eſt eiuſdem rationis cum materia horum inferiorum quòd non aduertit Archangelus. 49 a & b
Materia cœli exiſtit, & eſt ſubſtantia. 50 b
Materia prima ſine forma habet actum entitatiuum. 51 a
Materia nec eſt quid, nec quale, nec quantum. ibi.
Materia habet vnitatem. 52 a
Materia quomodo ſit una. ibid.
Materia non habet formam corporeitatis. 52 b

Materia

*Materia ſacramenti ordinis quid ſit & quotuplex.* 128 a
*Matthias Aquarius de creatione ſecundum Ariſt. impugnatur.* 23 b
*Matrimonium quando inſtitutum eſt.* 129 a
*Matrimonium quid ſit.* ibid.
*Matrimonium quotuplex ſit.* ibid.
*Matrimonium quomodo differat a contractu matrimoniali & ſacramento matrimonij.* 129 b
*Matrimonium inter Beatã Virg. & Ioſeph, fuit verum matrimoniũ.* ibid.
*Matrimonij bona.* ibid.
*Matrimonij materia quęnam ſit.* 130 b
*Matrimonij forma quænam ſit.* ibi.
*Matrimonij miniſter.* ibid.
*Matutina cognitio Angelorum quę ſit.* 29 b
*Matutina cognitio duplex.* ibid.
*Maximus dolor Chriſti dupliciter.* 86 b
*Medici cognoſcunt cogitationes cordis & quomodo.* 30 a
*Memoria ſecunda quid ſit.* 10 b
*Memoria quid ſit.* 71 a
*Memoriæ obiectum quid ſit.* ibi.
*Mœnia ſanctę ciuitatis quænam ſint.* 133 a
*Menſura angelorum eſt quintuplex.* 28 b
*Menſura Dei, Angelorum, animarum, & corruptibilium.* 29 a
*Menſium diſtinctio unde ſit.* 62 a *& unde dicatur.* 41 b
*Meridiana cognitio angelorum.* 29 b
*Meritũ beatitudinis angelorũ.* 36 a
*Methaph. probat elementa eſſe in cælo.* 42 a
*Metalla quomodo generentur, & quibus tribuantur.* 60 a
*Mirabilia a Sixto V. ſummo Pontifi. facta, breuitate, & arte.* 69 a
*Miſericordia, & iuſtitia Dei reperitur in omni ente.* 25 b
*Miſericordia eſt in patre, & filio, & Spiritu Sancto.* 16 a
*Miſeriæ humanę ſunt ſeptem, & quæ.* 104 b
*De miſerijs humanis per fortitudinem uincendis diſcurſus.* 105 a
*Miſteria quaternarij.* 43 a
*Miſteria ſeptenarij.* 114 a
*Morulæ in angelis quomodo accipiãtur, & quot modis.* 36 a & b
*Motus omnes quomodo reducantur ad vnum ſecundum Plat.* 2 b
*Motus cum ſit infinitus ſecundum tempus habet cauſam ſuæ infinitatis.* 4 b
*Motus cæli calefacit iſta inferiora, & quomodo.* 5 a
*Motus localis dupliciter conſideratur.* 24 a
*Motus circularis eſt poſſibilis.* ibi.
*Motus angelorum & animarum ſeparatarum.* 35 b
*In motu ſucceſſio unde cauſatur.* ibi.
*Motus continuus angelorum.* ibid.
*Motus per accidens eſt duplex.* 46 a
*Motus cæli non eſt reflexus.* ibid.
*Motor primus eſt omnino imobilis.* ibid.
*Inter motus reflexos non cadit quies media.* ibid.
*Motus circularis ſolus eſt abſq; quiete media.*

16

*te media.* ibid. b
*Motus naturalis duplex.* ibid.
*Motus proiectionis quid.* ibid.
*In motu circulari quomodo datur eternitas.* 47 a
*Motus cœli non eſt naturalis.* 50 b
*Motus retrogrediens quid.* 51 b
*Motus triplex caſtitatis.* 108 a
*Modus gloſſandi patres.* 127 a
*Modi intrinſeci quomodo diſtinguantur ab eſſentia diuina.* 31 a
*Modus prædeſtinandi quomodo ſit liber, & quomodo continẽs.* 18 a
*Mors mala inimica hominis.* 104 a
*Mortis bonæ nobilitas.* ibid.
*Multiplex Cabalà* 2 b
*Mulier quomõ reſurget vir.* 83 b
*Mulier cur non poſſit ſacris ordinibus initiari.* 128 a
*Mundus incepit diuina voluntate ſecundum Plat.* 39 a
*Mundi diuiſio per numerum quinarium ſecundum Plat.* ibid b
*Mundi diuiſio per numerum ſenarium ſecundum Plat.* 40 a
*Mundi diuiſio per numerum ſeptenarium ſecundum Plat.* ibid.
*Mundi figura ſecundum Plat.* ibid.
*Mundo cur non ſint data organa ſenſuum.* 41 a
*Mundo cur non ſint data membra ad alimenta.* ibid.
*Mundo cur non ſint data manus, & pedes.* ibid
*Mundi diſpoſitionis ratio.* 41 b
*Mundus eſt inimicus hominis.* 104 a
*Muſica quid.* 43 a
*Muſicales proportiones.* 66 b

N

*Naturalia omnia ad Deum ordinantur ſecundum Platonicos.* 1 a
*Natura indiuiduatur per aliquòd poſitiuum.* 37 a
*Natura ſi dediſſet motum progreſſiuum aſtris rationes.* 53 a
*Natura omnium ſpherarum.* 54 a
*Natura elementorũ quid ſit.* 57 b
*Neceſſitate procedit filius a patre quattuor modis.* 11 a
*Neceſſitas Aſtrologiæ.* 55 b
*Neceſſitas ſex actiuum.* 123 a
*Neceſſitas pœnitentiæ ex Theolog.* ibid.
*Negatiò non poteſt conſtituere indiuiſum.* 37 a
*Nihil eſt occultum in natura.* 4 a
*Nobilitas Aſtrologiæ.* 55 a
*Nobilitas bonæ mortis.* 104 b
*Nomina omnium Planetarum.* 54 a
*Nomina attributalia ipſius Dei sũt decem.* 110 a & b
*Nona ſphera non eſt in loco.* 53 b
*Nox & dies unde dicantur.* 41 b
*Notitia eſt triplex ſecundum Scot.* 142 a
*Nulla uirtus infinita reperitur in multitudine ſecundum Plat.* 2 a
*Numerus animarum ſupercæleſtiũ ſpherarum ſecundum Plat.* 40 a
*Numerus cælorum ſecundum Auic. Ptol. & alios.* 53 b
*Numerus elementorum.* 58 b
*Numerus quomodo accipiatur in primo ente, & in his inferiorib.* 65 b
*Numerus ſeptenarius.* 113 a

*Numerorum ſeptenariorum figura.* ibid.a & b
*Numeri ſeptenarij miſteria.* 114 a
*Nutritiua quid ſit.* 69 a

O

*Obiectum prædeſtinabile quale ſit.* 17 b
*Obiectum in Deo eſt duplex.* 26 b
*Obiectum intelligibile agens.* 29 b
*Obiectum ſenſibile triplices habet conditiones.* 70 a
*Obiectum tactus quid ſit.* ibid.
*Obiectum memoriæ quid ſit.* 71 a
*Obiectum aliquod eſſe primum cognitum cõtingit tripliciter.* 141 a
*Olfactus quid ſit.* 70 b
*Omnia naturalia ad Deum ordinantur ſecundum Plat.* 1 a
*Omnia diſtincta fuerunt amore eterno Dei ſecundum Plat.* ibi.b
*Omnes motus quomodo reducuntur ad unum motum ſecundum Pla.* 2 b
*Omnipotens includit octo conditiones.* 27 a
*Omnia per verbum facta ſunt.* 117 a
*Opinio Plato: de ortu cæli refellitur.* 23 a
*Opinio Greg. Durandi Burlei, & aliorum de primo cognito.* 138 a
*Opinio D. Thomæ de primo cognito.* ibid.b
*Opinio Iand. de primo cognito.* 139 a
*Opinio Archangeli de primo cognito.* ibid.
*Operationum ſex genera.* 74 b
*Opus creationis appropriatur uerbo.* 115 b
*Opus conſeruationis appropriatur verbo.* 117 a
*Opus vnionis eſt proprium verbo.* ibid.
*Opus fortificationis quomodo operatum ſit verbum.* ibid.b
*Opus iuſtificationis quomodo competat verbo.* ibid.
*Orbes Stellarum ſunt diuerſi.* 53 a
*Orbis & ſphera differunt.* ibid.b
*Ordo naturę datur in Deo, & quomodo.* 7 b
*Ordo originis in Deo arguit quadruplicem diſtinctionem.* ibi.
*Ordo prædeſtinationis qualis ſit.* 17 a & b
*Ordo idealis.* 27 a
*Ordo animarum ſupercæleſtium ſpherarum.* 40 a
*Ordo globorum ſupercæleſtium, diſpoſitionis.* 41 a
*Ordo ſacer quid ſit.* 127 a
*Ordo quomodo differat ab ordinatione.* ibid.
*Ordo quare ſit irreiterabilis.* ibid.b
*Ordines quomodo ſint ſeptem, & quare.* 128 a
*Ordinis ſacri forma quæ nam ſit.* ib.
*Ordinis materia.* ibid.
*Orpheus poſuit quattuor elementa in Inferno.* 42 b
*Organum tactus quid.* 70 a
*Organum phantaſiæ quid.* ibid.b

P

*Partes integrales pœnitentiæ.* 125 b

Paſſio

*Paſſio Chriſti fuit expediens vndecim de cauſis.* 86 b & 87 a
*Pater, filius, & Spiritus Sanctus creauerunt cœlum in vnitate.* 2 b
*Pater eſt fons & origo totius Trinitatis.* ibid.
*Pater maior me eſt.* 11 a
*Pater, et filius quomodo ſint vnum principium Spiritus Sancti.* 12 b
*Pater, filius, & Spiritus Sanctus ſunt principia quid producendi ad extra.* 26 a
*Per ſe notum aliquid dicitur duplici de cauſa.* 4 a
*Peccatum quid ſit.* 74 a
*Peccatum non eſt ſubſtantia.* ibid.
*Peccati multiplex definitio.* ibid.
*Peccatorum ſpecies ſunt quattuor.* 75 a
*Peccatum originale quid ſit.* 75 a
*Peccati originalis octo ſunt pœnæ.* ibid.
*Peccatum mortale quid ſit.* 77 a
*Peccatum veniale quid.* ibid.
*De peccato ueniale pulchra exempla.* ibid.
*Peccatum in Spiritū Sanctum & quare ſic dicatur.* 77 b
*Peccatū in Spiritū Sanctum quare dicatur irremiſſibile ex Scot.* ibi.
*Peccati in Spiritū Sanctum ſex sūt ſpecies.* ibid. & 78 a
*Peccatorum differentia a priori per quatuordecim gradus.* 78 a & b
*Peccatorum omnes ſpecies a Dauid monſtratæ in Pſalmo 68.* pag 78 b
*Peccatum omnibus rebus opponitur, & quomodo.* 79 a
*Pœnitentia in genere eſt duplex.* 124 b
*Pœnitentia imperfecta eſt triplex.* ibid.
*Pœnitentia perfecta eſt triplex.* ibid.
*Pœnitentia priuata eſt duplex.* ibid.
*Pœnitentia virtus eſt duplex.* ibid.
*Pœnitentia virtus ſex habet conditiones.* 125 a
*Pœnitentiæ partes integrales.* ibi. b
*Perſona quid ſit.* 13 a
*Phantaſmata quomodo ſe habeant ad intellectum ſecundum Ariſt.* 4 a
*Phantaſia quid ſit.* 71 a
*Phantaſiæ organum quid ſit.* ibid.
*Phantaſiæ actus eſt quintuplex.* ibi.
*Phyſici nonnulli negant elementa eſſe in cœlo.* 42 a
*Pithagorici quomodo ponunt trinitatem Dei.* 1 b
*Plato poſuit Deum eſſe æternum, unum, uerum bonum & ſimplex.* 1 a
*Plato vidit Penthatheucum Moyſis.* ibid.
*Plato aſſerit multa eſſe credenda.* ibid.
*Plato cur diuinus dictus ſit.* ibid.
*Platonici ſolum Deum eſſe abſolutum & incircumſcriptum aſſerunt.* ibid.
*Plato quomodo cognouit creationem rerum.* 3 a
*Plato de creatione quomodo ſit exponendus ſecundum Numenium Pythag.* ibid.
*Plato quinq; continuos dies diſputationibus deſtinauerat.* ibid.
*Platonici probant elementa eſſe in*

cælo. 42 a
Platonica compoſitio animæ. 66 a
Platonis & Ariſt. conuenientia de ſcientia. 67 b
Planetarum omnium nomina, & unde dicta ſint. 54 a
Planetæ quid dent corpori humano. 54 b
Planetarum omnium domus. 55 a
Poſſibile quid ſit. 27 b
Potentia actiua quid ſit. 23 a
Prædeſtinatio quid ſit. 16 b
Prædeſtinationis ordo. 17 a & b
Prædeſtinatio quinq; requirit. ib. b
Præſcientia poteſt dupliciter conſiderari. 18 a
Præſcientia quomodo ſit actus diuini intellectus, & quomodo uoluntatis. ibid.
Prædeſtinatio eſt libera reſpectu electorum. ibid. b
Prædeſtinatio eſt duplex. ibid.
Prædeſtinationis & reprobationis ſunt quattuor ſigna. ibid.
Prædeſtinati ſigna ſunt 22. p. 19 a & b & 20 a
Primus gyrus Theologalis multipliciter gyrat & quis ſit. 5 b
Pricipium indiuiduationis quid ſit. 37 a
Primus motor an moueat immediate primũ mobile. 47 b & 48 a
Primum cognitum ab intellectu noſtro ſecundum Durandum & alios quid ſit. 158 a
Primum cognitum ſecundum D. Thomam quid ſit. ibid. b
Primitas adæquationis eſt quadruplex. 141 a
Priuilegia Chriſti. 81 a
Priuilegia baptiſmi quattuor. 119 a & b
Productio in Deo eſt duplex ad intra & ad extra. 10 b
Productio ad extra quotuplex ſit. ibid.
Productio ad intra eſt duplex. ibid.
Productio Spiritus Sancti a patre, & filio. 12 b
Proprietates perſonales in Deo ſunt tres. 10 b
Proprietates quæ conueniunt verbo eſſentialiter conueniunt angelis participatiue. 115 a
Proportio ſecundum Plat. 43 a
Proportiones elementorum adinuicem. 43 b
Proportiones muſicales. 66 b
Propoſitiones nonnullę Scot. afferuntur. 11 a
Prudentia eſt multiplex. 108 b
Prudẽtia tres ſunt habitus. 109 a
Prudentiæ gradus. ibi.

Q

Qualis ſit ordo in prædeſtinatione. p. 17 a & b
Qualitates primæ quomodo dicantur principia elementorum. 58 a
Quantitas ſupponit materiam in actu entitatiuo. 51 a
Quantitas materiæ eſt interminata. ibid.
Quantitas interminata eſt in prædicamento ſubſtantiæ. ibid.
Quantitas interminata cur ita dicatur. ibid.
Quattuor ſunt relationes in diuinis. 10 a & 14 a

10 a & 14 a
*Quattuor ſigna de prædeſtinatione, & reprobatione.* 18 b & 19 a
*Quattuor ſunt ſpecies peccatorum.* 75 a
*Quartus gyrus in ordine ſecundum Platon. de creatione.* 20 b
*Quartus gyrus de creatione ſecundum Theolog.* 26 a
*Quaternarij miſteria.* 43 a
*Quinq; requiruntur ad prædeſtinationem.* 17 b
*Qui aſſequitur finem prædeſtinationis.* 16 a & b
*Quinq; rerum genera ſecundum Plato.* 66 a
*Quodlibet ſummum eſt unicum.* 2 a
*Quod eſt ignotum, eſt non ens.* 4 a
*Quomodo debemus credere in Deo trinitatem & vnitatem.* 7 a

R

*Ratio diſpoſitionis mundi.* 41 b
*Regnum quot modis accipiatur.* 132 a
*Regnum gentilium plenum ſtultitijs.* ibi.
*Regnum Hebræorum erroribus ſuperſtitioſis & obſtinationis eſt plenum.* ibid.
*Regnum gratię, & glorię eſt lucidiſſimum.* ibid.
*Relationes in Deo ſunt quattuor.* 10 a 14 a
*Relationis conſtitutiuę conditiones.* ibid.
*Relatio eſt duplex.* 33 a
*Relatio realis quid ſit.* ibid.
*Relatio rationis quid.* ibid.
*Relatio quomodo ſit idem fundamento & quomodo non.* ibid.
*Relatio eſt idem ſuo fundamento ſecundum Henricum.* 33 b
*Relationes alię ſunt idem ſuo fundamento alię non.* ibid.
*Reminiſcentia Platon.* 67 a
*Remouens propriam paſſionem remouet eſſentiam.* 24 a
*Reprobatio quid ſit.* 18 b
*Reprobationis ſigna ſunt quattuor.* 19 a
*Res in Deo quomodo ſint uitæ.* 9 a
*Rerum quinq; genera ſecundum Platon.* 66 a

S

*Sanctificationis quinq: ſunt gradus.* 76 b
*Sanctificatio fit ſecundum quadruplicem proportionem.* ibid.
*Sacramenta immediatè a Chriſto fuerunt inſtituta.* 112 a
*Sacramenta quare inſtituta fuerũt in numero ſeptenario.* 113 b & 114 a
*Sacramentum Baptiſmum inſtitutum.* 115 a & b
*Sacramentum Extremę Unctionis quid ſit.* 126 a
*Sacramẽta tria ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quare ſint irreiterabilia.* 127 b
*Sagittæ contra damnatos ſunt ſeptem*



*tem*

tem. 135 a
Saphirus quid ſit. 133 a
Sardius quid ſit. ibid.
Sardonius quid ſit. ibid.
Scotus omnium ſubtiliſſimorum princeps. 24 b & alibi
Scotiſt. formalitates, & diſtinctiones accipiuntur ex Ariſt. 30 b
Scotus de materia cœli defenditur cõtra Archangelum. 49 a & b
Scoti nonnullę propoſitiones famoſę adducuntur. 3 a
Scientiarum diuiſio. 147 b
Secundus ſubgyrans gyrus qualis ſit ſecundum Theologos. 10 a
Septima dies creationis quare non habeat veſperam. 61 a
Septima dies fuit benedicta. 64 a
Senſitiua cum virib. quid ſit. 69 b
Senſitiua exterior quid ſit. ibid.
Senſibile obiectum triplex. ibid.
Senſus interior quid ſit. 70 b
Senſus communis quid ſit ibid.
Sētētia Greg. Arimin. & aliorũ de primo cognito reprobatur. 139 a
Sententia D. Thomæ de primo cognito reprobatur. 139 b
Sententia Iand. de primo cognito reprobatur. ibid.
Sententia Archangeli de primo cognito reprobatio. ibid.
Sententia D. Thom. de ſubiecto naturalis phyloſophiæ, & impugnatio eius. 149 a
Sphera cœleſtes ſecundum Platonicos ſunt duodecim. 40 a
Spherarum omnium natura. 154 a
Sphera recta quid ſit. 56 b
Sphera obliqua quid ſit. ibid.
Spherarum circuli. ibid.
Signa originis ſunt ſigna, a quibus, & non in quibus. 10 b
Signa quattuor in prædeſtinatione, & reprobatione. 18 b
Signa prædeſtinati ſunt duo & viginti. 22.19 a
Signorum cœleſtium diuiſio. 56 b
Signorum cœleſtium alia maſculina, alia feminina. ibid.
Simplicitas gyri. 1 b
Similitudines & exempla fidei. 95. a & b
Similitudines & exempla de tentatione dæmonis. 105 b
Similitudines virginitatis. 107 a
Simpliciter ſimplex non poteſt indiſtinctè cognoſci. 144 b
Singulare an primo cognoſcatur ab intellectu. 138
Smeraldus quid ſit. 133 a
Soli Deo cõuenit veritas eſſētiæ 5 b
Sol in quã ſphera ſit poſitus, & quare. 41 b
Soluuntur rationes aduerſariorum de primo cognito. 140 & vide.
Species peccatorum ſunt quattuor. 75 a
Species omnes peccatorum demonſtratæ a Dauid in Pſal. 68. 76 b
Spes ſecundum Theolog. triplicem habet ſignificationem. 97 a
Spes eſt duplex. ibid.
Spes infuſa eſt duplex. ibid.
Spes habet tres conditiones. ibid.
Spes de quibus ſit. 98 a
Spei eſt gradus triplex. ibid.
Spei exempla. 98 b. & 99 a
Spei effectus. ibid.
Spera in Deo & fac bonum quomodo intelligatur. 98 b

Species

Species ſpecialiſſima eſt primum cognitum. 142 a
Spiritusſancti productio a patre, & filio. 12 b
Spiritusſanctus procedit à patre, & filio, neceſſitate, voluntate, & intellectu. ibid.
Spiratio actiua in patre & filio eſt vniformis, & quomodo. pag. 13 a
Spirituum tria ſunt genera. pag. 21 b
Spiritus vitalis quid ſit. 69 b
Spiritus vanus eſt inimicus hominis. 104 a
Stella fixa quid ſit. 53 a
Stella errans quid ſit. ibid.
Stellæ errantes ſunt ſeptem. ibidem.
Stellæ ſunt diuerſæ, & ſtellarum orbes. ibid.
Stellæ quomodo agunt in hæc inferiora. 61 a
Stellæ quomodo agant in elementa. ibid.
Subſtantias abſtractas dari probatur ab Ariſtot. plurib. in locis. 24 b
Subſtantiarum ſeparatarum q̃dam oſtenditur ſi eſt. 25 a
Subſtantiarum ſeparatarum oſtenditur quid eſt. ibid.
Subſtantiarum ſeparatarum oſtenditur quia eſt. ibid.
Subſtantias abſtractas eſſe plures. ibid.
Subſtantiarum abſtractarum oſtenditur propter quid eſt. ibid. b
In ſubſtantijs abſtractis idem eſt, intelligens, intellectum, & intellectio. ibid.
Subſtantiæ ſeparatæ non poſſunt eſſe ſpecies exemplares horum ſenſibilium. 37 b
Subſtantiam eſt quadruplex 140. a
Subſtantia naturalis eſt ſubiectum in philoſophia naturali ſecundũ Scot. 150 a
Subiectum logicæ quid ſit. 151. a & b
Succeſſio in motu vnde cauſatur. 35 b
Summum quodlibet eſt vnum. 2 a
Supremus gyrus eſt vnus triplici ratione ſecundum Plat. 2 a.
Supremus gyrus tripliciter conſiderari poteſt ſecundum Ariſtot. 5 a
Syllogiſmus quomodo ſit ſubiectum in tota logica, et in partibus eius. 151 152 & 153

T

Tarditas, & velocitas in motu cœlorum quomodo. 41 b
Tactus quid ſit. 70 a
Tempus eſt menſura corruptibiliũ. 29 a
Tempora anni ſunt quattuor. 57 b
Temporum diſtinctio unde ſit 62 a
Temperantia ſumitur dupliciter. 105 b
Temperantiæ filiæ, ſeu ſociæ quænam ſint. 106 a
Temperantiæ gradus. 108 a
Tentatio Dæmonis. 103 b
Terra quid ſit. 42 b & 58 b
Terra quomodo germinauit. 63 b
Terra ornatur ſexta die productione

ne animalium. 64 a
Tolle, tolle crucifige eum Iudæi clamabant ſex de cauſis. 89 a
Topaſius quid ſit. 133 b
Tranſfiguratio Chriſti quadruplex. 83 a
Tranſubſtantiatio quid ſit. 121 a
Tres gyri ſecundum Platoni. 5 b
Tres ſunt proprietates perſonales in Deo. 10 b
Tria ſunt genera ſpirituum. 21 b
Tria ſunt genera corporum. ibid.
Trinitas Dei ſecũdum Pithag. 1 b
Trinitas perſonarum non excluditur per vnitatem in Deo. 6 b
Trinitas quomodo legatur contra Hebræos. 7 a
Trinitatem in Deo, & vnitatem credere debeamus, & quomodo. ibid.
Trinitas ſancta quomodo dicatur cælum. 61 b
Triplex eſt chaos ſecundum Plat. 1 b
Triplex effectus virtutis moralis. 105 b
Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem exponitur. 88 b

V

Vanitas vnde cauſetur. pag. 69 b
Vegetatiua quid ſit. 69 a
Verbũ nuſquã eſt niſi a dicente. 11 b
Verbum incarnatum ſeptem modis contemplatur. 80 b
Verbum eſt filius Dei. ibid.
Verbum eſt filius Dei non humanũ non vt uocale uel mentale noſtrum. ibid.
Verbum eſt filius Dei non tamen Deus patre, aut Spiritu Sanctus ibid.
Verbi generationis eſt duplex modus. 81 a
Verbum diuinum quomodò generatur vt lux, vt imago. ibid.
Verbi ſecunda generatio quid ſit. 81 b & 82 a
Verbum diuinum ſtetit in utero matris decem menſibus ex priuilegio. ibid.
Veritas Sacramenti Eucharistię declarata a patribus. 121 b
Veritas non poteſt eſſe duplex. 2 b
Veritas eſſentię ſoli Deo conuenit. 5 b
Virtus infinita agendi non eſt in multitudine. 2 a
Virtus Theolog. habet tres conditiones & quattuor qualitates 97 b
Virtutes Theolog. quomodo diſtinguuntur adinuicem. ibid.
Virtutes Cardinales, & quare dicantur Cardinales. 101 b
Virtutum Cardinalium excellentia. 103 b
Virtus moralis quid ſit. 105 b
Virginitatis ſimilitudines. 107 a
Virginitas eſt ſimilis Cedro. ibid.
Virginitas eſt ſimilis Roſę. ibid.
Virginitas eſt ſimilis Lilio. ibid.
Virginitas eſt ſimilis Violis. ibid. b
Virginitas eſt ſimilis Lampadi. 108 a
Vis eſt multiplex ſecundum Plat. 40 a
Viſus quid ſit. 70 a
Viſio modum fidei cõmonſtrat. 92 a

Vitalis

# INDEX.


*Vitalis ſpiritus quid ſit.* 69 b
*Vidi per noctẽ auth. Zach. Proph. explicatur.* 92 a & b
*Vnde cauſetur cruditas.* 69 b
*Vnde cauſetur fluxus.* ibid.
*Vnitas gyri.* 2 a
*Vnus ſupremus gyrus triplici ratione datur ſecundum Plat.* ibi.
*Vnitas gyri ſecundum Ariſt.* 4 b
*Vnitas Dei non excludit trinitatem perſonarum.* 6 b
*Vnitatem & trinitatem in Deo quomodo credere debeamus.* 7 a
*Vnum quot modis accipiatur.* 52 a
*Vniuerſum diuiditur in tria.* 67 a
*Vniuerſale quomodo pręcedat actum intellectus.* 146 a
*Vniuerſalius quomodo ſit primo cognitum.* 144 a
*Voluntas perfecta, & fecunda in Deo, quid ſit.* 10 b
*Voluntas non eſt poſterior productione natura nec origine.* 11 a
*Volitio eſt actus quo reſpõdit curioſè quęrentibus q̃ Deus prędeſtinat.* 18 a
*Voluntas diuina eſt principium creationis ſecundum Plat.* 20 b
*Voluntas diuina reſpectu creationis an ſit libera ſecundum Plat.* ibid. & 21 a
*Vox in ſcriptura quomodo denotet ſacramentum.* 111 b
*Voces ſeptem ſeptem Sacramenta denotantes.* ibid.
*Vox Dei quomodo ſit mirabilis.* 112 b
*Vtilitas triplex errationis, Solis Lunę, & ſtellarum.* 69 b

Z

*Zabarella quomodo defendit D. Thom.* 149 b
*Zabarella impugnatur de ſubiecto Logicę.* 152 b


FINIS.

*Errata*

*Errata ſic corrigantur; Numerorum autem prior paginam; ſecundus faciem; tertius lineam; in numerandis autem lineis, non eas tantum quæ plenè ſcripta ſunt, ſed etiam illas, quę non plenè, numeranda.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 37 | 1 | 17 | dilucidatori | l. dilucidator |
| 53 | 1 | 6 | ſecundus | l. ſecundis |
| 53 | 1 | 27 | veſtris | verbis |
| 53 | 2 | 4 | duci | dux |
| 53 | 2 | 9 | diuino | diurno |
| 53 | 2 | 16 | diuinum | diuinum |
| 53 | 2 | 31 | cõmentator | l. communiter |
| 53 | 2 | 36 | diuino | diurno |
| 54 | 1 | 20 | Actuum | aſtrum |
| 54 | 1 | 33 | diuino | diurno |
| 54 | 1 | 38 | ſaturnitatę | ſaturitate |
| 54 | 2 | 40 | contritionis | coniunctiones |
| 55 | 1 | 17 | capricornis | capricorni |
| 55 | 1 | 28 | ſententiali | ſententia ſi |
| 55 | 2 | 13 | netmes | Hermes |
| 55 | 2 | 16 | Hypocrate | Hypocras |
| 56 | 1 | 14 | Sinam | Syriam |
| 56 | 1 | 17 | Mæthopos copiam l. Mæthopoſcopiamque | |
| 56 | 1 | 21 | filio | libro |
| 56 | 2 | 22 | quidam | quædam |
| 56 | 2 | 28 | cum | vim |
| 57 | 1 | 3 | camer | cancer |
| 57 | 2 | 32 | impreſſionis | impreſſiones |
| 58 | 2 | 7 | fuerit | fiunt |
| 59 | 2 | 4 | flamine | flumine |
| 60 | 2 | 7 | conſiderau i | conſiderari |
| 62 | 1 | 1 | anu | annum |
| 63 | 1 | 37 | diuino | diurno |
| 64 | 1 | 26 | facit | fuit |
| 64 | 2 | 5 | multiplicitate | multiplicitatē |
| 65 | 1 | 5 | incomponi | in ea ponis |
| 66 | 1 | 7 | parmenidis | Parmenides |
| 68 | 1 | 15 | calcorum | Caldeorum |
| 68 | 2 | 26 | depiæcante | depurante |
| 68 | 2 | 30 | diuinus | diurnus |
| 68 | 2 | 39 | qui | quæ |
| 69 | 1 | 13 | manilius | mænia |
| 69 | 2 | 19 | emanat | emanant |
| 70 | 1 | 5 | exterius | externus |
| 70 | 1 | 1 | primi | primæ |
| 70 | 2 | 13 | condicto | concocte |
| 70 | 2 | 20 | qui | quæ |
| 71 | 1 | 6 | audundo | audito |
| 72 | 1 | 22 | actas | actus |
| 72 | 2 | 23 | audirui | audiui |
| 74 | 1 | 14 | bone | boni |
| 75 | 2 | 2 | intrauertent | intrauerunt |
| 76 | 2 | 24 | reprehenſus | repræhenſibilis. |
| 76 | 2 | 40 | in nerito | in marito |
| 77 | 1 | 2 | diminutæ | diminuta |
| 77 | 1 | 25 | inuectam | inuitam |
| 78 | 1 | 40 | accidentia | occidentia |
| 79 | 1 | 4 | computo | comperto |
| 80 | 1 | 5 | medius | medijs |
| 82 | 1 | 8 | gemitus | genitus |
| 92 | 1 | 13 | titanentia | attinentia |
| 97 | 1 | | ſentit | ſententiarum |
| 103 | 2 | 1 | alreni | aliarum |
| 110 | 1 | 22 | Nod | Zod |
| 125 | 2 | 33 | veritari | veritate |
| 127 | 2 | 29 | confeſſio | confirmatio |
| 131 | 1 | 27 | præbaui lege | probaui |
| 132 | 1 | 29 | iotici | Ionici |
| 132 | 1 | 38 | phoutæ | poetæ |
| 133 | 2 | 17 | iudiis | Iudiis |
| 134 | 1 | 19 | ſituate | ſituata |
| 134 | 1 | 24 | innumerabilis | inominabilis |
| 134 | 2 | 4 | adrantibus | aſtantibus |
| 134 | 2 | 7 | quod | qui |
| 135 | 1 | 10 | hominis | homines |
| 135 | 1 | 14 | monitur | l. moritur |
| 135 | 1 | 18 | mærorum | maiorum |
| 135 | 1 | 26 | ornent | erunt |
| 139 | 1 | 20 | inuehor | innoho |
| 139 | 1 | 37 | ofer ſi | offert |
| 140 | 2 | 12 | adminus | minor |
| 141 | 1 | 4 | vnico | vno modo |
| 142 | 2 | 38 | quæ | le. quas |
| 143 | 2 | 37 | doctrina | diſtantia |
| 144 | 2 | 29 | indinctionis | indiſtinctus |
| 145 | 1 | 24 | cartoretum | tartaretum |
| 151 | 1 | 21 | ſemibilis | ſenſibilis |
| 152 | 2 | 34 | ſubiunctiua | l. ſubiectiua. |

# FRATRIS IOANNIS FRANCISCI BONI HEXASTICON.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.

## ALEXANDRO PERETTO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

APPLAVDE his Gyris, tot qui miracula rerum
Voluunt, & clarè maxima quæque docent.
Inclite ALEXANDER, fuluo mirabilis oſtro,
Inſignisq; domus, gloria magna tuæ;
Namque tibi Aſtrigeri dat nunc Regnator Olympi
Magni equidem PATRVI Regia facta ſequi.

## Eiuſdem ad Auctorem Carmina.

Quis te non ſummum tollet ſuper Aethera IVLI
  Laudibus egregijs carmine blandiſono?
Ingeniumq́ue tuum quis non mirabitur almum,
  Dat cui tot Pallas munera digna Ioue?
Omniaque amplecti his Gyris; Mirabile Donum;
  Vt MONTAGNANE gyret in orbe Decus.
Verſibus hinc merito ſemper celebrabere noſtris,
  Sic gyrent Muſæ ſidera fauſta meæ,
Ac demum tempus veniat labentibus annis,
  Quo inuidia ploret gens inimica mihi.

## Eiuſdem ad Lectores.

Vis penitus Lector totum cognoſcere cœlum,
  Quæ niteant cœlo ſidera clara ſimul?
Rerumve occultas diſtinctè diſcere cauſas,
  Necnon immenſi Miſtica ſacra Dei?
Viribus huic operi totis incumbe GEMMELLI
  Eſt etenim Phæbi, Palladis atque Comes.

# AD ILLVSTRISSIMVM CARDINALEM MONTALTVM.

ACcipe pacato, Pater Illuſtriſſime vultu,
Quæ Patruo fuerant dona dicata tuo.
Nam ſi virtutes, cuncta & monimenta reliquit
Ille tibi, hæc etiam dixeris eſſe tua.

## Ad Auctorem.

Vertitur in gyros liber hic tuus, optime IVLI
At ſtabit longos inclyta fama dies.

## Ad eoſdem Lectorem.

Pellege quos offert gyros tibi Lector IVLVS
Si cupis eximiam pelleri fortè ſitim.
Quicquid enim immenſis inuoluunt ſydera gyris
Hic mira euoluens explicat arte liber.

## Ad Librum.

In gyrum donec vertentur ſydera cœli,
Cunctaquè fluxiuagis orbibus acta ſuis.
Fortunate liber, ſemper celebrabere, ſemper
Volueris gyrans docta per ora virùm.

# TRES PRIMI SVBGYRANTES GYRI ſecundum Platonicos.

## *De Gyro ſupracæleſti, & increato ſecundum Platonicos in triplici Gyro ſubgyrante conſiderato.*

GYRVM ſupracœleſtem D. ſ. O. M. eſſe, ipſumq; æternum, vnũ, verum, bonum, & ſimplicẽ, Plato Diuinitate (prærogatiua) repletus, eſſe ſtatuit. Eorum enim quæ à theologis orthodoxis credenda ſtatuũtur, plurima & ipſe cum Penthatheucum Moyſis viderit, credenda aſſeruit; Gyrum enim omnem a diuina vniformiq; voluntate tanquàm ab omnipotenti Gyro originem traxiſſe ad eundemque eſſentialem gyrum habere dixit, hinc factum eſt, vt diui ſortitus ſit nomen, inter Philoſophos namque, ipſe verè philoſophus extitit, qui non ob id Phyſicus, aut Metaphyſicus, cum ſemper Diuina abſolute fuerit ſcrutatus, ſed Diuus, & ſi quando naturalia, ea non a ſe æterna, ſed ad ſupremum in ordine gyrum gyrantia gyrare conſiderauit. Deum ſupremum gyrum itaque eſſe non ſolum Plato, ſed etiam omnes cuiuslibet ſotietatis, vel phyloſophæ vel perfidę. Vel vt maxime, cum pertinentibus, Chriſtianæ ſamilię, dixerunt. Platonici, tamen ipſum ſolum, eſſe abſolutũ, & incircunſcriptum habere, nullis limitibus deuinctum, quibus talis ineſſe conſtituatur, aſſerunt: hinc Porphyrius ex Platonis mente in Commentarijs in timæum vniuerſum gyrum in ſex Gyri eſſe.

gradus diſtinguens, peroptime dicebat. Aliqua ſolum eſſe. Aliqua ſolum fieri. Aliqua ſimul eſſe, & fieri, Aliqua fieri ſimul & eſſe; Præterea aliquid ſupereſſe, & fieri. Amplius quoque aliquid omnibus ſubeſſe, & fieri; Eſſe quidem omnium entium latitudinem, quarum ſuprema eſt à ſe, ex ſe, & per ſe, & vndecunque in dependens, ſeipſa, & à ſeipſa gyrans. Cæterum, licet ſint ſeipſis entia, non tamen a ſeipſis, quæcunque ſint in quintuplici vitæ gradibus, eſſendi ſcilicet viuendi, ſentiendi, intelligendi, & mouendi, cum a ſupremo ſupracœleſtiq; gyrentur gyro. In quo primò, ſecundariò autem æternitatem in mentibus ponunt, tertioque in corporibus quibuſdam; ſic namque loquutus eſt Plato in Timeo, qui chaos deſcribens in eo ſummum poſuit amorem, chaos platonici informem vocant dependentem gyrum, diſtinctũ uero, formatum chaos. Tres enim apud eos ſunt gyri, & ſubſequenter chaos triplex, ſcilicet mens Angelica. Mundi Anima, & mundi corpus, quę omnia erant in factione informes gyri, a ſupremo autem gyro, vel a ſupremi gyri amore æterno fuere diſtincta. Et quem Heſiodus in Theogonia in lib. de natura, Parmenides Pythagoricus, cum Orpheo, & Triſmegiſto, ſentientes, antiquiſſimum ſeipſo perfectum, conſultiſſimumque ſtatuerũt amorem, illum eundem, Deum, Plato appellat æternum. Amor enim bonus pulcher, iuſtus Principium, medium, finiſque omnium extat, amore namque æterno totus ſeruatur olympus, quo fit, vt pulcher diuturnitate iuſtusque menſura exiſtat. Et quia bonus eſt ſupremus gyrus, trinitatis numerum omniũ menſuram Pythagorici rei adſcripſerunt, ob eam rationem exiſtimo, ego (vt Marſilius ille dixit) quod ternario numero res gyrantes gyrat atque gubernat, primo namque ſingula creat, ſecundo rapit, tertio perficit ſingula quoque in primis ab illo perenni gyrãteque, & æterno fonte fluunt, dum naſcuntur deinde in illum refluunt, dum ſuam illam originem repetunt. Poſtremo perficiuntur poſtquam in ſuum redierint principium, quo fit, vt principium, dum producit, dicatur. Medium, dum producta ad ſe retrahit, finis prout redeuntia perficit. Quibus omnibus ipſum eſſe, & eſſe æternum in ternario numero ſingula, & cuncta gyrans, eſt enim ipſe gyrus numeralis, vel numerus ſeipſum gyrans, non tamen habet numerum, vt Angelus, & anima, ſed eſt numerus, ideſt principium, & origo omnium numerorum, ac numerum habentiũ, quantoq; eſt rerum omnium gyrãtium potentiſſimus gyrus, tanto eſt ſimpliciſſimus ſiquidem in ſimplicitate

*Gyri æternitas.* *Gyri trinitas.* *Gyri ſimplicitas.*

plicitate conſiſtit vnio. In vnitate poteſtas. Quamobrem nemo audeat dicere ex pluribus eſſe compoſitum, ſic enim non perfectiſſimus gyrus. Non agens ſummum. Non beatiſſimus, ex partibus perfectione, & imperfectione conſtans mixtis, non per ſe aget quicquid aget, ſed per partes; ſeipſoq; nec vbique fruetur, non enim ſe totum in qualibet parte complectetur. Videbit in ſe aliquid præter Deum, totum enim a partibus differt, beatiſſimus vero ſi, quicquid in ſe videbit ſit ipſe, vt eſt. Et quia ſimplex eſt etiam vnus, nihil enim aliud eſt ſumma ſimplicitas, quàm ſumma vnitas, in qua conſiſtit infinita agendi virtus, & ideo dicunt Platonici in multitudine infinita nulla eſt agendi virtus, ſed infinita patiendi natura, quia corpus eſſe ſtatuerunt Pythagorici, eo quod ipſum abſque fine diuidi poſſit. Non poſſunt tamen ex Platonis ſententia plures aſſignari primi, & ſupremi gyri, cum nequeant plura eſſe prima principia, ſint namque gyri ſupremi duo, aut primus erit ſub altero, aut alter ſub primo, aut ambo erunt æquales, ſi alter ſub altero, qui præerit, erit principium, alter autem minime, cum ſub infinita poteſtate contineatur, cuiuſmodi ipſe non habebit; ſi autem æquales, aut inter ſe differũt, aut omnino conueniunt. Non differunt omnino cum in eo ſaltem conueniant, quòd ambo ſunt, aguntque, rerumque principia prima eſſe dicũtur; diſcrepãtia inſuper mundialis gyri gyrus diſcors remaneret. Si autem omnino conuenientes non iam duo ſunt, ſed vnum ſi detur tertium, quod partim conueniant in natura, partim verò diſcrepent, tunc ſanè eſt, quia nequeunt per idem conſentire, & diſſentire, communis illis natura aſſignanda venit, per quam conueniant, duæ autem præter illã communẽ naturæ propriæ, per quas eorum, vnuſquiſque ab altero diſcrepet. Sicque illorum nullus ſimplex, cum ex communi particularique natura mixtionem retineant, ſicque neutrum primum, cum ibi non ſit ſecundum, neutrum ſufficiens, cum totum parte vnica non componatur. Neutrum potentiſſimum, cum ſint diſcordes, & illa potius Communis natura, quàm ipſi, erit omnium principium. Vnus igitur eſt ſupremus gyrus apud Platonicos triplici ratione. Gyri vnitas.

Prima quia ſumma eſt vnitas, quodlibet enim ſummum eſt vnicum, ideo nihil magis vnicum, quàm ſumma vnitas, & cum omnis multitudo ad vnitatẽ reducatur, vt omnia indiuidua ad vnam ſpeciem, omnes ſpecies, ad vnum genus, omnia genera ad vnum traſcendens, quòd eſt ens, ita omnes motus ad vnam ſpe-

ciem motus; & omnes ſpecies motus ad motum, & motus ad motores, motores ad vnum primum, qui in gyrum gyrans immobilis ſemper extans dat cuncta gyrari, & ita vnus tantum à Platonicis ſtatuitur, & ratione ſupremus ſupracœleſtisq; gyrus. Eſt vnus hic gyrus.

Secunda ratione, quia eſt veritas, hæc enim vna eſt cum duæ ſummæ veritates nequeant eſſe. Nam earum altera, aut habebit quicquid altera, aut non. Si habebit igitur vna non duæ, ſi non, igitur neutra ſumma iſti enim deeſt veritatis, quòd in illa eſt, illique quòd in iſta. Eſt vnus.

Tertia Platonicorum ratione, quia ſumma bonitas ea. n. quicquid boni reperitur, in ſe omnino cõplectitur eſſentialiter, ſi igitur duæ, earum altera nõ erit ſumma, & ita quia ſumma vnitas, quia ſumma veritas, quia ſumma bonitas, vnus & ſimplex, non compoſitus, aut plures ſtatuitur, Quę vnitas, & ſimplicitas naturæ, ex Cabaliſtarum enigmatico ſapientialiq; ſermone gyri hippoſtatici numerum non excludit. Sicut enim ſupremi huius gyri voluntate tempus gyrantis ſidus hiſtoricus gyrorum omnium temporaliter gyratorum, & gyrantium, gyrum gyratione gyrans in gyri initio triplicem hippoſtaticum ſupremũ gyrũ eſſe, & vnũ manifeſtauit dicens in principio creauit Deus Cœlum & terram vbi Hæbraicus textus huiuſmodi habet verba, בראשית ברא אלהים ex quibus hmõi elicitur ſenſus P. filius, & ſpiritusſanctus in vnitate creauerunt Cœlum, & terrã. Nam ſecun-
Cabala. dum cabaliſticos litterales. Multiplex enim Cabala eſt præter ſpeculatiuam, practicam, naturalem & præternaturalem.) puta illa quæ vocatur De breſcit, qua Salomon excelluit, & Moyſes ægyptius. Et quæ vocatur, de Mercaua, ſeu Symbolica, diuiſa, in Arithmantiam, & theomantiam, quas poſſidebat Moyſes: tertia littera primi verbi adita primæ facit אב & ſignificat idem, quòd pater; ſecunda adita primæ facit בר quod ſignificat idem, quòd filius. Secunda addita quartæ facit רוש quòd ſignificat idem, quòd principiũ & eſt ſpiritusſanctus principium in vnitate voluntatis eorũ, quæ ſunt ad extra. Prima ſecunda, & tertia facit ברא ideſt creauit, & ſic detegit trinitas, & vnitas in ſupremo gyro, vt etiam detegit ab eiſdem ex ſecundo verbo, ברא nam ſunt tres litteræ. Aleph beth, & Res, Aleph ſignificat patrem, nam Aluph hæbraico ſermone, vt videre eſt 28. Gen. ſignificat Principem, & Ducem, & cum in Trinitate ſumma, Pater ſit principium fons, & origo totius Trinitatis hinc fit, vt Aleph

patrem

patrem ſignificare dicant. Beth ſignificat filium, a bar. Res ſignificat Spiritūſanctū a verbo Ruach, quòd ſpiritum ſignificat. Plato vero ille diuus qui multa dicitur accepiſſe ex noſtris. initio ſui tractatus Timæi, ideſt de natura, & ſi illa protulit verba dicens. Vnus duo tres, & quartum aduerſa valetudine laborat. Creationem rerum ab vno primo inſinuans, non tamen trinitatem Sanctiſſimam cognouit, quamuis eiuſdem multa attributa, quartū aduerſa laborans valetudinē, eſt chaos in forme, quòd apud theologos per terram intelligitur, quòd ſic & non ad alium ſenſum ſit exponendus Plato. Numenius Pythagoricus aſſeruit, vbi exclamauit, nil aliud eſſe Platonem, in hoc ſcilicet, Moyſem attica lingua loquentem, ſicut Mercurius, ſeuerus, Atticus, Plutarcus, & alij multi Platonis dogmata inſequentes. Dicat Marſilius in introductione Timæi quid ſibi velit, quòd ſcilicet, Plato quinque continuos dies diſputationibus deſtinauerat. In primo quidem Socrates in Pydeo vna cum Polemanco, Glaucone, Adimanto, Traſimacho ſophyſta de Rep. diſputauit. Secundò vero die in vrbe eadē recenſuit Timæo, Critiæ, atq; Hermocrati. Tertiò die horū epilogum faciunt; Quó quaſi mox facto Timæus de natura diſputauit, tribus præſentibus, ſocrate. ſ. Critia & Hermocrate, Plato namq; ijs tribus diſputationibus triduo diſpoſitis ęternitatē, & immutabilitatē Cōcilij ſanctiſſimi altiſſimæ Trinitatis ab eo nō cognitæ innuit, per diem. n. ſine adiacente æternitas deſignatur. Quartus verò dies aduerſa laborans valetudine eſt mundialis gyri creatio, qui dies infirma. i. mutabilis per motuum a Deo diſpoſitorum variationem, dicitur hinc Plato in ſupradicto Dialogi exordio, hiſtoriam de bello quoddam inter Athenienſes, atlanticoſq;, commiſſo, narrat. Vbi Crantor primus Platonis interpres, nudam abſq; allegoria accipit hiſtoriam. Quidam vero ſolam allegoriam abſq, hiſtoria. Melius tamen vt reliqui Platonici hiſtoriam, cum allegoria colligantes dixerūt, bellum id inter athenienſes atq; atlanticos imaginem prę ſe ferre oppoſitionum, qui in vniuerſo ſunt omnium, quibus quodlibet ſublunare, generatione, & corruptione mutatur, ſicq, ex Platonis ſententia ſupremus, & ſupracœleſtis gyrus ſecundum duplicem gyrū circa ſe gyrātem a quolibet cōſpici poteſt. Quoad eſſe, ecce primū gyū. Quoad æternitatē vnitatem, veritatem, bonitatem, & ſimplicitatem. Ecce alterum, & immutabilitatem. Ecce tertium.

# TRES PRIMI
## SVBGYRANTES GYRI
### S I M V L.

*De Gyro ſupracœleſti, & increato, ſecundum Peripateticos. In triplici gyro ſubgyrante ſimul completo.*

SICVT Plato ille diuinus theologis ſacris in multis ſe conformans ſupracœleſtem Gyrum ſecundum triplicem gyrum peroptime eſt contemplatus; ita & diſcipulus eius Ariſtoteles naturæ ſagaciſſimus ſcrutator, nam in 7.& 8.lib. de phyſico auditu, in ratione ſupremi gyri omnes gyros gyrantis ipſum conſiderauit, & in 12. Metaph. vt primum in ordine intellectualium gyrorum immediate gyros corporeos gyrantium, quos & ipſe virtualiter, non per contactum, mouet. Inde concludens eundem eſſe primum, immobilem, æternum, infinitum, finem, & agens reſpectu inferiorum gyrantium, vel gyratorum gyrorũ, in quibus licet ſint, & gyri agẽtes, & gyrãtes naturaliter inſtrumentarij potius, vel aſſimilatorij quam purè gyrantes, & agentes, vel independentes appellari debent; hunc autem ſupremum gyrum reperiri eſt per ſe notum. Non enim poteſt quis oppoſitum habere conceptum eius, quòd eſt per ſe notum, vt peroptime dixit Ariſt. diuinorum 4.t.c.26. & 1.poſt.c.6. Nam ſi videtur eſſe, & alios ſecundos gyros, qui vnum primum, & ſupremum arguunt gyrum, quo (per impoſſibile) ablato, confuſio oriretur, hinc concluſit. Ariſto. vnus igitur Princeps principalis, vel ſupremus gyrus, qui cuncta gyrari faciat, tum ſubor-

dinatos

dinatos. Intellectuales gyros, cum etiã ſubordinatorum gyratorum gyrorum ſubſtantiam. Eſt vero per ſe notum aliquid duplici de cauſa. Prima ex terminorum ſola cognitione, ita quòd talis propoſitionis euidentia, nec a priori, nec a poſteriori ſit demonſtrabilis, hæcque proprie per ſe nota extat propoſitio, excludit namque quamcunque extrinſecam notitiam, ideo per ſe. Quæ abſolutè ſumpta ab intellectu partialiter eſt. Vt euidens tamen a notitia prouenit terminorum, ſic enim dicebat philoſophus principia cognitis terminis cognoſcuntur. Secundò vero a poſteriori arguendo fit notum ignotum, dicimus ob id, eſt effectus igitur eſt cauſa, eſt aliquod dependẽs, igitur aliquod independens, & ſic dicitur propoſitio per ſe nota in confuſis cõceptibus; ſicque primum gyrum eſſe eſt per ſe notum, cognitione, & notitia nobis naturaliter exiſtente, ſic enim quodcunque demonſtrabile demonſtratione quia, demonſtramus, hinc dicebat philoſophus in de Gener. 19. Nihil eſt occultum in natura, & quòd eſt ignotum eſt non ens, licet itaque aliquid quidditatiue non cognoſcatur, vtputa gyrus intellectualis abſtractus, & ſeparatus, a poſteriori tamẽ cognoſci poteſt. Alioq; in loco dicebat. 9. de hiſt. anim. c. 1. cornix cum noctua diſſentit, cornix enim meridie nocte ſubripit oua, cum non clare meridie videat noctua, hæc vero contra, oua cornicis noctu exedit, eſtque altera interdiu, altera noctu potentior. In quibus verbis Ariſt. aperte fatetur noctuam videre, ſed non clare, atque ita nicticoracis exẽplo, egregie adũbratã, & imperfectam, quam de gyris intellectualib. ſeparatis cognitionẽ habet declarare videtur. Qua in re magis D. Thomas, quàm Ariſt. eſt audiendus, qui ponit intellectum adeptum, quo tales gyri quidditatiue intelliguntur, & per eſſentiam, cum intellectus adeptus eſt, & ſibi intellectus agens iungitur, vt forma, quòd ab Auerroe effictum eſt, ab Ariſto. vero non conceſſum, qui tertio de anima 30. 32. & 39. inquit, ꝙ ad intellectum phantaſmata ſe habent, ſicut ſenſibilia ad ſenſum, iam vero ſenſibilia ad ſenſum ita ſe habent, quòd ſenſus ſine ſenſibilibus ſentire non poteſt, vnde concludit, quare nunquàm ſine phantaſmate intellectus intelligere poteſt, & ita primum gyrum eſſe, qui eſt eius primus gyrus cognoſcit intellectus noſter gyrans, quantum ſibi licet, eſſe autem primũ huiuſmodi gyrũ demõſtrari põt, ſic aliquod eſt effectibile, aut ergo a ſe, & hoc nõ per Philoſophum, aut a nullo, & ſic minus, quòd enim nihil eſt nihil efficere poteſt, aut ergo ab alio, quòd aut Gyri primus.

eſt

eſt primum ens,& ſic habetur intentum, aut non eſt primum effectiuum, quia videlicet eſt ab alio eff:ctibile, aut virtute alterius effectiuum,& tunc detur illud aliud, & ſic arguetur de hoc ſicut de alio, & ita in infinitum procedetur. Aut erit ſtatus ad aliquod primum ens, quòd concedendum venit, ſi enim non ſic,non eſſet ordo eſſentialis prioris,& poſterioris,quia vbi non eſt dare vnum primum ſimpliciter, neque prius dabitur, cum prius ſit id, quòd eſt primo propinquius teſte Ariſt.5. Meth.C. de priori, oportet igitur concludere ſupremum gyrum eſſe nedum,ſed etiam eſſe primum omnino gyrans. Nec ſolum primum,ſed vnum ſolum,& hoc ſecundum finem, quòd enim per ſuperabundantiam dicitur vnum, ſoli conuenit, vt 8. Ethic. vnus igitur eſt ſupremus gyrus, alium eſſentialiter diſtinctum ſibi æqualem, aut inæqualem non habens, penitus immobilis motu proprie qui eſt tranſmutatio, ſecundum quam aliquid ſe habet aliter nunc,q̃ prius,ſicque nullo mõ gyratur. Nam ſi moueretur, aut a ſe, aut ab alio moueretur. Non ab alio, quia ſic non primus.Si a ſe,aut ex potentia eſſentiali ad actum, aut accidentali. Non primo, quia ab alio, non ſecundum quia tunc eſſet gyrans, & mouens aliquod prius eo, ſcilicet gyrans potentia eſſentiali, quòd eſt impoſſibile. Non eſſet autem ita magnum inconueniens dicere ipſum primum gyrum moueri,habet enim intelligere, & velle, & amare ſeipſum, quæ operationes, motus dicuntur non tranſeuntes, ſed immanentes, non diuerſæ, ſed idem cum ſubſtantia gyri, quicquid enim in eo reperitur eſt ipſemet ſubſtantialis gyrus, vt 12. Meth. declarat Ariſt.t.c.51.& 54. hocq; fortaſſe eſt illud, quo moti ſunt Plato & Ariſto. ad dicendum ſupracœleſtẽ gyrum a ſeipſo moueri. Et licet Ariſtot.dicat in 8.ph.86.ſecundo de generatione 60. & primo cœli. 46. quòd in cœlo eſt virtus infinita mouens, iſta inferiora, non ſequitur ob id tamen, primum gyrum, & mouens eſſe in magnitudine finita cum moueat, & gyret cuncta gyrabilia, per intellectum, vt tertio de anima; habet enim potentiam, tantum infinitam ideſt cauſalitatem infinitam ſuper durationem perpetuam ipſius motus, non autem potentiam infinitam actiuam ipſius motus finiti immediate ſine appropriato motore. Nam cauſa motus finita, non mouet per tempus infinitum,ſed infinita.Motus vero cum ſit infinitus ſecundum tempus, habebit primum & ſupremum gyrum, ſuæ infinitatis cauſam. Habet autem & cœlum potentiam infinitam, vt dicit

Vnitas.

Immobilitas.

Commentator, ſed non actiuam, bene autem ſuſceptiuam, motus, vel motionis, ſeu regyrationis æternæ, quoniam ea non ſibi ineſt ratione motus perpetui, vnius numero, & continui, bene eſt ſecunda cum ſit ingen. & incorrup. vt primo cœli. Et licet non habeat potentiam actiuam motus perpetui vnius nume ro, & continui; habet tamen potentiam actiuam motus perpetui vnius ſecũdum ſpeciem; Motus namq;, & regyratio corporei cęleſtis gyri ppetuo calefacit iſta inferiora, ſed nõ calefactione vna numero, & continua; ſimiliter cęleſtis gyrus perpetuò igneam ſphæram lotali gyratione gyrat, ſed non eſt regyratio vna numero, ſicut nec ignis perpetuatur vnus numero, ſed ſpecie; ſicque ſupremus Gyrus ex Ariſtotelis ſententia ſecundum tripli cem gyrum à quolibet peripatetico contemplari poteſt. Prout eſt, & eſt per ſe notus & ecce primum gyrum, prout eſt primus in ordine intellectualium gyrorum, & ecce alterum. Vt eſt immobiliter gyrans agens, finis æternus, & infinitus, & ecce tertium gyrum, qui omnes gyri triplices a Deo eliciuntur ſupremo gyro intellectu noſtro ſpeculatione gyrante, vt ex tali ſupergyratione beetur modo poſſibili, & poſtmodum ad eundem per modum gyrorum recurrantur.

# PRIMVS SVBGYRANS GYRVS

## ſecundum Theologos.

*De Gyro ſupracœleſti, & increato ſecundum theologos in tres gyros ſubgyrantes diſtincto.*

PRIMVS Gyrus theologalis de Deo ſupremo gyro vniuerſali, gyrans gyratione multipliciter gyrat, ſicut multipliciter D. O. M. in vniuerſali contemplari poſſumus.

Primò quoad veritatem eſſentiæ ſuæ.
Secundò quoad vnitatem impartibilem.
Tertiò quoad trinitatem.
Quartò quoad incomprehenſibilitatem.
Quintò quoad ordinem.
Sextò quoad identitatem.
Septimò quoad diſtinctionem.
Octauò quoad incircumſcriptibilitatem.
Nonò quoad circumínceſſionem.
Decimò quoad infinitatem.
Vndecimò quoad æternitatem.
Duodecimò quoad ſimplicitatem.

Gyrans ego ſuper veritatem eſſentiæ dico ſupremum gyrum non ſolum eſſe, ſed ſuum eſſe non differre ab eſſentia, vt peroptime declarant D. Thomas D. Bonauentura, & Subtiliſſimus: Veritas eſſentiæ. Quod veritas eſſentiæ ſoli Deo conueniat, & eſſe ſit propriũ

Dei

Dei clarè patet. Nam Deus eſt perfectiſſimus, & nihil eſt extra diuinum eſſe, & ſuum eſſe eſt totum ſimul per nomen ſemmephoras Iehoua a Cabaliſticis immutum hoc enim ſolum, eſſe proprium Dei dicit, & ita proprium, quòd D. benedictus ſolum eſt, quia independens.

Solum eſt Deus, quia eſt prima cauſa, & primum efficiens.

Solum eſt Deus, quia entitas eſt ſuæ D. Maieſtatis ſolum appropriatum, & quidditatiuum prædicatum.

Solum eſt Deus, quia eſſe eius non eſt cauſatum ab intrinſecis, aut extrinſecis Principijs.

Solum eſt Deus, quia eſt ens perfectiſſimum, & in eo nihil eſt, quòd actu non ſit ens.

Solum eſt Deus, quia eſſe ſuum traſcendens, & illimitatum eſt totum ſimul.

Solum eſt Deus, quia ſolum ipſe eſt abſoluta ſubſtantia imò eſt ſupraſubſtantia.

Solum eſt Deus, quia eſſe in eo non eſt accidens, vt dicere ſolebat D. Hilarius.

Solum eſt Deus, quia eſſe ſuum eſt veritas ſubſiſtens, & cauſa manens, & naturalis generis proprietas.

Solum eſt Deus, quia vt dicebat D. Hieronymus ita proprie eſt, vt noſtrum eſſe ad illud comparatum ſit propè nihil.

Solum eſt Deus, quia eius eſſe, vt dicit prædictus Doctor non nouit præteritum, aut futurum, cognitione ſcilicet experimentali, licet ſpeculatiua.

Solum eſt Deus, quia cum ſit actualiſſimus, & puriſſimus cuncta facit eſſe.

Solum eſt Deus, quia eſſe ſuum eſt formaliter ex ſe, in ſe, a ſe, & per ſe, ex ſe, cũ ſit indefectibilis naturæ. In ſe, cum loco, circumſcribente non indigeat, A ſe, cum ſit independens, & primus. Per ſe, cum ſit ſubſtantia.

Solũ eſt Deus, qa eſſe non differt ab eſſentia, ſicut in creaturis. Nam vt dicit D. Thomas p. p. q. 3. art. 3. eſſe Dei dicitur in abſtracto eſſentia, vt explicetur ſimplicitas, eſſe in concreto, vt explicetur eius ſubſiſtentia, & ita Deus eſt ſua Deitas, eſſentia, & vita. Non ſic in creaturis; in quibus eſſe, & eſſentia differunt ſecundum rem extrinſece & intrinſece ſecũdum rationem. Nam eſſe includit principia indiuiduationis, q̃ ab eſſentia non includũtur. Vnde in definitione Fœlicis Sixti, Camillæ, Flauiæ, Oſinæ, Alexandri, vel Michaelis, ponitur materia ſignata, quæ non po-

Bara, Barata, Barati, ideſt Creauit, creauiſti, creaui: Nomen Heloim eſt numeri pluralis; cuius ſingulare eſt el nomen Monoſylabum Dei, vt multi perperam dicunt Hebraizantes, quia eius plurale eſt Elim. Sed eſt Eloha, vbicunque ergo inuenitur terminus iſte Elohim; ſemper ſignificat pluralitatem perſonarum Diuinarum in vnitate eſſentiæ, ideo dicit Bara, &c. perlegatur vlterius inuenietur ſemp Vaggiomer Heloim; Vaggicra Heloim, Vaidaber Heloim. Vaggiangas Heloim. Vaimarech Heloim. Vaggiura Heloim &c. Quod Trinitas ſit (contra Hebræos) legatur in Eladeuarim Simet Raſcim ibi reperitur ter Dei nomen, Scemam Iſrael Adonai Elohenu, Adonai Echad; pariter in pſalmo 96.50. & alibi. In Ioſue Iſaia; in expoſitionibus Rabinorū Rabi Simeon ben Iochai. Rabbi Ionathan ben Vziel; Rabi Ibba. Rabi Menakem Kakena, & alij quamplurimi; ideo nobis Chriſtianis, & Theologis velint, nolint pro inſpirata, & reuelata veritate, Hebręi credere debent, qui confitemur Catholicam, & irrefragabilem veritatem de Sanctiſſima Trinitate in vnitate eſſentiæ; ſicut dicebat D. Athanaſius, hæc eſt fides catholica, vt vnum Deum in trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. Credere enim debemus Trinitatem in proprietatibus, & Vnitatem in Maieſtate.

| | |
|---|---|
| Trinitatem Relatione. | Vnitatem abſoluta natura |
| Trinitatem Subſiſtentiæ | Vnitatem ſubſtantiæ |
| Trinitatem Diſtinctam | Vnitatem coniunctam |
| Trinitatem non diuiſam | Vnitatem non compoſitam |
| Tres vnum | Vnum tres |
| Tria ſuppoſita | Vnam eſſentiam |

Diſtincta ſuppoſita, ſine ſeparatione vnius ab altero

Coniuncta, ſine confuſione, aut mixtione vnius cum altero.

Indiuiſibilia in operibus ad extra, & in eſſentialibus ad intra.

Vnum in voluntate, in omnique cultu æqualia, & ita ſtatuit firmiter credēdum, ecleſia ſancta Catholica, & Apoſtolica Romana ſub anathematis penna. Quorum miſteriorum ſpectator Paulus Apoſtolus incredibili admiratione perfuſus, eorundē incomprehenſibilitatem omnibus patefecit dicens, ò altitudo diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei quam incomprehēſibilia ſunt iuditia eius, & inueſtigabiles viæ eius, & aliàs, & vidi arcana, quæ non licet homini loqui, & ratione. Nam inter intellectum comprehendentem, & rem comprehenſibilem debet eſſe proportio,

Incomprehenſibilitas.

portio,

portio, & gyrus gyratus gyro gyranti æquari, & commēſurari debet; cuius defectu, oculus noſter minimum quid eminus conſpicere nequit, nec minus rotam ſolis accenſam. Modo inter gyrum gyratum, & creatum, & inter gyrum ſupremum, & infinitum increatumque gyrantem, non eſt proportio, ideo eſt etiam cogitatu incomprehenſibilis, vt dicebat Hieremias; hinc ſequitur, creaturam, intellectu naturaliter gyrante diſtinctè ſupremum gyrum cognoſcere non poſſe, ideſt in conceptibus proprijs extractis, ex proprijs; & ſi ſub conceptibus communibus, ſcilicet entis, aut proprijs ex Communibus, vt ſub ratione boni, & infiniti. Aut ſub conceptibus negatiuis, dicentes eum eſſe bonum ſine qualitate, magnum ſine quantitate, præſentem ſine ſitu, continentem ſine loco, durantem ſine tempore, & gyrātem ſine motu. Quæ incomprehenſibilitas (propter reuelata) non excludit ordinem naturæ, vel præſuppoſitionis, vt dicitur paſſim in Scotiſtarum Academia noſtra ſubtiliſſima cognoſci. Ordo.

Pono enim de mente ſcholaſticorum, ordinem naturæ in ſupremo gyro inter abſoluta primum.

Secundò inter relationes.

Tertiò inter perſonas.

Quartò operationes, vel generales reſpectus.

Inter abſoluta talem pono ordinem cum ſignis naturæ quatuor.

In primò ſigno pono eſſentiales perfectiones, & ſunt, deitas, ſubſtantia, vita.

In ſecundo ſigno pono modos intrinſecos, & ſunt neceſſitas, infinitas, realitas, exiſtentia.

In tertiò ſigno pono attributa intrinſeca, & ſunt charitas, ſapientia, bonitas.

In quartò ſigno pono attributa extrinſeca, & ſunt miſericordia & iuſtitia.

Inter relationes talem ponò ordinem cum ſignis naturæ quatuor.

In primò ſigno pono relationes fundamentales, quæ licet reales ſecundum ſe non ſint, tamen quantum ad fundamentum ſunt reales, & primæ, & ſunt, ordo, & diſtinctio, inter perfectiones eſſentiales.

In ſecundo ſigno pono relationes intellectiuæ fœcunditatis, & ſunt generatio actiua in patre, & paſſiua in filio.

In tertiò ſigno pono relationes fœcunditatis volitiuæ, & ſunt

ſpiratio

ſpiratio Actiua & Paſſiua.

In quartò ſigno pono relationes communes, & eſſentiales, & ſunt æqualitas, identitas, & ſimilitudo.

Inter perſonas talem pono ordinem, cum ſignis naturæ tribus.

In primò, pono patrem a ſe filium ſibi conſubſtantialem, & coæternum generantem.

In ſecundò, pono filium genitum, & cum patre Spiritumſanctum ſpirantem.

In tertiò pono Spiritumſanctum a patre, & filio ſpiratum.

Inter operationes talem pono ordinem, cum ſignis naturæ quatuor.

In primò, pono operationes immanẽtes ad intra, & ſunt intellectio, & volitio.

In ſecundò, pono operationes tranſeuntes ad intra, & ſunt dicere, & ſpirare.

In tertiò, pono operationes immanentes ad extra, & ſunt intelligere, & velle creaturas.

In quartò, pono operationes tranſeuntes ad extra, & ſunt creare, conſeruare.

Vnire ſanctificare, exornare reſtaurare, & glorificare.

Ordo iſte naturę arguit diſtinctionem quadruplicem in Deo.

Eſſentialem, reſpectu creaturarum, eſſentialiter enim a Deo diſtinguuntur. Diſtinctio

Realem, & hypoſtaticam inter tres D. Perſonas.

Formalem, inter eſſentiam, & relationes, &

Modalem, inter eſſentiam diuinam, & modos ſuos intrinſecos.

Diſtinctiones iſtæ vero ſupponunt ſummam, & radicalem identitatem, cuius decem aſſigno gradus, pro tantæ difficultatis clariori intelligentia. Identitas.

Inter proprietates conſtitutiuas, ob attributionem ad naturam, ecce primum gradum.

Inter perſonas P. fi. & Spirituſſanctum, ob incluſionem D. eſſentiæ, ecce alterum.

Inter actiuam generationem, & ſpirationem in Patre, & paſſiuam in filio ecce tertium.

Inter D. eſſentiam, & relationes, ecce quartum.

Inter attributa potentiam, ſapientiã, & bonitatem ecce quintum.

Inter

Inter attributa,& diuinam eſſentiam ecce ſextum.

Diuinæ eſſentiæ, cum ſubſtantia, ſpiritu, deitate, entitate, & vita intellectuali ecce ſeptimum.

Diuinæ eſſentiæ cum ſeipſa,& hæc eſt maxima identitas ecce octauum.

Diuinæ eſſentiæ,& modorum ſuorum ecce nonum.

Inter modos ipſos, & ecce decimum;hinc fit, vt diuinarum perſonarum vna,in alia eſſe dicatur per admirabilem circuminceſſionem,quæ ſecundum ſcholaſticos eſt alicuius ſubſiſtentis in ſubſiſtente realiter diſtincto, mutua,& intima præſentialitas,in eadem natura numero;ex quo ſequitur, quòd ſi Deus poneret duo corpora in eodem loco,vnum non eſſet in alio per circuminceſſionem, quia talia haberent duas naturas numero diſtinctas, & ſic in creaturis non poteſt eſſe circuminceſſio. Sequitur quinetiam, quòd attributa diuina non ſunt in eſſentia diuina per circuminceſſionem, eo quod ſic quodlibet debet eſſe ſubſiſtens. Tertiò ſequitur,quòd nec perſonæ ſunt in eſſentia,nec eſſentia in perſonis per circuminceſſionem, quia non ſunt realiter diſtincta. Quartò ſequitur,quòd licet Deus ſit vbique, & ſit in anima mea, non tamen per circuminceſſionem, quia non ſic in anima mea eſt intime præſens,& mutue,ſicut D. perſonæ inſeinuicem,quę eandem numero habent naturam,& conſubſtantialiter ſibi inuicē inexiſtunt,quam innuit ſaluator Io. 14. dicēs. Ego in patre,& pater in me eſt,& c. 1. In Principio erat verbum, ideſt,in patre eſt Verbum conſubſtantialiter,vel verbum eſt in pře,nō per inexiſtentiā cōtinētē,ſic.n.locabilia ſunt in loco, & contentibilia in continente,neque per inexiſtentiam præſentię, vel diffinitiuam,ſic enim Angelus eſt in loco. Sed per inexiſtentiam conſubſtantialitatis,cuius in creatis,modus ſimilitudo,aut exemplum inueniri non poteſt, & ideo compoſitionem non arguit in Deo benedicto, ſecus enim ſi vna perſona in alia exiſteret,puta per informationem,non ſic per circuminceſſionem,cuius ratio eſt D. natura,& eſſentia, nec ſolum relatio originis,cū ratio eſſendi perſonæ in perſona ſit vniformis,relatio autem originis non eſt vniformis, quia relatio originis in P. eſt vnius rationis, in filio vero alterius rationis, vnde ad vniformitatem requiritur D. natura; ad diſtinctionem realem relatio originis. Ex hoc, quòd vna perſona non eſt in alia per continentiam, eo quòd finitis hoc conueniat ſequitur D.O.M. eſſe incircumſcriptibilem tota enim mundialis gyri capacitas(& ſi contineri poſ-

Circumin ceſſio.

Notandum.

Incircumſcriptibilitas.

ſit, quòd eſt abſurdum) non poſſit eum capere, & continere. Nā corpora circunſcriptiue, & paſſiue ſunt in loco, Gyri purè intellectuales, vel Angeli ſunt in loco diffinitiue; Deus autem ſupremus gyrus cum ſit immenſus, & actualiſſimus ſpiritus non poteſt a loco circumſcribi, eſt tamē vbiq; per potentiam, præſentiam, & eſſentiam. Per potentiam inquit D. Thom. p.p.q.8. ar.3. quia omnia ſupremo ſuo imperio reguntur in gyrum. Per præſentiam, quia omnia nuda ſunt, & aperta oculis eius. Per eſſentiam omnibus, & ſingulis, quia eſt præſens. Eſt in creaturis, dicit deuotus Bernar. mirabilis, in hominibus amabilis, In Angelis deſiderabilis. In damnantis implacabilis, & in ſeipſo incomprehenſibilis, & ideo ſatius erit dicere omnia eſſe in Deo, quam Deum eſſe in omnibus, licet vtrunque recte aſſerere poſſimus. Quo fit, vt conſequenter aſſeramus eundem eſſe infinitum, quam infinitatem innuit propheta Dauid. d. omnia quicunque voluit fecit in cęlo, & in terra, & licet innumerabilia fecerit inquit propheta. Nunquid abbreuiata eſt manus domini? ſi igitur potentia eius eſt infinita, cum eſſe a poſſe nō differat in Deo ſequitur eſſe Dei infinitum eſſe, & ſubſtantiæ Pelagum, vt dixit Damaſc. Quæ infinitas æternitatem demonſtrat. Æternitas vero vt dicit Boet. 3. de conſolatione eſt interminabilis vitæ, & tota ſimul perfecta poſſeſſio, dicitur interminabilis, eo quòd principio, & fine careat. Secundò dicitur vitæ, nam philoſophus 2. Meth. oſtenſo, quòd Deus ſit intelligens, concludit quòd habet vitam perfectiſſimam, & ſempiternam, quia intellectus eius eſt perfectiſſimus, & ſemp in actu, & ita eſt vita, quòd omnia ſunt in eo vita nedum, quia continentur, & conſeruantur virtute diuina prout ſunt in proprijs naturis, vt dixit D. Paulus. In ipſo viuimus mouemur, & ſumus, ſed quia & ſunt, vt in cognoſcente per proprias rationes, quæ non ſunt aliud in Deo ab eſſentia diuina, vnde rès prout ſic in Deo ſunt, ſunt eſſentia diuina. Et quia eſſentia diuina eſt vita non autem motus, hinc eſt, ꝙ hoc modo loquendi res in Deo non ſint motus, ſed vita, quia habent eſſe in vita ſecundum rationem formæ non materiæ. Et quæ non ſeipſis viuunt, in mente diuina viuunt, & ſunt vita, & ideo creaturæ verius habent eſſe in mente diuina, quam in ſeipſis, quia in mente D. habent eſſe increatum, & immateriale. In ſeipſis vero creatum, & materiale, cui ſententiæ adſtipulari videtur Plato dicens, ꝙ homo ſeparatus erat verus homo, homo autem materialis per participationem. Tertiò dicitur tota non ſin-

Infinitas.

Æternitas

cathegorematice, ſed cathegorematice.i. non quia habeat partes, ſed quia ei nihil deeſt, defuit, aut deerit. Quartò dicitur tota ſimul, ad remouendum tempus, & ſucceſſiuum. Quintò dicitur perfecta ad excludendum. Nunc temporis. Sextò dicitur poſſeſſio, ad excludendam deficientiam æternitatis, quòd.i. poſſidetur firmiter, & quiete habetur D. Thom. autem. p. p q. 18. artic. 3. in ſolutione ſexti argumenti articulum concludens dicit, quòd ad deſignandum immutabilitatem, & indeficiétiam æternitatis vſus eſt nomine poſſeſſionis, eſt enim Deus indefectibilis, & immutabilis. Non enim mutari poteſt in ſubſtantia, cum ſit indefectibilis naturæ. Non in qualitate, aut quantitate, cum ſit ſine qualitate bonus, & ſine quantitate magnus. Non ratione loci aut ſitus, cum ſit vbique, & non circumſcribatur; & ſpiritus ſimpliciſſimus, & ideo a ſcholaſticis dicitur ſumme ſimplex. Quia non eſt compoſitus, nec componibilis. Summè ſimplex.

Simplicitas Dei.

Ad differentiam conceptus entis ſimpliciter ſimplicis, qui totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur. Summè ſimplex.

Ad differentiam formarum, cum prima materia coniungibilium.

Ad differentiam primæ materiæ, quæ ſimplicitatem ſolam retinet.

Excludens compoſitionem ex his, & cum his naturalem.

Excludens compoſitionem quantitatiuam.

Excludens compoſitionem ſubiecti, & accidentis.

Excludens compoſitionem, & reſolutionem. Non tamen naturarum vnionem, & ita clare per gyrum diſcurſiuum, & ſcholaſticum cum theologis factum, & regyratum patet quomodo ſupremus gyrus ſecundum primum ſubgyrantem gyrum conſideratus, eſt vnus, trinus, incomprehenſibilis, cum ordine, diſtinctione, identitate, circumince ſſione, incircumſcriptibilitate, infinitate, æternitate, & ſimplicitate.

SECVN-

# SECVNDVS
## SVBGYRANS GYRVS
## ſecundum Theologos.

### *De ſupracœleſti Ggyro.*

SECVNDVS ſubgyrans gyrus eſt de Deo reſpectu emanationum. Perſonarum, relationũ proprietatũ, & notionum; Nam in diuinis ſunt duæ emanationes, ſeu productiones, tres perſonæ; quatuor relationes, tres proprietates perſonales, & quinque notiones, & ratio omnium eſt, quia cum ſupremus ſanctiſſimus, & ineffabiliſſimus gyrorum, omnium gyrus D.O.M. ſit perfectiſſimus, perfectiſſime ſe communicat, ſalua ſemper indiuiſione, & vnitate naturæ, in qua communicatione ſunt duo communicandi, vel emanandi, vel producendi modi perfecti. Per modum naturæ vnus; Per modum volũtatis alter.

Primus dicitur generatio.

Secundus proceſſio. Et quia duabus emanationibus ſubſtantificis neceſſe eſt emanare duas hyppoſtaſes, vel perſonas. Neceſſe eſt etiam ponere hypoſtaſim primo producentem ab alio nõ emanare, ne ſit in infinitum abire, & ideo tres hyppoſtaſes. Et quia cuilibet emanationi correſpondet duplex habitudo relatiua, ideo ſunt ibi quatuor relationes, ſcilicet paternitas filiatio, ſpiratio, & proceſſio. Et quia per has habitudines nobis innoteſcunt diuinæ hyppoſtaſes, & præter hoc etiam hyppoſtaſis illa, in qua eſt ratio prima principiandi innoteſcit nobis, quia non producitur; ideo ſunt quinq; notiones, quatuor relationes præ-

dictæ & innaſcibilitas. Et quia vnaqueque perſona habet proprietatem per quam innoteſcit, ideo tantum tres ſunt proprietates Perſonales, quæ ijs nominibus exprimuntur proprie, & principaliter ſcilicet Pater, filius, & Spirituſſanctus Pater a ſe, filius a patre, Spirituſſanctus a Patre, & filio, qui licet a filio (per impoſſibile) non procederet, adhuc tamen realiter diſtingueretur ab eo ratione relationis diſparatæ incompoſſibilis.

Productio duplex. Circa primum propoſitum in gyrum inſiſtens de Mente ſcholaſticorum ſecunda diprimi dico reſolute, quòd in Deo duplex eſt productio. Vna dicitur ad intra. Ad extra altera. Productio ad extra duplex eſt. Vna ad extra in alteritate reali, & hypposta-tica in identitate naturæ, & hæc non differt a productione ad intra; altera ad extra in alteritate, & diſtinctione eſſentiali, & reali, & eſt creaturarum, quæ triplex eſt vna dicitur in eſſe cognito, vel idæali. Secunda in eſſe volito. Tertia in eſſe exiſtentiæ. Nam Deus ordinate procedens primo res intelligit (ordine naturæ cum temporis excluſione) eaſque creabiles cognoſcit. Secundò vult eas creare. Tertio creat: & huiuſmodi tertia dicitur productio ad extra ſimpliciter, cæteræ dicuntur ſecundum quid. Productio vero ad intra, quæ eſt aliquorum realiter, & hypposta tice inter ſe diſtinctorum in identitate naturę, ideſt diuinarum perſonarum producibilium in vnitate eſſentię, duplex eſt vno dicitur per modum naturę. Per modum voluntatis altera. Prima dicitur memoria fœcunda, & perfecta, & eſt intellectus; ſimul cum diuina, eſſentia in ratione obiecti infiniti ad potentiā infinitam in patre, ſecundum noſtrum modū intelligendi ſine adæquato termino. Nam huiuſmodi ſigna ſunt a quo & ſuppoſitionis, non in quo, vt aliqui ſubtilium doctrinam non intelligentes dicūt. Altera dicitur volūtas perfecta fœcunda, & eſt D. eſſentia in ratione obiecti ſimul cum D. Volūtate in Patre, & filio ſine termino adæquato modo prædicto. Nam in vno ſigno eſt Pater a ſe fœcundus. In altero eſt filius genitus cum patre habens voluntatem fœcundam ſine termino adæquato, & in tertio Spirituſſanctus adæquatus terminus fœcūditatis volitiuæ, ideſt filius, coæternus, & coæqualis Patri præſupponit patrem fœcundum, & ſemper generantē, & producentem, & Spirituſſanctus præſupponit patrem, & filium habentes voluntatem fœcundam, principium formale quo a duobus ſpiratur, & ita pater a ſe generat, & ſpirat, filius a patre, & per patrē. Vel clarius gyrans ego circa primam productionem, quę eſt filij

Productio ad extra duplex.

Productio ad extra triplex.

Productio duplex ad intra.

à patre,

à patre, dico filium ſecundum diuinitatem ſeptem poſſe conſiderari modis. Vt eſt ex patre ecce primum. Productio filij.

In patre ecce alterum.

Cum patre & ecce tertium.

A patre, & ecce quartum.

Pro patre ecce quintum.

Sub patre, & ecce ſextum. Nota nobiliſſimã doctrinã.

Ad patrem, & ecce ſeptimum.

Ex patre, in patre, cum patre.

A patre, pro patre, ſub patre, & ad patrem, eſt.

Ex patre, ab æterno genitus, ad eum enim dixit pater, ex vtero ante luciferum genui te.

In patre per admirabilem circumince ſſionem vnde ipſe dicebat ego in p. & p. in me eſt. Filius.

Cum patre, ſpirat Spiritumſanctum, qui ex patre filioque procedit.

A patre eſt ad nos, miſſus in tempore, At vbi venit plenitudo temporis, &c.

Pro patre hominem quem creauerat redemit empti enim eſtis pretio magno.

Sub patre formam ſerui accepit, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens.

Ad patrem ouem errantem quam inuenit adduxit. Non veni vocare iuſtos, ſed &c.

Ex patre eſt quatuor modis. Neceſſitate. Voluntate. Intellectu. Et per modum naturæ.

Ex patre neceſſitate quatuor modis.

Neceſſitate oppoſita contingentiæ, quia vt Deus eſt per ſe, & ex ſe formaliter neceſſarius.

Neceſſitate exigentiæ. Nam in quocunque eſt principum formale productiuũ a ſe, & ſine imperfectione, exigitur neceſſario terminus talis fœcunditatis. Filius.

Neceſſitate, ſed non indigentiæ. Nam a Deo remouetur omnis indigentia, & defectus.

Neceſſitate, ſed non violentiæ, aut coactionis. Non enim habet cauſam ſe ſuperiorem cogentem.

Ex patre voluntate quatuor modis.

Voluntate præcedente, ſic enim eſt eſſentiale, notionale præcedens.

Voluntate concomitante. Quia quæcunque ſunt ſimul in eodem

dem inſtanti æternitatis. Vnum aliud neceſſario concomitatur.

Voluntate non tamen antecedente, aut conſequente. Nam nec ordine naturæ, aut originis voluntas, eſt poſterior productione.

Filius. Voluntate non tamen eliciente, quandocunque enim principium habet terminum adæquatum, non poteſt in aliud elicitiue cuiuſmodi eſt voluntas habens pro termino Spiritumſanctum.

Vlterius, quòd producti non poteſt eſſe, niſi vnum principiū

Originaliter. totale productiuum, & filij eſt memoria.

Ex patre intellectu quatuor modis.

Intellectu præcedente eſſentialiter accepto. Nam eſſentialia ad intra, præcedunt notionalia.

Intellectu concomitante. Nam intellectus, & generatio, ſunt coæterna.

Intellectu eliciente dicente Aug. Verbum nuſquàm eſt, niſi a dicente.

Filius. Intellectu, ſed non conſequente, quia nullo ordine, potentia intellectiua ſequitur actum generandi ſimpliciter.

Ex patre per modum naturæ quatuor modis.

Per modum naturæ in perficiendo, ſed non preciſe, quia intellectus eſt æque naturalis in perficiendo, ſicut voluntas, ſed amplius quid habet.

Filius. Per modum naturæ in principiando preciſe, quia pater a ſe ipſum filium generat, & filius eſt ab vno tantum.

Per modum naturæ, vt diſtinguitur contra modum artificis. non enim materiam ſupponit.

Per modum naturę, vt diſtinguitur à per modum voluntatis. alia enim eſt productio filij, alia Spiritusſancti, cum ſeipſis adinuicem diſtinguantur.

Eſt in patre contra impium hæreticum Sabellium tres eſſentias, ſicut tres perſonas ponentem. Vna eſt enim tantum eſſentia qua filius eſt patri conſubſtantialis.

Nec obeſt id, quòd ipſe dixit pater maior me eſt. Nec minus illud Prophetæ minoraſti eum paulominus ab Angelis. Nam vt etiam dicit D. Pater Auguſtinus filius loquebatur, vt Deus, & homo.

Vt Deus omnia per ipſum facta ſunt. Vt homo natus eſt ex muliere.

Vt Deus; ſicut pater habet vitam in ſemetipſo &c.

Vt homo dixit triſtis eſt anima mea.

Vt Deus, eſt verus Deus, & vita æterna. Vt homo factus eſt obediens vſque ad mortem.

Vt Deus, ei a patre omnia eſſentialia tradita ſunt. Vt homo datus eſt in lucem gentium.

Vt Deus, eſt ante luciferum genitus, vt homo impleti ſunt dies, vt pareretur.

Vt Deus, dicet Ego principium, qui loquor vobis. Vt homo tanquàm ſponſus proceſſit de thalamo.

Vt Deus, eſt dominus gloriæ. Vt homo dicebat, ſedere ad dexteram non eſt meum &c.

Vt Deus, eſt in patre conſubſtantialitate. Vt homo minor patre, & minor ſeipſo.

Ad prophetam dico, quòd Christus quoad quatuor, Angelicis choris comparari potuit. Nota diſcurſum contionatoris.

Quoad gratiam primo.

Quoad naturam mentis ſecundo.

Quoad naturam corporis tertio.

Quoad naturam paſſibilitatis quarto.

Quoad primum, & ſecundum, nedum Angelis non fuit minor, ſed longè illis fuit maior.

Quoad tertium, & quartum fuit minoratus.

Quoad quartum paulo fuit minoratus, quia paſſibilitas in maximum cumulum honoris, & gloriæ verſa fuit, vt Deus eſt ergo in patre.

Cum patre ſpirat Spiritumſanctum tertiam perſonam in diuinis coæternam coæqualem, & conſubſtantialem patri, & filio, patri a ſe ſpiranti, filio a patre, & per patrem; quicquid.n. habet filius. Vel eſt communicatum. Vel derelictum; Si communicatum, vel vt conſtitutiuum, ſuæ perſonæ, vel proprium. Si proprium, vel in ratione principij remoti, vel principij proximi; filius a patre, vt communicatum conſtitutiuum habet deitatē, qua eſt Deus; Vt communicatum proprium habet vim ſpiratiuam; In ratione principij remoti, vel vt vis ſpiratiua dicit quid, vel conditionem agendi, vel principij abſoluti, vt inquiunt Henricus & Scotus, vel in recto, vt diuus Thomas eam habet a patre. Vt communicatum proprium in ratione principij proximi, & reſpectiui, vel in obliquo, eam habet per patrem, imò & pater eam habet per filium, quia tanquàm per illum cui communicauit non repugnantia. Vt derelictum a pare filius habet filiationem. Nam per actum æternum æternæ, & ineffabilis generationis,

Nota doctrinā electam.

Aplica de potētia generādi in filio.

nis, pater in filio derelinquit relationem, & ita cum patre ſpirat eo quòd a patre, & per patrem habet.

A patre ad nos miſſus fuit in temporis plenitudine de qua in ſeptimo gyro.

Pro patre, & Spirituſancto naturam aſſumpſit humanam, & fratribus eſt aſſimilatus.

Sub patre, ratione naturæ aſſumptæ; qua erat ſubditus, Mariæ ſemper Virgini.

Ad patrem per lineæ recuruationem, & gyrum nobiliſſimũ eo mediante ab hominibus facto, omnes reduxit homines volũtatem patris facere volentes.

Productio Spirituſsãcti. Secunda ad intra in diuinis productio eſt Spirituſſancti cuius Principium. Quo vnum identice ſunt pater, & filius.

Ab vtroq; enim procedit, vt aſſeritur, in ſymbolo, qui ex patre filioq; procedit; addatis, ſicut de filio, ſed diuerſimode in aliquibus ſic.

Spirituſſanctus. Ex patre, & filio.

Neceſſitate.

Oppoſita contingentiæ.

Exigentiæ.

Non coactionis.

Neceſſitate. Non indigentiæ.

Voluntate.

Præcedente.

Concomitante.

Volũtate. Eliciente.

Non conſequente.

Intellectu.

Præcedente.

Intellectu Concomitante.

Non eliciente.

Non conſequente.

Per modum voluntatis.

In perficiendo.

In principiando.

Per modũ volũtatis. Non ſupponendo materiam.

Vt diſtinguitur contra per modum naturæ. Cuius modi proceſſionis, & productionis rationem accipiatis lectores a prædictis de modo proceſſionis, & productionis filij ex patre.

Non quod, cum ſint duo ſuppoſita, eſt enim voluntatis fœcundæ

cundæ patris,& filij prædicatio identica non formalis; ſicut etiã P.filius,& Spirituſſanctus. Vnum tãtum ſunt principium Creaturarum. Nõ quod cum ſint tria; ſed quo, ſcilicet voluntate omnipotenti. Numero vna in tribus. Et ideo ſpiratio actiua in P. & filio dicitur,& eſt vniformis.

Vniformis ratione principij formalis.

Vniformis ratione naturæ.

Vniformis ratione potentiæ, cum actu.

Vniformis ratione vis ſpiratiuæ.

Vniformis ratione vnici actus ſpirandi.

Vniformis ratione vnius termini adæquati actus ſpirandi à P.& filio, ſicut vnum tantum eſt principium ſpiratiuum formale, ita enim ſonat adæquatio.

Vniformis, quia ſpirantes communicant ei omnia, quæ ſuæ proprietati perſonali non repugnant. Bene tamen verum eſt, ꝙ pater principaliter,& principaliſſime ſpirat; filius principalis, & principalius. Non ſequitur tamen quòd filius minus principaliter ſpiret; Nec minus, quòd Spirituſſanctus principalius a patre, quàm a filio ſpiretur; quia nec fęcũdius, nec perfectius vnus alio ſprat, ſed æqualiter in ſpirando, cum in vtroque ſit principium formale ſpirandi, & ſpiratiuum. Non eſt igitur ſuperlatiuum, aut comparatiuum dicens gradus perfectionis, ſed prærogatiuam notionalem,& ideo poſitiue ſic exponuntur. Doctriua à grammaticis non percepta.

Pater principaliter ſpirat, cum ſit ſons, & origo totius Trinitatis.

Pater principaliſſime, quia a ſe,& non ab alio ſpirat.

Filius principaliter ſpirat, quia cum generatio paſſiua ſit de ſe hæc,& ita neceſſaria, ſi per impoſſibile ipſa non eſſet, non eſſet ſpiratio Spirituſſancti.

Filius principalius ſpirat, quia licet, vt a patre, & per patrem ſpiret, tamen cum originet Spiritumſanctum, & ab eo non originetur, principalius dicitur ſpirare Spiritumſanctum, & hoc quia comparatio,& ſuperlatio ſundantur in relationibus, non abſolutis; & ita duobus iſtis emanandi modis, cognoſcitur, ꝙ in Deo ſunt tres perſonæ inter ſe realiter diſtinctæ patris, filij,& Spirituſſancti; quo in loco notandum, quòd perſona eſt incommunicabilis exiſtentia intellectualis naturæ; Quod incommunicabile de mente ſubtiliſſimi doctoris tertio ſentent. d. & q. 1.& q. 10. quodlib. dr̃ duobus modis vno mõ ſimpliciter,& eſt id cui conueniunt tres negationes triplicis dependentiæ. Actualis, apti- Tres perſonæ. Quid perſona.

D tu-

tudinalis, & potentialis, & ita perſona diuina per aliquod poſitiuum repugnans eſt incommunicabilis exiſtentia. Aliomô ſecundum quid, & eſt id cui conueniunt duæ negationes duplicis depēdētiæ. Actualis videlicet, & aptitudinalis, nō autē potētialis, & ſic perſona creata eſt incōmunicabilis exiſtentia. Cum ſit in potentia obedientiali ad Deum, nam nulla in ea eſt entitas poſitiua repugnans Deo, ſic enim verbum totum non curaſſet hominem, cum non aſſumpſerit perſonam, ſed naturam ſingularē. Negatio talium dependentiarum, ( & in hoc differunt etiā perſona increata, & creata ) in perſona creata fundatur in natura, in perſona increata in proprietate. Vel dicamus, quòd ad perſonam increatam tres conditiones, requiruntur.

Differentia inter perſonam increatā, & creatam.

Prima, quòd ſit ſubſtantia completa.

Secunda illa triplex negatio, cum repugnantia.

Tertia entitas aliqua poſitiua.

Ad perſonam autem creatam duæ tantum.

Prima, quòd ſit ſubſtantia completa.

Secunda, quòd habeat duplicem tantum negationem: Perſona in diuinis ad numerum ternarium ſtat, eo quòd duo ſunt tantum modi producendi iuxta duo principia formalia productiua, quorum filius, & Spiritusſanctus ſunt adæquati termini, & pater totius Trinitatis a ſe origo, & fons. Nec valet dicere, quòd potētia gñandi eſt in filio, & volūtas in Spiritu ſancto; quoniā in patre præintelligitur habere terminum adæquatum ſemper ſtātē, qui eſt ipſemet filius; & in P. & filio pariter præintelligitur habere terminū adęquatū ſp ſtantē, qui eſt Spiritusſanctus, & iō eſt vna perſona producēs, & non producta. Vna producta, & producens, & tertia producta, & non producens; & non plures. Nam quandocunque aliquod principium productiuum habet adæquatum terminum intenſiue, & eſt vnus tantum, neceſſarius, & ſemper ſtans in aliud non poteſt vlterius. Cuiuſmodi eſt memoria fœcunda, quæ in patre præintelligitur habere terminum adæquatum. Neceſſariū & ſemper ſtantem. & voluntas fœcunda in P. & filio. Et iſta adæquatio paſſiua eſt cauſa repugnantiæ. Non tamen filius dicitur priuari aliquo, quòd ſit in patre, quia priuatio eſt alicuius non habentis, quòd natum eſt habere, modo D. eſſentia non eſt nata habere generationē actiuam in filio, aut ſpirationē actiuam in Spiritu ſancto, ideo nō dicitur priuata in filio, eo, quod habet in patre, & licet filius, & Spiritusſanctus habeant eandem eſſentiam, intellectum & voluntatem,

luntatem, ſicut pater, non tamen eodem modo, & ita patet quid ſit perſona, & quare tres perſonæ. Ex ijs elicio quatuor eſſe relationes proprias, quas contemplor ſecundum naturam propriam; ſecūdo inquantum conſtitutiuę ſunt; circa primum dico quatuor cum ſcholaſticis. Quod paternitas, & actiua generatio in patre ſunt vna relatio, quia in perſona patris ſecundum theologos non ſunt, niſi duæ relationes, tunc aūt eſſent tres, ſcilicet iſtę cum ſpiratione actiua, & ecce primum. Quod generatio, & paternitas in patre videntur habere aliquam diſtinctionem formalem, quia quando aliqua ita ſe habent, quòd aliquid repugnat vni ſecundum ſuam rationem, quòd non repugnat alteri, aliquo inter ſe diſtinguuntur, cuiuſmodi eſt paternitas, & generatio. Nam paternitas non conuenit non viuentibus aliquo vitæ gradu, vt igni, bene tamen generatio, & ecce alterum: quod generatio paſſiua, & filiatio ſunt vna relatio, ſecus enim & in filio eſſent tres relationes cum ſpiratione actiua, & ecce tertiū, Quod iſtæ relationes diſtinguuntur formaliter, & ecce quartū. Rō tñ formalis gñationis actiuę præintelligitur rationi formali pꝑnitatis. Quia qualem ordinem habent aliqua, vbi ſunt diſtincta realiter, talem ſeruant vbi ſunt diſtincta formaliter. In creaturis generatio eſt prior paternitate, imò eſt diſpoſitio pꝛuia; igitur in diuinis talem ſeruabunt ordinem in diſtinctione formali.

Quatuor relationes

Ita dicendum cenſeo de generatione paſſiua, quæ præintelligitur filiationi, & proprietas patris magis videtur conſtitutiua ſub ratione generationis actiuæ, quàm paternitatis. Nam ratio primæ proprietatis magis videtur primæ perſonæ conſtitutiua, pariter dico de generatione paſſiua, nam filiatio poſterius aduenit, & hæc quod primum.

Circa ſecundum dico relationem propriam conſtitutiuam, non conſtituere inquantum relatio eſt, ſub ratione generali relationis, quia ſic omnis relatio conſtitueret. Nec minus conſtituit ſub ratione particulari, vtpotè inquantum paternitas, filiatio, aut ſpiratio paſſiua, quia omnia iſta ſunt in creaturis ſine vi conſtitutiua.

Nec tertiò conſtituit inquantum relatio diuina, quia ſic relationes Communes, & proprie aduenientes conſtituerent.

Nec quartò conſtituit inquantum prima preciſe, quia primitas originis, quæ ſoli perſonæ patris conuenit ſecundum omnes non conſtituit patrem. Sed vt ſit conſtitutiua oportet, quòd comparetur ad ſuum fundamentum, & ita relatio ſimul cum

Conditiones relationis conſtitutiuæ

eſſentia conſtituit perſonam. Quæ doctrina, vt clarius pateat de mente ſubtiliſſimorum aſſigno quatuor conditiones; quas habere debent relationes diuinæ, ad hoc, ꝙ conſtituant perſonas.

Prima, relatio debet eſſe inſiſtens, quia ſi eſſet tantum aſſiſtens non conſtitueret, eo quòd impoſſibile ſit aliqua duo vnũ conſtituere, niſi vnum ſit in alio formaliter, & vnum fundetur in alio.

Secunda, relatio debet eſſe ſubſiſtens; quia nulla relatio inhærens, quæ aduenit enti quodammodo ſubſiſtenti, non poteſt conſtituere.

Tertia, relatio debet eſſe propria. Vnde relationes communes, vt eſt æqualitas, ſimilitudo identitas, & ſi ſubſiſtentes eſſent, non poſſent conſtituere perſonam incommunicabilem, cũ ſint ipſe communicabiles.

Quarta conditio, relatio debet eſſe prima, quia ſi aliqua ipſam præueniat ipſa erit aduentitia, vt patet de ſpiratione actiua, vel primitate originis, quæ non conſtituunt, cum igitur generatio actiua paſſiua, & ſpiratio paſſiua ſint huiuſmodi inſiſtentes ſubſiſtentes propriæ, & primæ, ipſe tantum perſonas conſtituũt.

Notiones quinque. Notiones vero in Deo ſunt quinque; quatuor relationes prædictæ conſtitutiuæ, & non conſtitutiuæ, & ingenitum, vel innaſcibile notificans perſonam patris, ad cuius intelligentiam aliquas pono diſtinctiones, quibus reſpondetur dicentibus; negationes vel priuationes in Deo non eſſe ponendas, ingenitumq́; non tantum conuenire perſonæ patris. Nam apud philoſophos & theologos, quędam reperiuntur priuationes, quæ priuant perfectione, vt ignorantia, & neſcientia, quæ dicũt imperfectionẽ.

Ingenitũ, & innaſcibile.

Quędam priuationes priuant perfectione ſecundum quid ſolum, vt inanimatum.

Ingenitũ dupliciter vt dicit a ſe. Vt dicit ab alio, ſed nõ p generatio nem, primo mõ conuenit, tantum patri, ſecũdo modo Spiritui ſãcto, & poſitiue dicit ſpirationẽ paſſiuam.

Quidam priuationes priuant imperfectione, vt incorruptibilitas, immortalitas, & huiuſmodi dicunt perfectionem, & ponunt in Deo. Quędam priuationes priuant illis, quæ neque perfectionem, neque imperfectionem dicunt huiuſmodi eſt ingenitum, & innaſcibile, generatione paſſiua aliquem priuans, quæ neque perfectionem, nec imperfectionem dicit cũ ſit notionale.

Ingenitum, & innaſcibile dicitur quatuor modis.

Primò, quia nullo modo poteſt ei conuenire generatio ſecundum aliquid, quòd ſit in eo, & ſic nihil tantum dicitur ingenitum, quia omne aliquid in ſe habet aliquam rationem formalẽ, cui generatio non repugnat, Chimera etiam dicitur ingenita.

Secundò

Secundò, quia nullomodo poteſt ſibi conuenire generatio proprie ſumpta, licet bene ſumpta communiter ſcilicet pro productione, & hoc modo Spiritusſanctus dici poteſt ingenitus, & innaſcibilis, quia nullo modo generari, poteſt, nec a Deo, nec a creatura, licet producatur a Deo P.i.& filio.

Tertiò, quia non poteſt ei conuenire generatio ſimpliciter, vt ſcilicet genito quod. ſed cum determinatione bene, vt ſcilicet ſibi cõueniat, vt termino formali generationis, & ſic eſſentia D. dicitur ingenita, quia ſimpliciter non generatur, licet bene ſit terminus formalis generationis.

Quartò dicitur ingenitum, cui non poteſt conuenire aliquo modo generatio accepta generaliter pro omni productione, licet in eo ſit aliqua ratio, cui paſſiua generatio non repugnat, ſic ſola patris perſona dicitur ingenita, quia nullo modo producta; ſed tamen ei non repugnat inquantum perſona, vel inquantum ens, & ſic. Quarto modo priuatio generationi, & innaſcibilitas eſt notio patri conueniens. Et hæc de duabus productionibus, tribus perſonis cum proprietatib. Quatuor relationibus, & quinque notionibus.

TERTIVS

# TERTIVS
## SVBGYRANS GYRVS
### ſecundum Theologos.

*De ſupracæleſti Ggyro.*

TERTIVS ſubgyrans gyrus eſt de Deo ſupremo gyro reſpectu miſericordiæ, & iuſtitiæ, quæ in omni ente reperiuntur; In Deo, In Angelis, in cœleſtibus corporeis gyris.

In elementis, In hominibus, In feris, & domeſticis bruttis, In plantis.

In lapidibus, In lymbo ſanctorum patrum, puerorum, In purgatorio, & Inferno.

In inferno, quoniam Deus non punit eos iuxta condignum, ſed citra.

In purgatorio, dum purgandis pœna temporali completa, vitam eis pollicetur æternam.

In lymbo puerorum, quia non cognoſcunt ſe non eſſe aptos ad recipiendam gloriam.

In lapidibus, quia corpus Sanctiſſimum Chriſti ſaluatoris noſtri ſeruauerunt.

In plantis cum pro ſchalis Zacheo deſeruierint, & Iuniperus Eliæ pro vmbraculo.

In brutis, vt tigribus hyrcanis, proprios partus, aut ſimiles in ſpecie non vorantibus.

Miſericordia eſt. In domeſticis de quibus dixit ſaluator quoties volui congregare quemadmodum. Gallina &c.

In

In hominibus,ad quos Iob clamabat Miſeremini mei,ſaltem vos amici mei.

In aqua,piſcium multitudinem enutriente pro vtilitateq; noſtra ſe calcari permittente.

In terra,cuius interno ſudore pullulant herbæ, & in eius viſceribus metalla generantur.

In aere,in vere totam ſe pacatam mundo oſtendens, ſole in ariete placido rotante.

In igne,in quo Salamandra fit,& viuit.

In orbe lunæ,corpora noſtra ſuis motibus,punctis,& medietatibus regente.

In orbe veneris, quæ ut fidiſſimus dux ſine ſcintillatione lucens nobis apparet.

In orbe Mercurij, qui vt ſecunda cauſa ad eloquentiam, inclinat.

In orbe ſolis, quo (reditu ſuo proximo nobis facto) renouatur,& exornatur mundus.

In orbe Iouis complexionibus tollens, internas triſtitias.

In orbe martis ad bellandum contra nocentes nobis dumſuadet.

In orbe ſaturni, qui cœleſti permiſſu ad iuditium, & rationē nos inclinat.

In firmamento,aut ſtellato cœlo obſcuriſſimam noctē ſtellis fixis ſuis dum illuminat.

In primo mobili,quòd naturali pietate, quaſi regyrat, & gubernat inferiores motus.

In Angelis,qui nos maxima cum diligentia, & pietate cuſtodiunt.

In beatis animabus, & ſanctis quotidie apud trinitatem ſanctam pro nobis orantibus.

In Spirituſancto cui bonitas pia,& pietas bona appropriatur. Miſericordia eſt.

In filio, qua motus ſine motu, Carnem aſſumpſit, humanam.

In patre, qui miſericordia motus, proprio filio, pro nobis, non pepercit.

In tota ſanctiſſima Trinitate ſimul P. filio, & Spirituſancto, qui intellectu ſuo pijſſimo, & voluntate benefica ſine gyro gyrantes ante mundi conſtitutionem, rationabiles creaturas Angelos.ſ. & homines, ne dum eis eſſe intelligibile cognitum,

& Ideale,

Iuſtitia in increatis & creatis. & Ideale, aut exiſtētiæ, ſed beatificum, dummodo pro finis talis adeptione laborarent. Ideo in Deo eſt etiam iuſtitia, in omnibus prædictis relucens, cuius longam probationem facilem omittens. Dico propter iuſtitiam ſuam punitiuam malè operantibus vt ingratis reprobationem ſtatuiſſe abæterno: ſicut propter iuſtitiam retributiuam, aſſequutionem vitæ æternæ bene operantibus, & voluntatem ſuam facientibus. Et ita miſericordia, & iuſtitia P. & filius & ſpirituſſanctus regyrantes prædeſtinant, & reprobant. Pro quorum intelligentia. Notandum venit legētibus, cognitionem Dei reſpectu diuerſarum rerum cognoſcibilium, a theologis diuerſimode appellari.

Cognitio Dei reſpectu ſuipſius dicitur ſapientia.

Cognitio Dei reſpectu rerum extra ſe dicitur ſcientia.

Cognitio Dei reſpectu præſentium dicitur viſio.

Cognitio Dei reſpectu futurarum dicitur præſcientia.

Cognitio Dei reſpectu poſſibilium dicitur intelligentia.

Cognitio Dei reſpectu ſaluandorum dicitur prædeſtinatio.

Cognitio Dei reſpectu demeritorum, vel pœnæ dicitur reprobatio.

Cognitio Dei reſpectu ordinum dicitur diſpoſitio, vna tamē eſt, & ſimplex cognitio, qua Deus cognoſcens ſapit, ſcit, videt, præſcit, intelligit; Prædeſtinat, reprobat, & diſponit; de quibus omnibus actibus in præſentiarum, non loquor, ſed tantum de actu æternæ prædeſtinationis, & reprobationis. Circa prædeſtinationē. Quatuor expono, reſolutè. Primò, quid ſit prædeſtinatio, & quis ordo prædeſtinationis. Quot requirant ad prædeſtinationē, & ecce alterum; de cauſa prædeſtinationis. Ecce tertiū, De ſignis prædeſtinati ecce quartum. Prædeſtinatio, vt tātæ difficultatis initium aggrediar, eſt ordinatio quædam volūtatis diuinæ ſupra omnes creaturas intellectuales a gratia ad gloriam, & ita initiatiue prædeſtinatio eſt actus diuini intellectus, creaturas prædeſtinabiles intelligentis, formaliter tamen eſt actus diuinæ voluntatis, creaturas rationabiles antecedenter diſponentis ad gloriam æternam, ideo liber actus. Hinc noretis lectores decem eſſe actus diuinę voluntatis circa prædeſtinationem.

Prædeſtinatio.

Decem actus D. volūtatis in præd.

Primus dicitur actus prędeſtinationis antecedentis.

Secundus dicitur actus prędeſtinationis, quando.

Tertius actus prædeſtinationis, ſecundum præſentem iuſtitiam.

Quartus actus prædeſtinationis executiuus.

Quintus

Quintus, actus, prædeſtinationis, ſufficiens.
Sextus, prædeſtinationis, beneplaciti.
Septimus, actus, prædeſtinationis efficax.
Octauus, actus, prædeſtinationis volitæ.
Nonus, actus, prædeſtinationis abſolutæ.
Decimus, dicitur actus prædeſtinationis ſecundum exhibitionem iuſtitiæ.

Actus prædeſtinationis antecedentis, denotat creaturarum electionem ante earum creationem.

Actus prædeſtinationis, quando, prædeſtinatum non tranſire in præteritum idem enim eſt, Deum O.M. prædeſtinaſſe prædeſtinare, & prædeſtinaturum eſſe.

Actus prædeſtinationis ſecundum præſentem iuſtitiam Pœnitentiam; ſecundum quid dictam, & bonum opus; ſeu ſtatum in quo quis reperitur de quo Ioannes Ekius.

Actus prædeſtinationis beneplaciti; Sanctæ prædeſtinationis libertatem.

Actus prædeſtinationis executiuæ; finem prædeſtinationis.

Actus prædeſtinationis ſufficientis contingentiam ex parte noſtri.

Actus prædeſtinationis efficacis: finem prædeſtinationis in termino, vel acquiſitum, de quo ſaluator, & non rapiet eos quiſquam de manu mea.

Actus prædeſtinationis volitæ: Actum determinantem voluntatis.

Actus prædeſtinationis abſolutæ: prædeſtinationem conſideratam quantum ad ſuum principium. ſ. D. Voluntatem.

Actus prædeſtinationis ſecundum exhibitionem iuſtitię. Neceſſitatem operum.

Vel breuius decem reduco ad quatuor quorum.
Primus dicitur prædeſtinationis antecedentis.
Secundus prædeſtinationis conſequentis.
Tertius actus voluntatis conditionatæ.
Quartus actus voluntatis executiuæ.
Primò actu vult omnes prædeſtinabiles prædeſtinare.
Secundò dat media ad conſequutionem.
Tertiò vocat.

Quarto vocatos benemeritos glorificat. De primo actu illa intelligũtur verba ſcripturæ Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Secundò quo dat media, quæ quicunque amplectitur ſal-

uatur, & quicunque refellit reprobatur, & damnatur. Tertiò prę deſtinatum non peccantem, & bene operantem de ſtatu gratiæ transfert. & quartò ad finem prædeſtinationis, qui actus ſic ordinantur ſecundum ſubtiles per ſex ſigna.

In primò Deus creat Angelos, & homines, ipſosque prædeſtinat.

In ſecundò illis, & ijs dat media debita, & hęc dicitur antecedens.

In tertiò ſunt illi qui recipiuut, & amplectuntur media, & ſaluantur, & hæc dicitur conſequens.

In quartò ſunt illi, qui cum primo parente peccauerunt.

In quintò, ſunt illi qui ſe ab omnibus defectibus emendaut gratia de mediante.

In ſextò, ſunt a Deo benemeriti cogniti, & ſpecialiter ſaluantur mediante paſſione Ieſu Chriſti domini noſtri; & ſic patet ſcholaſtice, primum propoſitum. Circa ſecundum dico quinq, requiri ad prædeſtinationem; prædeſtinans ecce primum, obiectum prædeſtinabile, cum tribus conditionibus in ſept. d.3. aſſignatis a D. Narciſo theologo dicente; tria requiruntur, ad hoc quod aliquis ſit prædeſtinatus ad aliquid.

Primum, quòd poſſit ei conuenire.

Secundum, quòd non ex ſe, ſed dono alterius conueniat, quia eſt reſpectu eorum, quæ virtute propria, quis non attingit.

Tertium, quòd id, ad quod ſit prædeſtinatio, ſequatur natura prædeſtinationem, & prædeſtinatum. Ecce alterum.

Quinq; requiruntur ad prædeſtinationẽ Actum prædeſtinationis. Ecce tertium.

Finem prędeſtinationis. Ecce quartum.

Prædeſtinans. Modum, & ecce quintum; Prædeſtinans eſt Deus eſſentialiter dictus. Nam P. filius, & Spirituſſanctus in vna voluntate prædeſtinant iuxta Auguſtini ſancti Doct. ſent. dicẽtis opera Trinitatis ad extra quoad efficientiam eſſe indiuiſa, & Doctoris ſubtiliſſimi. 2. ſent. d. & q. 1. dicẽtis Cauſabilitatem rerũ omniũ cauſabiliũ, neceſſario de facto eſſe in tribus, vel reſpectu creaturarum ad tres perſonas indiuiſe terminari reſpectu efficiẽtiæ.

Obiectum Obiectum prædeſtinabile eſt, Angelus & homo, qui ſunt creaturæ rationabiles, & ideo Cæteræ creaturæ a prædeſtinatione excluduntur. Actus prædeſtinationis ſunt quinque.

Actus quinque. Primus eſt præſcientia,

Dilectio ſecundus.

Electio quartus.

Volitio

Volitio quintus. Præſciẽtia

Directio ſextus.

Præſcientia dupliciter poteſt conſiderari, vnomodo, vt præce dit ſanctiſſimam prædeſtinationem, & vt ſubſequitur.

Primomodo eſt actus diuini intellectus.

Secundo modo eſt D. voluntatis. Primo modo neceſſario ele cti præſciuntur ex parte Dei. Secundomodo contingenter iuxta prædeſtinationem liberam, & ſecundomodo intelligitᶠ præſcien tia in propoſito. Dilectio, quę eſt ſecundus actus p̄deſtinationis Dilectio. ęſt ſimul cum prædeſtinatione filij Dei, & cæterorum, vt in-nuitur in Ioanne, ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vni-genitum daret, & de noſtra dupliciter perpetua charitate nos di lexit: Ab hoc actu quaſi a fonte q̄nq; actus quaſi riui ſcaturiũt. Dilectiõis quinque actu.

Primus actus dilectionis eſt creatio.

Secundus conſeruatio.

Tertius electio.

Quartus vocatio.

Quintus iuſtificatio, quibus omnibus ſubſequitur glorifica-tio quę eſt finis prędeſtinationis, & omnibus iſtis actibus ſi regy rentur, maxima detegitᶠ dilectio. Electio quæ eſt actus tertius ſi conſideretur, vt denotat concilium, & cognitionem eſt D. intel-lectus, ſi vero, vt eſt actus præconſiliatus D. voluntatis. Electos Electio. eligentis, cum actu neutro circa reprobos.

Volitio eſt actus quartus, quo ad curioſos reſpondetur, quia Deus vult; dum quærunt, quare Deus prædeſtinat? Volitio.

Directio eſt, quintus actus, quo Deus medijs opportunis diri-git ad finem prædeſtinatos.

Finis prædeſtinationis eſt gloria æterna, vel ipſemet Deus, qui eſſentialiter eſt ipſamet beatitudo, in cuius viſione omne Finis. conſiſtit bonum.

Modus autem prædeſtinandi eſt liber ex parte Dei, & noſtri contingens; Dei, quia libera voluntate; noſtri, qui poſſumus be- Modus. ne operantes gratia Dei aſſiſtente, & cooperante aſſequi huiuſ-modi, fœliciſſimum, & omni bono plenum finem. Quo fit, vt præſumptio orioſorum, & hæreticorum reprimatur operari bo na iuxta domini præcepta renitentium, & dicentium Si ſumus reprobati neceſſario damnabimur, ſi prædeſtinati, neceſſario ſal-uabimur; mentiuntur enim, modum prædeſtinationis, & repro-bationis ignorãtes, qui eſt liber. Nã Deus p̄deſtinat libere, & re-probat libere. Qui amplectitur præcepta Dei; & eccleſiæ ſan-

ctæ,& vſque ad mortis articulum incluſiue toris viribus ſeruat, finem aſſequitur prædeſtinationis. Qui non bene operatur, & in peccato moritur finem reprobationis. Cum igitur in nobis ſit bene operari cui cooperatur Deus. Et male operari, cuius totalis auctor eſt ipſemet male operans; ſequitur vt aſſequatur quis finem, eum oportet bene operari, ſi autem male ipſemet eſt pœnę

Nota. finalis aſſequutionis paſſiuę cauſa, ſed ſi etiam Deo prædeſtinante neceſſario ſaluarentur. Prædeſtinati nonne ad bene operandum pro gratijs agendis tenerentur conſiderantes gratis fuiſſe ad ſupremam gloriam deſtinatos? igitur prædeſtinatio formaliter conſiderata eſt libera reſpectu electorum, circa quos tãtum cadit, præſcientia vero circa bonos, & malos.

Circa tertium dico breuiter prædeſtinationẽ dupliciter poſſe conſiderari vnomodo. In ſe, vt eſt actus diuinæ voluntatis prę ordinantis rationabiles creaturas ad gloriam, & ſic nullam habet cauſam ex parte noſtra, ſic enim eſt æterna. Aliomodo ratione aſſequtionis ſui finis, & ſic habet cauſam, & ſunt opera bona, & meritoria. Huic diſtinctioni varijs verbis ad ſtipulantur cæteri theologi dicentes prædeſtinationem in ſe, vel totum effectum prędeſtinationis non habere cauſam, niſi D. Miſericordiam & bonitatem, vel diuinam voluntatem. Particulares tamẽ effectus eius, ex meritis pendent, vel ſecundum præſentem iuſtitiam.

Reprobatio vero dicitur præſcientia, accepta ſtrictè pro cognitione, quam habet Deus de ſola damnatione reproborũ Huius reprobatio datur cauſa iuxta illud ſcripturæ perditio tua ex te Iſrael eſt. Quod probari poteſt probabilitate quadruplici. Primò, quia Deus promptior eſt ad miſerendum quam ad puniendum. Miſereri ergo poteſt ſine cauſa externa; Punire autem nõ ſine demerito de facto loquẽtes, ideo vbique dicitur, quòd Deus non eſt prius vltor, quàm homo peccator; & alibi. Ego ſum Deus creans malum. Non culpæ, cum Deus determinate ne concurrat, ſed pœnæ, propter culpam a libero arbitrio commiſſam, vel omiſſione contractam; ad cuius plenam notitiam nos ſubtiles ponimus quatuor permanẽtia ſigna; In quorum. Primò Iudas, & Petrus offeruntur diuinæ voluntati, vt neutri, & tunc

Quatuor ſigna. voluntas diuina præordinauit Petrum ad gloriam, & nullum actum poſitiuum habet circa Iudam ſecundum Auguſt. In ſecũdo ſigno præordinauit Petrum ad gratiam, & tunc circa Iudam nullum habet actum poſitiuum. In tertiò ſigno Petrus, & Iudas

ſibijpſis

ſibijpſis relicti cadunt. In quartò ſigno Petrus reſurgit,quia præ deſtinatus in primo ſigno; Iudas autem non reſurgit, eo quòd non reſpondet Deo releuanti,ideo reprobatur;& ideo intellectus diuinus cognoſcit, quòd Petrus liberè operans, aſſequuturus,eſt prædeſtinationis finem, cum poſſibilitate ad oppoſitum.Pariter Iudam male operaturum finaliter cum poſſibilitate ad oppoſitum (determinatio enim ſtat ad voluntatem) vnde ſupra Petrum cadit prædeſtinatio,& ſupra Iudam præſcientia vel reprobatio.

Secundò probatur propoſitũ, quia nullus iuſtus ſine ratione condemnatur, vt eſt in reprobatione.

Tertiò,quia Deus eſt pronus ad miſerendum peccatorum pœnitentum,multo magis non peccantium.

Quartò,quia ordinate pœna ſequitur culpam; vbi nulla culpa præuidetur,nulla debet imponi pœna,quia ſecundum D.Auguſt.Deus non eſt prius vltor,quàm homo ſit peccator,& vt dicit Scotus,Deus prius videt demerita, quàm reprobum, licet prius non videat merita, quàm eligat, quoniam hoc fit miſericordia,& pietate mera.

Signa reprobationis quatuor.

Nam in primò ſigno præordinatur iſti,quòd debite ſit.

In ſecundò ſigno ponitur culpa.

In tertiò ſigno ponuntur demerita.

In quartò ſigno ponitur ipſa reprobatio.

Et ideo dicerem,quòd reprobatio dupliciter poteſt conſiderari. Vnomodo actiue; Aliomodo paſſiue,vel denominatiue, & formaliter;Deus eſt cã reprobationis denominatiuè denominatione extrinſeca, Vltor.n. & reprobãs denominat ab vltione,& reprobatione paſſiua reperta in vlciſcibili; formaliter aũt cã reprobationis eſt ipſemet peccans in quo formaliter peccante peccatum reperitur, & ideo diuina miſericordia prædeſtinat ab æterno,& D.ſua Iuſtitia punitiua peccatis in liberè peccantibus reprobat.

Circa quartum,ex Pelbarto in 3.p.Roſ:& paſſim in ſermonibus;D.Bon.17 primæ;& Stephano Bruliſer ibidem;Alexandro Alenſi loco proprio,Ambroſio ſpera ſerm. de præd. & Ioanne maiore Ekio, Centuria quarta artic.3.dubiorum motiuo;du.2. Dico ſigna probabilia, & coniecturalia, quibus homò, de congruo,& veriſimiliter ſcire poteſt, ſe eſſe de numero prædeſtinatorum, eſſe viginti, & duo, & quatuor prima reſpectu prædeſtinantis.

Primum

Signa vigintiduo prę ſcſti-uati. Primum, dicitur præparantis, gratiam enim ſuam Deus omnibus communicandam parat. Matth. 5. Solem ſuum oriri.

Secundum, confirmantis. ſ. bene vtentibus, male vero non. ſapientiæ. 12. odio ſunt D. impius, & impietas.

Tertium, approbantis. ſ. ad vitæ æternæ meritum. Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſalus erit.

Quartum, ſtabilientis. ſ. dare vitā æternam. Pſalm. retribuet mihi dominus, ſecundum iuſtitiam meam.

Quæ ſequuntur, reſpectu prædeſtinati.

Quintum, deſiderium mortis Chriſti. D. Paulus Phili. primo; mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.

Sextum, deſiderium viuendi, cum Chriſto Cor. 5. nam in hoc cognoſcimus habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt.

Septimum, mundi neglectio propter Chriſtum Philip. 3 propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

Octauum, munditia cordis in Chriſto Cor. 15. corrumpunt bonos mores coloquia mala.

Nonum, vigilantia ſancta propter Chriſtum Pet. 5. & Mat. 25. Vigilate, & orate.

Decimum, perfectio operationis in Chriſto. 1. P. 1. ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſperate in eam, quæ vobis offertur gratiam.

Vndecimum, ſenſatio dulcis omnium ſenſuum in Chriſto Hier. 3. ſenſus cordis mei turbati ſunt.

Duodecimum, fides Marc. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit.

Decimumtertium, obſeruantia pręceptorum Dei Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

Decimumquartū, impediri a peccato Orig ſuper Oſeam, qui à perpetrando peccato impeditur, & cohibetur ſignum eſt D. velle eum ſeruare inſontem.

Decimumquintum, auditio verbi Dei, loquutio de Deo, de ſalute propria, &c. Io. 8. qui ex D. eſt verba D. audit.

Decimumſextum, operari opera miſericordiæ Matt. 25. eſuriui, & non dediſtis mihi manducare.

Decimumſeptimū, pœnitentia amoroſa pręteritorum. Mat. 3. pœnitentiam agite, & D. Hier. ſuper Danielem.

Decimumoctauum, patienter ſufferre aduerſa D. Paulus ad Heb. flagellat Deus omnem filium, quē recipit, & D. pater Auguſt.

guſt. ſuper Pſal. 55. & D. Ioan. Ap. ego quos amo, corigo, & caſtigo.

Decimumnonum, humilitas Beat. Grego. euidentiſſimum ſignum reproborum ſuperbia, electorum humilitas.

Vigeſimum, condonatio illatarum iniuriarum, Chiſtus Lucę. dimittite, & dimittemini D. Aug. ad Bonifatium, memento cito ignoſcere, vt valeas, peccatis veniam impetrare.

Vigeſimumprimum, timor Dei, & reuerentia bonorum Chriſtus apud Matt. quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.

Vigeſimumſecundum, rememoratio aſſidua paſſionis Chriſti, cum gratiarum actione pro tali exhibita, dominus præpoſitus Eckelengus Brunſuicenſis in expoſitione canonis Miſſæ, & Landulphus de vita Chriſti, p. 2. c. 58.

Et ita tertius gyrus, de ſupremo Gyro ſubgyrans miſericordia in prædeſtinatione, & iuſtitia in reprobatione clarus apparet, ſimul cum cæteris duobus Gyris, quibus omnibus Gyris quis omnia pergyrare poteſt, qui de primo ſupremo gyro ferè dici poſſunt.

QVARTVS

# QVARTVS
## SVBGYRANS GYRVS
### ſecundum Platonicos.

*Circa ſecundum principalem Gyrum poſt tres circa primum ſubgyrantes.*

QVARTVS in ordine Gyrus circa ſecundum principalem Gyrum ſubgyrans de Creatione, a D.O.M. ſupremi gyri voluntate pendente, qua & intellectuales gyri in eſſe fuere producti. Cognitus fuit à Platone, necnon, & a Seuero, Attico, Plutarco Plotino Platonico in Eneadibus ſuis, cum Marſilio in Commentarijs, & Platonica Theologia Platonis doctrinam maxime profitentibus. Nam Creationem rerum inſinuauit Plato, libro de rerum natura, vbi omnium rerum cauſam, & principium diuinam voluntatem eſſe ſtatuit. Quam veritatem ex Platonis interpretibus, Seuerus, Atticus, & Plutarchus maxime dinonerunt, ijs etiam Proculus additur, qui mundum non ſemper fuiſſe teſtatur; qui vero non ſemper fuiſſe aſſerunt, vt Iāblicus, Porphyrius, & Crantor, habent neceſſario hāc ſequelam Platonis dogmatibus oppoſitam, quòd Dei voluntas, non ſit libera, ſed neceſſaria, ſic enim ipſi affirmare, coguntur, dum aiunt mundum ſemper fuiſſe, & fuiſſe a Deo, & cū Deus ſemper fuerit. Etiam mundus ſemper factus eſt, ac ſi ipſum initio temporis carentem conſideremus ingenitum mundum: Si verò perpetuum à Deo, eius effluxum; aſſidue genitum appellare debemus. Quod verò voluntate omnia, & liberè proceſſerint

Proculus.

Plato

Plato in Timeo aſſeruit dicens voluntatem Dei beneficam, originem rerum extitiſſe, & Orphæus de ſummo Ioue loquens, ſic dixit. Cum abſcondiſſet omnia deinceps in lumen gratum emiſit ex ſacro corde operans cogitata, ideſt intellecta, & mirabilia, & iterum Plato de gyri vniuerſalis machina loquens dixit, quam eccellens eſt, prout cæpit eſſe aliquando. Plato. Orpheus.

Marſilius inſuper ad Platonis mentem idem clariſſime docet ijs verbis: Caueat quiſque diligentiſſimę, ne in tam temerariam impietatem fortuito incidant, vt aliquando ſuſpicetur Deum ita eſſe, operarique, vt forte contigerit; ſicut igni caliditas non contingit ſorte, ſed oportet, quòd calidus ſit, & calefaciat; ſic ſummo enti naturale eſt, vt ſit, & ſummo actui eſt naturale, vt agat; igitur ita eſt Deus, vt eſt; ita agit, vt agit. Et quoniam neceſſitati non præeſt neceſſitas, ideo in Deo eſt ſumma libertas; quare ſi res omnes creauit neceſſario partim ſui ratione, & immobilitate, libere autem, & voluntarie, cum nullo ſe cogente id non egerit, & ita in Timeo dicebat Plato, quòd diuina voluntas omnium creaturarum eſt initium cui adſtipulari videtur Mercurius Triſmegiſtus. In Pimandro vbi de productione elementorum loquens dixit elementa naturæ, vnde manarunt? Pimander reſpondit. Ex voluntate Dei, quæ verbum complexa, pulchrumque intuita mundum, ad eius exemplar reliqua ſuiipſius elementis, Vitalibusque ſeminibus exornauit. Septem deinceps fabricauit gubernatores, qui circulis mundum, ſenſibilem, complectuntur, eorumque diſpoſitio fatum vocatur. Quibus verbis nedum patet primum propoſitum de Gyratione voluntaria creatiua, & vniuerſali, ſed etiam Gyrorum intellectualium, vel Angelorum, tanquàm gyri mundialis miniſteriales gubernatores. Quam veritatem cognouit, & Plato ille diuinus dum ea ratione Creatos atteſtatur, quia protegant rerum Creatarum imbecillitatem, & vt earum obliquam ſemitam dirigant. Quam indigentiam, & neceſſitatem peroptime declarauit Marſilius, Manilij referens ſententiam, qui ſic dicebat. Si inuenitur forma inſtabilis, & variabilis, vt eſt rerum naturalium, cum hæc non poſſit eſſe totius naturæ Principium, neceſſario alia eſt ponenda ſuperior, perfectior enim eſt operatio ſtabilis, qui vno momento perfectiſſime ſuum opus abſoluit, quam quæ tempore indiget. Integrior vita, quæ tota ſimul eſt vnita, ſecum a ſeipſo non diſtans, quam quæ per Mercurius. Creatio Angelorum.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

diuerſa temporum momenta, ſecundum actus, affectusq́ te intrinſecos quodammodo a ſeipſa diſtrahatur, & ſic ſupremum gyrum innuit, cum infimo, inter quos neceſſario ſunt duo medij Gyri intellectu gyrantes, de more Platonis, ſcilicet pure intellectualis, vt Angelus, & mixtus ſcilicet homo intellectu, & corpore compoſitus; hinc Marſilius ponit tria genera ſpirituum dicens eſt ſpiritus vnus, qui fuit, ſemper & erit, hic eſt Deus. Alij ſunt ſpiritus infimi beſtiarum, qui non ſemper, nec ſemper. Aliqui ſunt medij, qui non ſemper, ſed ſemper, & ideo perpetui, non æterni, & ſunt Angeli, & Animæ rationales, quæ declarans Proculus poſuit tria genera corporum. Sunt enim inquit quædam materialia ſimul, atque compoſita, qualia ſunt, quæ ex elementis quatuor conſtant. Sunt vlterius elementorum ſpheræ, materiales quędam, ſed quodammodo ſimplices, eorum ex alijs corporibus non coaleſcant, licet in ipſis ſit materia, & forma. Sunt denique cœleſtia corpora, & ſimplicia, & immaterialia ſimul; ſic ſpiritus creati, quidam ſunt totaliter materiales, quidam, totaliter immateriales ob excluſionem compoſitionis naturalis, vel phyſicæ. Quidam partim materiales partim immateriales, materiales reſpectu materiæ, quam informant, immateriales reſpectu ſuę naturæ, cum ſint perpetui. Huc maxime tendunt, quę a Platone in Phædro traduntur, facile ſcilicet, illic ſuperos vitam agere veritatemque ipſam eorum genitricem eſſe atque nutricem, & eſſentiam, & nutrimentum, quod declarans Marſilius ſuper Plotinum Ænead. 5. l. 7. dixit ſupra cœlum corporeum. In cœlo incorporeo ſunt Dij duplices. Intelligibiles, & intellectuales; illi quidem ſunt Ideæ. Hi vero intellectus omnes æterna Idęarum contemplatione beati, quos contemplatores Angelos videlicet poſt ſtationarij loci eorum ſituationem, licet non circumſcriptiue, diffinitiuè ſaltem probat.

Spirituũ tria genera.

Corporũ tria genera.

Marſilius in Plotinum.

Plotinus inde nunquàm diſceſſuros, ad quorum verborum prolationem Porphyrius, & Iamblicus dixere, animam noſtram ad ſimilem poſſe beatitudinem peruenire. In hac perfectiſſima quiete omnia decernunt, non quæ generationi ſubiecta ſunt, ſed quæ ſint in eſſentia ſeipſos in alijs conſpiciunt omnia enim illis, vndique perſpicua ſunt, nihil ibi tenebroſum, nihil obſiſtens, lumen namque lumini occurrit vbique, ſplendor ibi micat immenſus. Quodlibet ibi eſt magnum, quandoquidem

doquidem & paruum ibi eſt magnum. Et licet intelligant, non defatigantur tamen, ibi enim indomita, & indefeſſa ſunt omnia, & inexplebile quodcunque, propterea quòd plenitudo eius nunquàm deficit; Et videndo magis aſſiduè cernit. Et ita clarus apparet. Quartus Gyrus, qui eſt de ſupremi Gyri regyratione circa vniuerſalia, & præcipue Circa productionem creatiuam, Gyrorum intellectualium ſatis.

# QVARTVS
## GYRVS SVBGYRANS
### *Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Peripateticos.*

QVARTVM ſubgyrantem gyrum de crea
tione theologali ex Nihilo, an Ariſtoteles
apud ſe nouerit, nec aio, nec nego; ſicut
nec ſapiens quilibet debet determinare aſſe
rere, aut negare; poteſt enim eſſe, quòd ip-
ſam nouerit aliquando; ſicut Plato quinq;
Moyſis libros legales, & hiſtoriales dictos
perlegens; quia tamen naturaliter tantum ſpeculationes edidit,
& ſi Metaphyſicales naturali intelligentia tamen; ideo vt natu-
ralis creationem rerum ex nihilo in principio temporis, cum fi-
nis earundem præſcriptione perpetuitate, gratia, relicta in Ange
lis, & animabus hominum negauit ex profeſſo. Cum ea nec ho
minum memoria, nec experientia pateat. Cui meæ ſententiæ
adſtipulantur grauiſſimi viri Scotus ſecundo ſentent. d. & q. 1.
Ioannes Bichonus, Gregorius Ariminenſis, Marſilius inter theo
logos, & alij quàm plurimi. Adſunt etiam, & cateruæ Philoſo-
phorum ex omnibus Ariſt. libris eandem ſenten. confir. Nam
t.33. primo Phyſicorum ex commun. placitis Philoſophorũ dixit ex
nihilo nihil fieri, ſubinferens impoſſibile eſſe ex non ente ſim-
t.75. pliciter aliquid fieri: & infra vtitur argumento illo ad probandã
æternitatem primæ materiæ. Quia ſi fuiſſet aliquando producta
ex aliquo ſubiecto, quare ante primam materiam fuiſſet alia, &
t.4. ſic in infinitum. In 8 Phyſic. dicit ſi fuiſſent hæc facta, non po-
tuiſſent fieri aliter, quàm per motum, & in tempore, & ideo an-

te motum, & tempus fuiſſent motus & tempus.

In primo de cœlo confutat opinionem Platonis, qui facit cœlum ab aliquo principio, ortum, ſed nunquàm interiturum, dicentis omne, quòd incipit eſſe aliquando deſinet eſſe. Nam quòd tale eſt, factum eſt ex materia, & ſic corruptibile, quod autem corruptibile eſt, aliquando corrumpetur, ſemper cõcludens motus, & motorum appropriatorum æternitatem. t.115.

In 5. Meth. vbi explicat varias ſignificationes nominum, quibus, & Metaphyſica, & aliæ ſcientiæ vtuntur, nullum prorſus verbum protulit de Creatione theologali. t.17.

In nonò, potentiam actiuam diffiniens dixit illam eſſe principium tranſmutandi aliud inquantum aliud, & ita ipſam agere, cum motu aſſerit.

In ſeptimò, probat formam non poſſe produci per ſe, nec immediatè a ſubſtantijs abſtractis contra Platonem. t.29.

In octauò, oſtendit in omni productione requiri ſubiectum, terminum a quo videlicet priuationem, vel contrarium, motũ, locũ, tempus, præuias diſpoſitiones, concurſum cauſarum particularium, quæ omnia creationi de directo opponuntur. t.5.

In duodecimò, docet manifeſte, nec materiam, nec formam fieri, quia omne, quòd fit, ex aliquo, & in aliquid, & ab aliquo neceſſe eſt fieri, & ita ijs auctoritatib. Ariſtotelis, & alibi poſitis, in ſcriptis ſuis apparet Creationis negatio. t.12.

Auerroes Commentator ille magnus, & Ariſtotelis Anima, 8. Phyſic. irridet hanc veritatem de creatione. vbi oſtendens, quòd ex nihilo nihil fit dicit vulgus exiſtimare, quod aliquid poteſt ex nihilo fieri; quia decipitur in duobus: Alterum eſt, quòd putat vulgus nihil eſſe, quod non videt, & quia aliquando experitur fieri aliquod viſibile ex eo, quod non videt putat ex nihilo fieri; quod tamen falſum eſt. Alterum eſt, quia putat eſſe potentiæ imperfectæ agere aliquid ex materia, cumque Deus ſit perfectiſſimus non debet agere ex materia, ſed ex nihilo, & decipitur inquit vulgus, quia agere ex materia non eſt propter imperfectionem agentis, ſed propter naturam motus; & mutationis, quæ neceſſario inquirit ſubiectum. Cõ.4.& 6.

Alexander quoque in libris de cœlo, & mundo in 1. Cõ. 114. negat ſecundum Ariſto. Deum eſſe cauſam efficientem rerum æternarum, ſed tãtummodo finem, ijs auctoritatibus addo ego duas tantum rationes ſecundum mentem Ariſtotelis ex placitis Auerrois & proculi. Quarum prima eſt ſi Deus fuit ab æterno, 2. Auer. rationes.

& mundum

& mundum non produxit Peto ſtatim. Aut potuit, & voluit. Aut nec potuit, nec voluit. Aut voluit ſed non potuit. Aut potuit ſed nõ voluit. Si primum detur, igitur Mundus ab æterno. Si alterum, ſequitur quòd nec poſtea vellet, nec poſſet, & eſſet imperfectos, & perfectior poſtea. Si tertium quòd voluit ſed non potuit, pariter eſſet id imperfectionis, quę primo repugnat principio. Si quartum, potuit, ſed non voluit, fuit inuidus, quia cum poſſet bonum communicare noluit, igitur non datur in tempore Creatio.

Secunda ratio eſt. Si incepit Mundus eſſe per Creationem, aliqua Mutatione incepit, at omnis mutatio ſubiectum neceſſario ſupponit, igitur ante Mundi factionem fuit ſubiectum, ergo ex nihilo non eſt Creatus Mundus, igitur non datur in tempore Creatio. Has rationes, cum auctoritatibus, lectores, adduxi, vt oſtenderẽ ex Placitis Ariſtotelis, & Peripateticorum; non poſſe poni Creationem theologalem, vt abre aſſeruit Matthias Aquarius in ſuis dilucidationibus Dilucidatione 4. 2. Methaphyſ. textu quarto ſolio nonageſimo, vbi ex ſententia Diui Thomæ nititur nedum ponere Creationem de mente Ariſtot. ſed etiam ſoluere rationes à Peripateticis factas. Quas vtique ſoluere poſſumus vt Theologi, modo negantes, modo Theologales tradendo diſtinctiones, quas naturales ex Profeſſo negant, ſuis principis innixi, omnino Theologalibus oppoſitis, ipſi enim ponunt Deum eſſe cauſam neceſſario agentem, intelligẽtias ęternas, non ab alio quia ſic poſſibiles, & cum poſſibile ex ſe ab alio perpetuari nõ poſſit, ſequitur &c. & ita fecit Matthias Aquarius, oſtendens ſe non uidiſſe Ariſtotelem in primo phyſic. t. xj. dicentẽ. Non eſſe diſputandum contra negantes principia, nec eorum rationes ſunt ſoluẽdæ in illa ſcientia, niſi quando procedunt ex principiis illius ſcientię, cuius ſolutiones non ſoluere, Peripatetice, rationes à Peripateticis factas, in meis quæſtionibus aliàs, non modo pertractandis oſtendam. Auerroes tamen in de ſubſtantia orbis, & lib. deſt. deſtructionum dixit quòd primum abſtractum, non tantum dat motum cęleſti corpori, ſed eſſe & permanentiam æternam in ſua ſubſtantia, non eſſe quòd præcedit priuatio, vel non eſſe, quia hoc impoſſibile eſt ſecundum eorum principia; ſed intelligitur, quòd huius corporis eſſe ſequitur quoquo modo primum. Non quòd ſit verè & proprie efficiens vt Comm. ipſe, quarto cęli, primo, & ideo nedum intelligentia hoc modo ſunt ab ipſo

Matthias Aquarius impugnatur.

primo

primo efficiente vt intelligunt, quę intellectio eſt earum vita. Sed & corpora cœleſtia;actio.n.eorum quæ eſt propria paſſio, eorum eſſentias ſequens, in eorũ diffinitione loco dr̃ę poſita.i. motus æternus eſt eorum vita;Remouens propriã paſſionem,re mouet eſſentiã, æterno cõſeruans paſſionem ęterno conſeruat eſſentiam;primum autem efficiens eſt cauſa perpetuitatis motus circularis eorum,ideo cauſa eſſe & permanentiæ. Vnde dicit commẽtator deſt. deſt.lib.3.q.3.ſi Mundus ex ſe eſſet æternus, & exiſtens, non ſecundum quòd mobilis, non haberet verè efficiens, & ita tum motus, tum motor ſecundarius immediatus, & aſſiſtens loco & ſubiecto à mobili non diſiunctus, licet non informet; ad primum ita ſe habens, ſicut milites ad ducẽ; Nam ordo in exercitu eſt propter ducem,quo ablato ordine; nec exercitus, nec vniuerſum eſſet; inde dicebat philoſophus. A primo ente Communicatum eſt omnibus eſſe, intelligerem ego,motiue,& diſpoſitiue, non verè effectiue ideo Deus appellatur primum mouens. Quo fit vt cœlũ poſſimus conſiderare ſm ſubſtantiam tantum,& ſecundum actionem ſimul. Si ſecundum ſubſtantiam tantum,dupliciter intelligitur. Aut quòd indiget dante permanentiam, & perpetuitatem ſuę ſubſtantiæ, quia in ipſo eſt Natura poſſibilis, vel potius contingens. Aut quia indiget perpetuitate, quia permanentia eius non eſt poſſibilis,niſi per res indigentes alio,ſicut vnitas,& ordo, qui in nullo reperiuntur,niſi per primum. Pariter & motum localem dupliciter, vt ſ.localis tantum. Et ut localis cæleſtis corporis, & ſic etiam duppliciter, in reſpectu.ſ.vis cauſarum omniũ, puta motoris æterni intranſmutabilis omnino; & mobilis æterni,cui non ineſt ad poſſibilitatem potentia. Secundo ſecundũ, ſe; ſi ſecũdo mõ p.diu.conſiderat̃;requiritur.primus motor tanquàm efficiens, & maxime primus,pp permanẽtiam; ſi ſecundo modo 2. diuiſionis adhuc primo indiget, propter permanentiam,& perpetuitatem, primo modo autem diuiſionis non indiget primo,cum poſſibilitatẽ,nec contradictionem, nec compoſitionem, & vt vno verbo dicam nullã corruptionem cauſam includat,& hoc totum eſt; ꝙ dicit Comm. ꝙ corpus cæleſte eſt apud oẽs philoſophos, neceſſariũ p aliud,vt efficiẽs quaſi ſibi dans eſſe permanens, & perpetuũ, nota tñ ꝙ poſſibile ex ſe,nõ eſt p aliud neceſſariũ ſuppoſitione intelligat̃ nõ abſolutè. Motus etiam Circularis localis abſque eius cauſa conſideratus eſt poſſibilis,quia oppoſitam habet priuatiuam quietem, & potentia

Cœlũ dupliciter cõſideratur.

Motus dupliciter cõſideratur.

tentia

tentia ſemp motui eſt admixta, idcirco ſemper motore indiget, liceťque corpus cœleſte ſit ſemper in potentia, & ſit aptum natum ab illo motore moueri, attamen de ſe eſt ſemper actu, ſique non eſſet motor, ſecum actu ilem priuationem haberet motus, itaque ſecundum Commentatorē aliquomodo reſiſtit, aliquomodo. Non. Et eius motor nō poteſt ipſum velocius mouere, propter corporis illius talem naturam, & motoris illius ſic mouere. Conſideratus autem in habitudine ad omnes cauſas eſt æternus, & neceſſarius, itaque non eſt poſſibile non eſſe.

Scotus. Ex ijs diſcurſibus, & gyris de efficientia factis, patent, q̃ habētur à Scoto ſubtiliſſimorum omnium principe 2. ſent. d. 1. q. 2. Exponente definitionē Creationis circa ly terminum de nihilo, dicit enim quòd ly de poteſt dicere ordinem, eundemque naturæ, vel durationis naturæ, priuatiuè, & poſitiue, primomodo etiam philoſophi concederent Creationem, nam corpora cœleſtia cum cæteris ex ſe formaliter, nec eſſe, nec non eſſe habent, niſi a cauſis impedirentur extrinſecis ſibi eſſe dantibus, licet limitet propoſitionem ad ſingula generum, vt ſunt, corruptibilia, æterna namque ſunt ſeipſis actu entia, & ita patet quomodo Gyrus vniuerſalis, nec particularis creationis theologalis nō pōt peripatetice defendi, licet ſimplex efficientia, vel motio.

Quod autem ſecundum prædictam efficientiam, & dependētiam dentur intellectuales gyri, vel motrices intelligentiæ, ſeu ſubſtantiæ abſtractæ, probat Ariſt.

Non in primò diuinorum, in quo oſtendit phyloſophus, quo modo ſe habent antiqui circa veritatem entium.

Non in ſecundò, vbi oſtendit, quomodo acquiſitio veritatis non eſt impoſſibilis.

In tertiò, diſputat quaſdā q̃ſt. q̃ venari hn̄t in ſequētib. libris.

In quartò, ad quid ſe extendat poteſtas huius ſcientiæ oſtendit enim ibi, quòd ſe extendit ad conſiderationem entis; ſecundò, ad conſiderationem communium, quæ ſequuntur ens inquantum ens; tertiò, ad conſiderationem primorum principiorum, quo habito diſputat contra negantes, prima principia.

In quintò, diſtinguit res, de quibus oportet determinari in hac ſcientia, & id facit ad bonitatē ſciētiæ vt ſcientia facilior ſit.

In ſextò, quod modus huius ſcientiæ eſt ſpeculatiuus, & non practicus.

In ſeptimò, incipit tractare de partibus entis, & ideo de ente poſſibili, quod diuiditur in ſubſtantiam, & accidens.

In octauò,

in octauò, de principijs ſubſtantiæ ſenſibilis de qua in ſeptimo. Compendiũ totius Metaphyſicæ.

In nonò, de ente in potentia, & in actu, ſecundum quòd ſecus diuiditur ens.

In decimò, de ente vno, & multo ſpecialiter, ſecũdum quòd ens diuiditur in vnum, & multa.

In vndecimò, recolligit in præcedentibus libris, vt facilius deueniatur in cognitionem ſubſtantiarum abſtractarum.

Sed in duodecimò, tractans ex profeſſo, de ente neceſſario ab omni motu, materia, & ratione cuiuſcunque poſſibilis abſtracto; diuidit ſubſtantiam, in tres ſpecies, ſenſibilem, inſenſibilem cum motu, & ſine motu, quales ſunt intelligentiæ, de quibus tractat quoad quatuor quæſtiones, ſi eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt.

Si eſt, quando oſtendit. 29. Cont. dari, & exiſtere in vniuerſo ſubſtantiam quandam æternam, immortalem, & immobilem. Si eſt.

Quid eſt, quando a 30. vſque ad 36. oſtendit omnia prædicata, & attributa ad earum naturam, & eſſentiam pertinẽtia, quòd ſcilicet ſunt mouentes, & efficientes, actus puri, ſimplices, & liberi ab omni potentia, immateriales, ſemper mouentes, & immobiles. Quid eſt.

Quod moueant, vt res intelligibiles, & optabiles in Cont. 37.

Quod ſint maximum, ſummum, & primum intelligibile maximum, & ſummum optabile, optimum quoque atque pulcherrimum Cont. 38.

Quod ſint, primum principium immutabile a quo cœlum, & natura dependent. 39.

Quod degunt optimam, & fœliciſſimam vitam, quòd ſunt beatæ, & maxima voluptate fruantur, quòd ſunt ipſamet beata vita, fœlicitas, vt beatitudo impartibiles, indiuiduæ, magnitudine expertes Cont. 41.

Quia eſt, quando oſtendit quot numero ſint, & quales ſint Cont. 42. Quia eſt.

Quod ſint plures, cum plures ſint cœleſtes orbes, & quòd illis plures eſſe non poſſunt vſque ad Cont 51. Vbi inuenta pluralitate intelligentiarum, & ordine, quoniam vna prima eſt, & ſuprema aliarum oſtendit quodque ſint intelligentes, intellectione, quæ eſt earum ſubſtantia, nullum laborem afferente, ſed omnem iucunditatem, non intelligẽtes mala, & peſſima, ſed bo-

na & præclara ſuprema vero, quòd ſeipſam tantum intelligat, & ſemper; Quod ſit omnino idem.

Intelligens res intellecta, & intellectio.

Propter Quid.

Propter quid Cont. 52. vbi oſtendit, quod ſuprema ſit cauſa ordinis, & cuiuſuis boni, quòd eſt in vniuerſo. Ad finem, quod ſit totius vniuerſi a nullo pendens ſola, ipſa Princeps, & Rex, omnia adminiſtrans, & gubernans, totum tractatum ijs terminans verbis vnus ergo Princeps, qui vt legiſtis, vt ſupremus Gyrus, gyrat cuncta non Creatione ſecundum Ariſto. ſed efficientia motione, & diſpoſitione. Creatione autem ſecundum theologos, vt in ſequenti gyro patebit.

# QVARTVS
## SVBGYRANS GYRVS

*Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

QVARTVM ſubgyrantem gyrum gyrantem circa Creationem in genere, & in ſpecie circa gyros purè intellectuales ab Ariſt. in ſcriptis ſuis non exaratum, & a Platone diuino illo non perfecte cognitum, cognoſcentes theologi ſacri diuinis reuelationibus inſtructi multa circa eundem gyrantes dixere, & præcipue, quòd Pater filius, & Spirituſſanctus ſunt principia quod, productiua voluntateque infinita tribus communi tanquàm principio formali quo, cuncta ſingulaque per Creationem produxere. Non tamen filius, & Spirituſſanctus ſunt rationes formales patri ad extra producendi, nō enim pater eſt in eſſe entitatiuo per filium, ſed per diuinam eſſentiā. Non in actu perſonali eſt.n.ſic per eſſentiam, & relationem. Nō productiuo ad intra, cum a ſe habere præintelligatur. Memoriā fœcundam principium formale quo producēdi filium; Non ad extra cum ſit voluntas infinita; Nec minus ſunt principia diſpoſitiua, vel affectantia opus notitiæ, & amoris eſſentialis. Notitia vero diſpoſitiua, & amor affectans, aut ſunt appropriata verbo, & Spirituſancto, aut ſunt propria. Si primum det; ſunt communia tribus, & ſic tres perſonæ ſimul non duæ tantum eſſent rationes formales creandi, ſi ſecundum, vna tantum perſona, ſed nihil eſt in patre, quòd non in filio, & nihil in P. & filio, quòd non in Spirituſancto de eſſentialibus ad intra, & extra, &

ita reſpectus creaturarum ad tres terminatur; eò quòd creatio, quæ a D. Thoma dicitur proceſſio a primo ente effectiue, ſupponens duas intrinſecas productiones, emanationes, vel proceſſiones ad tres terminatur. ſ. P. fi. & Spiritum ſanctũ, quod & ſi ponatur notitia genita, & amor ſpiratus, non tamen tanquàm perfectiones notitiæ, & amoris eſſentialis, nam operatio tranſiens non eſt de perfectione agentis, ideo paſſim hæc veritas enuntiatur, quòd pater a ſe eſt perfecte beatus, qui operatione ad extra tranſeunte (etiam ſi ſolus eſſet hoc poſito impoſſibili, vel quælibet alia perſona D.) Non neceſſario produceret creando, vt philoſophi naturales, & Henricus Gandauenſis eſt arbitratus, cum cuncta, non per intellectum, (nam ſi ſic, neceſſario, quia naturalis,) ſed libere per liberam voluntatem produceret, ſicut de facto tres ſimul vnica voluntate Creando produxere omnia. Immo ſicut creatio eſt libera, & contingens ita creaturæ libertate productæ ſunt contingentes: Hinc elicitur, quòd in diuinis duplex aſſignatur obiectum. Primarium dicitur vnum, & eſt diuina eſſentia primum, & per ſe mouens, & terminans. Primò, quia eſt ratio intelligendi ſeipſum, & omnia alia. Secundarium eſt alterum, & eſt creatura omnis, quæ ideo ſecundarium dicitur obiectum, quia non per ſe, & primo, nec ex propria natura non habet, vnde terminet actum intellectus diuini, ſed quatenus in D. Eſſentia relucet, quæ dato impoſſibili, quòd non eſſet D. intellectus adhuc tamen eſſet apta nata mouere per ſe primo, & itidem terminare. Non ſic creaturæ. Quo fit vt ideæ non ponantur, in primo inſtanti naturæ, in quo præintelligitur obiectum primarium cum pertinentibus; Sed in ſecundo, dato enim oppoſito, ſequeretur filium, & Spiritum ſanctum de lapide produci, cum producatur de omni eo, quòd eſt in memoria patris, Ideæ vero non ſunt in memoria, ſed in intelligentia, & ſi in memoria, in ſecundo inſtanti naturæ: ſequitur quinetiam Idæas huiuſmodi non eſſe prius intelligibiles, quàm intellectas, nam eoipſo quo intelliguntur ab intellectu diuino ſunt in tali eſſe intelligibili conſtitutæ: ſequitur vlterius quòd obiecta ſecũdaria, non prius habuerunt eſſe in memoria, quàm in intelligentia, quia quòd præſentatur memoriæ, vt obiectum prius eſt intellectum, quàm intelligibile, & ita obiecta ſecundaria in illa actuali intellectione diuina, dicuntur habere eſſe intelligibile, & nunquàm habent eſſe, niſi quando ſunt in intelligentia, vel actuali intellectione, quæ in patre eſt a ſe, in filio a patre, & in

Duplex obiectũ in D.

Spiritu ſancto

Spiritu ſancto a patre, & filio, ordo enim talis Idæalis intellectio nis ac eſſe Creationis non poteſt attendi penes intellectionem, tres enim vnica intellectione cuncta intelligunt; Nec penès eſſe ctum, quia in D. intellectu vnicus eſt. Sed penès ſuppoſita producentia, quæ ratione originis, vt dicebat D. Auguſt. inter ſe rea liter perſonaliter diſtinguuntur, vbi enim diſtinctio, ibi ordo, & ideo ſi vnica tantum ſit intelligentia rerum omnium realiter, non tamen vnica modaliter; qua pro obiecto exiſtente D. eſſentia, licet ſit productum verbum, adæquatus terminus eius, eiq; ſit communicata talis potentia, cum adæquato termino productionis, poteſt tamen res producere; quia præter ſimplicem productionem in eſſe diuino perſonali, eſt & alia productio, ad extra. ſ. ſine termino, reſpiciens obiectum ſecundarium, eo quòd verbum ſimpliciter præcedit originandum, & aliunde habet vnde poteſt producere, non alia, & alia, ſed vnica in tribus producibilem rem reſpiciente, de cuius Creationis poſſibilitate quicquid dicant alij, dico Creationem eſſe poſſibilem non excludendo etiam eſſe eſſentiæ Deus enim cum ſic cauſa immediata, & omnipotens ideo poteſt creare, ſicut de facto creat, quia n. eſt immediata cauſæ excludit ſecundas, vt dicebat Proclus, quia immediata immediatione effectus excludit, contra philoſophos ſubiectum & præuiam diſpoſitionem.

Ordo Idealis.

Immediado duplex

Quia omnipotens includit octo conditiones de mente Mag. ſent. S. Th. p. p. q. 25. D. Bon. D. 42. p. Scoti, Aliacenſis, & Cameracenſis.

Stabilitatem.

Simplicitatem.

Immenſitatem.

Vniuerſalitatem.

Actualitatem.

Singularitatem.

Facilitatem: & dignitatem.

In ſtabilitate, apparet ſempiternitas ſuæ virtutis.

In ſimplicitate, exiſtentia ſuæ naturæ.

In immenſitate, præſentia ſuæ operationis.

In vniuerſitate, productio omnium rerum.

In actualitate, poſitio omnium rerum.

In ſingularitate, immedietas productionis rerum.

In facilitate, ſubitanea prod. omnium rerum.

In dignitate, bonitas omniū rerum ideo creatio eſt de nihilo productio

libera creatio quid.

productio in eſſe exiſtentiæ libera volūtate cōtra philoſophos, q ex nobilitate actionis, & immutabilitate Dei arguebant impoſſibilitatē Creationis, videlicet de nouo cū contingentia, & cauſæ, & effectus, theologi vero iiſdem innixi fundamentis præiactis, attendentes nobilitatem, circa exiſtentiam neceſſariiſſimam primæ cauſæ; Non autem circa operationem, quæ arguit liberum imperium diuinæ voluntatis, quòd nobilius eſt, quàm oppoſitum. Inſuper & immutabilitalem, quæ tum in modo volendi, cum ſemper ſit continuatus cum in eſſe volito, cum ſit permanens, & fixum conſiſtit, concludebant contra philoſophos dari creationem, cum nouitate effectus, ſecundum ordinē durationis libera ſemper remanēte D. omnipotētiq; voluntate, ex quibus habetur, quòd ſimplex creaturarum intellectio, aut volitio non eſt creatio, cum exiſtentia realis extra cauſam requiratur ad creationem; hinc arbitror ego cum Scotiſtarum ſchóla non bene ſenſiſſe Henricum, realiter diſtinguentem eſſe eſſentiæ ab eſſe exiſtentiæ, primum reale dicens ſimpliciter, & p omnipotentiam creatum, non enim hæc dico eſſe ſunt realiter diſtincta dato enim oppoſito nulla eſſet creatio, aut ſi ſic res bis crearentur, aut ſaltem mutaretur Deus. Nec tertium dandum, quoniam priusquam creatura, fit, obiectum omnipotentiç, prout eſt poſſibile quid creandum, eſt intellectum, quo fit intelligibile, & cognitum, qua cognitione, & volitione fit poſſibilitas rerum creandarum, obiectumque diuinæ omnipotentiæ ponitur. Illud vero poſſibile nullum habet eſſe, ideſt non eſt aliquid, immo quæ habent eſſe poſſibile, ſunt formaliter nihil, licèt habeant eſſe in eſſentia diuina, & ſint in ipſa ſecundum eſſe eiuſdem diuinæ eſſentiæ, non tamen ſecundum aliquod eſſe proprium, vt dixit D. Thomas declarans, quomodo non habentia vitam ſunt vita in Deo. Et tale eſſe cognitum eſt ſubſtantia, & accidens, ſubſtantia vt idem cum D. eſſentia, accidens vt a Deo terminaturū, non inhærens, cum accidentia terminentur a Deo, vnde contra Henricum ſequitur eſſe exiſtentiæ non ſupponere eſſe eſſentiæ reale, & ſimpliciter, ſed creatio eſt de nihilo excludens eſſe eſſentiæ, & eſſe exiſtentiæ.

Conditio creationis

Eſſe eſſentiæ. Eſſe exiſtētiæ.

Poſſibile quid.

Non tamen excludens eſſe cognitum, & volitum, quod non eſt ens reale, & perfectum, vt finxit Henricus, ſed ſecundū quid, & diminutum, immo diſtrahēs, ideo volitio, aut intellectio illa non poteſt dici creatio, ſed tantum productio, quæ non eſt creator, aut creatura, ſed ſupra creaturam, & citra Creatorem.

Qui

Qui omnipotēti ſua intellectione, & volitione ordine perfe ctionis (reſpectu creaturarum) gyrans, primò circa intellectuales Gyros eoſdem in eſſe exiſtentiæ, per creationem in eſſe natu tali conſtituit. Creari Angelum.

In eſſe.
In menſura.
In cognitione.
In relatione.
In actione.
In loco.
In motu.
In merito beatitudinis.
In beatitudine, cum diſtinctione, & ordine iſs enim nouem modis à me intellectuales, vel Angelici Gyri in præſentiarum conſiderantur

Quoad eſſe dico, quòd Angelus eſt ſubſtantia, creata. Angelus quid.
Immaterialis.
Inuiſibilis.
Intellectu perſpicax, voluntate pollens, ſemper mobilis, arbitrio libero, Deo miniſtrans, gratia, non natura, immortalitatem, conſequuta, in qua diffinitione adnotetis lectores ſingulas particulas, quarum.

Prima eſt ly ſubſtantia, nam per hanc tangitur eius eſſentia, quia ſpiritualis. Altera eſt ly creata, dicens.n. Moyſes. In principio creauit Deus cœlum, & terram, per cœlum Communiter exponitur Angelica, natura creata. & hac ex poſitione confunduntur Philoſophi naturales, qui non cognouerūt Angelorum Creationem, dicentes eſſe abſtractas ſubſtantias, & ideo æternas ex ſe formaliter, immo ab eorum æternitate, motus æternitatem arguerunt. Deprimitur etiam luciferi ſuperbia, qua, non conſiderans ſe eſſe naturæ creatæ, finitæ, & limitatæ, immo & eſſentialiter dependentis, Dei æqualitatem appetijt.

Tertia eſt ly immaterialis. Nam Angeli non ſunt compoſiti ex materia, & forma, quæ eſt compoſitio Phyſica, & ſi poſſit ſuſtineri compoſitos eſſe. Ex perfecto, & perfectibili, ex poſitiuo, & priuatiuo, ex eſſe & eſſentia. Ex actu & potentia, quæ eſt Metaphyſica compoſitio materiam omnino excludens. Et ſi D. Auguſtinus alicubi aſſerat, ipſos eſſe materiales, & corporales, Platonicè tunc eſt loquutus, non theologicè, quando appellat naturam Angelicā ſpiritualem, & incompoſitam. Non tamen eſt

actus

actus purus,& ſumme ſimplex, vt Deus incompoſitus,& incomponibilis,ab omni materia, & potentialitate liber; quia Angeli habent admixtam potentiam non corruptiuam,ſed receptiuam cognitionum,ſcilicet rerum non cognitarum,& illuminationũ, Dei autem in nunc æternitatis omnia nuda, & aperta ſunt oculis.

Quarta inuiſibilis, quia inter corporeos mortaleſque oculos & ipſos,non eſt proportio aliqua.

Quinta eſt ly intellectu perſpicax,ſcilicet in cognoſcendo.

Sexta,eſt ly voluntate pollens, libertate arbitrij ad eligenda bona,& reſpuenda mala ideo additur.

Septima,arbitrio libera.

Octaua, eſt ly ſemper mobilis motu ſcilicet locali, vt inferius legere eſt, & quia etiam habet virtutem operatiuam infatigabiliter,natura corporea vero fatigatur.

Nona eſt ly Deo miniſtrans,nam Angelus idem eſt quòd Dei Nuntius, & ad miniſterium ordinatus iuxta illud acceſſerunt Angeli,& miniſtrabant.

Decima, eſt ly gratiá non natura immortalitatem conſequuta,nam ex ſe, non eſt formaliter neceſſaria natura angelica, ſed defectibilis,tamen gratia ſpeciali datum eſt illi ſemper eſſe a parte poſt,ideo dicebat Plato diſſolubiles eſtis vos, non tamen diſſoluemini manu Dei conſeruante vos, & hæc ſunt quæ naturale eſſe conſequuntur,de quibus Diuus Bonauentura loquens dixit,quòd Angelicæ naturæ a principio quatuor ſunt attributa, ſimplicitas eſſentiæ,perſonalis diſcretio, propter rationem inſitam memoria, intelligentia, & voluntas, & libertas arbitrij ad eligenda bona,& reſpuenda mala;Et hæc quatuor attributa quatuor alia concomitantur, virtuoſitas in operando,officioſitas in miniſtrando,perſpicacitas in cognoſcendo, & immutabilitas poſt electionem,ſiue in bono,ſiue in malo,& hæc de eſſe.

*Quatuor attributa Angelorũ*

*Quatuor alia cõcomitãtia angelos.*

Quoad menſuram Angelorum. Dico quòd quintuplex eſt menſura,& non omnis ponitur in Angelis.

*De mẽſura Angelorum.*

Prima,dicitur menſura coordinationis de qua Ariſt. 10. Metaphy. dicebat, quòd in vnaquoque genere datur vnum primũ, quòd eſt metrum,& menſura omnium.

Secunda,dicitur menſura perfectionis,de qua Ariſt. 8. Meth. Cont. 10.dicebat,ſpecies ſunt ſicut numeri.

Tertia,dicitur cauſationis de qua Ari. primo poſteriorũ dicebat,quòd ſenſibile eſt cauſa ſcientiæ.

Quarta

Quarta, dicitur menſura innoteſcentiæ qua ſcilicet, venimus in cognitione alicuius ignoti per aliud magis notum, & ideo ſic a ſubtilibus definitur, menſurare eſt quantitatem ignotam per notam certificare.

Quinta, dicitur menſura durationis, quæ dicit durationem alicuius entis, vel continuationem illius in eſſe, & dicit quantũ durat illud ens; de hac loquebatur Ariſt. 4. Phyſ. cap. de tempore dicens, tempus eſt menſura motus, vel quietis, & hæc eſt menſura, quæ notificat Deum, Angelum, Animam, & corruptibilia. Dei menſura non menſurans, ſed notificans neceſſariam coexiſtentiam ad omne tempus, quòd eſt, & eſſe poteſt eſt æternitas Angelorum, & animarum, intellectiuarum, earum perpetuã exiſtẽtiam notificans dicitur æuiternitas, vel ęuum. Corruptibilium eſt tempus. Æternitas Æuiternitas. Tempus.

Æuiternitas ſecundũ D. Bon. eſt quantitas ſucceſſiua realiter diſtincta ab ęuiternis, ſecundum Henricum pariter realiter diſtinguitur, & inquit, quòd ſicut numerus ex multis vnitatibus reſultat, ſic æuum ex multis Nunc indiuiſibilibus. Secundum ſcholam vero noſtram licet vtraque opinio poſſit defendi attamen tutius eſt dicendum realiter non diſtingui tunc enim Deus poſſet conſeruare Angelum ſine æuo, quòd eſt falſum, in re enim eſt contradictionis implicatio; Vlterius non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, ſed omnia æque bene poſſumus ſaluare, non ponentes aliquid realiter ab ipſo diſtinctum eſſe menſuram illius, & ideo dicerem ego quòd exiſtentia Angelorum non menſuratur menſura alia à ſe.

Nec diuiſibili, & ſucceſſiua ſecundum D. Bonau.

Nec indiuiſibili ſecundum Henricum.

Nec ſeipſa; ſufficit enim pro ſui notificatione, quòd poſſit mẽſurari, vel cognoſci abſque alio addito.

Quoad cognitionem dico, quòd ideo Angelicos voco ego gyros intellectuales, quia proprium opus eorum eſt intelligere, vel le & cognoſcere; Et quia intellectio ſe extendit ad ſe, ad Deum O. M. & ad alia obiecta, quantum ad ſe etiam cum thomiſtis angelos per ſuam eſſentiam tanquam per rationem formalem cognoſcendi, poſſe ſeipſos cognoſcere naturaliter, & intuitiue. Nam ſi ratione eſſentiæ aliorũ, alia a ſe poſſunt cognoſcere, igitur, & ſeipſum ratione ſuæ, immo eodem modo poſſe cognoſcere omnia intrinſeca ſibi, quæ ſunt actu intelligibilia, & debitè approximata potentiæ Angelorum, nullumque prorſus cad- p. p. 5. q6. 56. ar. 1.

H impe-

impedimentum;poſtremo cum ſubtiliſſimo Scoto,& de Baſoli poſſe ſeipſos naturaliter, & abſtractiue, cognoſcere per ſpeciē eſſentialem ſibi a D.O.M.impreſſam,vel acquiſita derelicta in memoria ſua ex notitia intuitiua, hinc cum theologis poſitiuis & ſcholaſticis in eis pono duplicem cognitionem, matutinam vnam;veſpertinam alteram. Matutinaque (quæ eſt in verbo reſpectu omnium cognoſcibilium in verbo relucentium) duplicem; naturalem & abſtractiuam,quæ dicitur etiam matutina imperfecta,qua cognoſcunt verbum æternum propter ſuam ſimilitudinem. Beatificam vero, vel gloriæ ſecundam, quæ dicitur matutina perfecta, vel propter fulgoris eccellentiā meridiana, qua cognoſcunt verbum per propriam eſſentiam, & hac fiunt maxime felices, & beati, veſpertinam vero eſſe rerum in genere proprio per ſpecies creatas, & infuſas non tamen exiſtimandum venit,quòd a rebus ipſis ſcientiam ſumant, ſed ab illuminationibus a D. O. M. prouenientibus, vt teſtatum reliquit Dionyſius.

Duplex cognitio angelorum.

Matutina duplex.

Naturalis

Meridiana.

Et in hac ſecunda poſſunt proficere cognitione, non autem in prima,a rebus ipſis,quidpiam accipiendo,licet enim concreatas habent ſpecies omnium quidditatum poſſunt, tamen ſpeciē ſingularium per intellectum agente acquirere, & in intellectu potentiali recipere. Proficiunt quoque in intuitiua rerum exiſtentium,quæ in verbo haberi nequit; nam naturaliter Angeli non habent notitiam intuitiuam,ſed abſtractiuam tantum

Obiectum intelligibile agens. Intelligēs poſſibilis.

Præter has autem,cognitionem Dionyſius in de Angelica Ierarchia ponit, aliam cognitionem, apud celeberrimos theologos acceptam, & laudibus elatam, & dicitur cognitio reuelationis, aut per illuminationem, qua ſecunda Ierarchia a prima illuminatur,& tertia a ſecunda,prima autem a D. O. M.qui,veritates non cognitas illuminando ſic manifeſtat, vnde Angeli ſuperiores ab inferioribus non illuminantur. Dicūtur tamen inferiores alloqui ſuperiores,& D.O. M. Tunc autē Deum alloquuntur. Cum proprios conceptus, & vt ita dicam ſuas cogitationes ad D.O.M.dirigunt. Tum vero ſuperiores, cum eis eoſdem proprios communicant, & manifeſtant conceptos, quorum cognitionem non habet mens Angelica, nec humana, niſi per huiuſmodi alloquutionem, ſed ſolus Deus, cuius oculis omnia ſunt,nuda & manifeſta,tam quæ ſunt,quam quæ non ſunt;Ideo Diuus Thomas in Angelorum tractatu verè Angelicus Doctor,p.p. ſummæ q.57.art.4.declarans, an Angelus

Quid illuminatio

Quid loquutio.

D.Thom.

gelus cognoſcat cogitationes cordium, inquit in corpore articuli quòd cogitatio cordis dupliciter poteſt cognoſci, vno modo in ſuo effectu, & ſic non ſolum ab Angelo, ſed etiam ab homine cognoſci poteſt, & tanto ſubtilius, quanto effectus huiuſmodi fuerit magis occultus. Cognoſcitur enim cogitatio interdum, non ſolum per actum exteriorem, ſed etiam per immutationē vultus, & etiam medici aliquas affectiones animi per pulſum cognoſcere poſſunt, & multo magis angeli, vel etiam Dæmones: quanto ſubtilius huiuſmodi immutationes occultas corporales perpendunt. Vnde D. Aug. dicit in libro de Diuin. Dęmonum quòd aliquando hominum diſpoſitiones non ſolum voce prolatas: verum etiam cognitione conceptas (cum ſigna quędam in corpore exprimuntur ex animo) tota facilitate perdiſcunt: quamuis in lib. retractationem dicat hoc non eſſe aſſerendum quomodo fiat. Alio modo poſſunt cognoſci cogitationes, prout ſunt in intellectu, & affectiones prout ſunt in voluntate, & ſic ſolus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatis cognoſcere poteſt, & ratio eſt, quia voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, & ipſe ſolus in eam operari poteſt, qui eſt principale eius obiectum, vt vltimus finis, & ideo ea quæ ex voluntate ſola ſunt, & dependent, ſoli Deo ſunt nota, ideo dixit Apoſtolus p. Cor. 2. quod quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, quæ in ipſo eſt, hoc idem ſit dictum de conceptibus, & volitionibus proprijs Angelorum. Qui nec minus cognoſcunt miſteria gratiæ Naturaliter, talia enim ex pura Dei voluntate dependent, & ſi vnus Angelus non poteſt cognoſcere, cogitationes alterius a voluntate dependentes, multo minus quæ ex Dei voluntate. Alia autem cognitione, quæ dicitur meridiana cognoſcunt miſteria genera non quidem omnia. Nec æqualiter omnes, ſed ſecundum quòd Deus voluerit eis reuelare, ſecundū illud Apoſtoli 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritū ſuum; ita tamen quòd ſuperiores Angeli perſpicatius diuinam ſapientiam contemplantes, plura miſteria, & altiora in ipſa Dei viſione cognoſcunt, quæ inferioribus manifeſtant, eos illuminādo, & horum etiam miſteriorum, quædam a principio ſuæ creationis cognouerunt, vel beatitudinis, vt miſterium incarnationis Chriſti in generali, quòd omnibus eſt reuelatum. Quędam vero poſtmodum, & in particulari (ſecundum quòd eorum officiis congruit) edocentur. Quantum ad relationem, quæ eſt creatio paſſiua dicit Henricus de Gandauo in nono quol. q. 3. & alibi,

Cogitatio cordis dupliciter pt cognoſci.

Medici cognoſcūt cogitationis.

Angelus nō cognoſcit miſteria gratiæ.

bi, quòd eſt idem ſuo fundamento. ſ. Angelo, nam quælibet relatio eſt idem ſuo fundamento, & nõ diſtinguitur ab eo. Ego vero clarius, & ſubtilius contemplans dico aliquam relationẽ realiter diſtingui a fundamento. Aliquam vero eſſe idem realiter non tamen formaliter identitate adæquata fundamento, cuiuſmodi eſt creatio paſſiua; ſed adnotetis hic lectores doctrinam electam, & ſcelectam de millibus, circa identitates, diſtinctiones, & relationes, quam non intelligentes aliqui Craſſa Minerua ſpeculantes aſſerunt eſſe chimeras, effinctiones, figmenta, & ſophiſtarias, (ſi fas eſt ſic dicere, vt ipſi male dicunt) Scotiſtarũ, qui in hoc a limitibus Ariſtotelis, nec minimum quid diſcedunt ipſi enim ex Ariſto. doctrina ſeptem ponunt identitates, & ſeptem diſtinctiones.

Identitatẽ / Diſtinct.

- Rationis.
- Ex natura rei.
- Formalis.
- Realis.
- Eſſentialis.
- Subiectiua.
- Obiectiua.

Quas qui ignorat, longe fallitur opinione totoque aberrabit cœlo; quinimmo laterem lauerit ſi Metaphyſicæ, & Phyſicæ, & Logicæ, immo Theologiæ, & ſcientiæ formalitatum rationem ſe fuiſſe aſſequutum exiſtimauerit.

Idẽtitas rationis. Item ratione aliqua dicuntur dupliciter. Proprie & ſunt illa, quæ per actum collatiuum intellectus diſtingui non poſſunt, vt ſecunda intentio generis in ſe comparata, & nulli alteri comparata, ſed ſimpliciter in ſe ſumpta eſt idem ſibi ratione, poteſt tamen diſtingui a ſeipſa, eam comparando ad ſeipſam, ut comparando intentionem generis, vt in ſubiecto, ad ſeipſam vt in prædicato, dicendo genus eſt genus.

Magis proprie vero ſunt illa, quæ habent eundem cõceptum omnino indiſtinctum ex parte rei, & ex parte intellectus, vt homo eſt ſibijpſi idem, & omnia entia tertij modi dicendi per ſe, quæ per ſe, & ſine relatione ad aliud concipiuntur fundant identitatem rationis. Vnde ex ijs patet veram eſſe illam Scotiſtarum propoſitionem dicentium identitatem rationis eſſe abſolutiſſimam, quia non dependet ab actu collatiuo intellectus, aut alterius potentiæ collatiuæ, cuiuſmodi ſunt voluntas, & ſenſus cõmunis, cum ſimplici intellectione, ſic intelligit obiectum reale,

cuius

cuius natura eſt realis, eſſe vero cognitum eſt rationis, de qua identitate, loquitur Ariſt. 1. poſterior.

Illa vero diſtinguuntur ratione, quæ per actum collatiuum intellectus diſtinguuntur preciſè, vel quando vnum extremum eſt ens reale alterum vero ens rationis, vt animal, & genus, quæ per ſolam intellectus comparationem diſtinguuntur, & hæc habentur ex Ariſt. 5 Meth. c. de ad aliquid. Diſtinctio rationis.

Illa ſunt eadem ex natura rei de quibus duo prædicata contradictoria ſecluſo opere intellectus collatiuo verificari nõ poſſunt, vt homo eſt homo. Etenim extrema iſtius propoſitionis nullam diſtinctionem habent, neq; habere poſſunt ſecluſo opere collatiuo intellectus, & breuiter omnia illa ſic ſunt idẽ, quæ non diſtinguuntur, niſi per opus intellectus ratiocinantis. Identitas ex natura rei.

Illa vero diſtinguuntur ex natura rei de quibus duo contradictoria verificari poſſunt ſecluſo, opere intellectus collatiuo, ſic diſtinguuntur modi intrinſeci ab ente, nam præter opus intellectus. Ens eſt determinatum, modi determinantes. Diſtinctio ex natura rei.

Item D. eſſentia a modis ſuis intrinſecis, & ab attributis; In creaturis albor a ſua intenſione, Roſa a ſua exiſtentia. Diffinitio & diffinitum, pro materiali, vel fundamentaliter, formaliter enim ſunt ſecundæ intentiones poſtremo diſtinguuntur ex natura rei, ſubſtantia, natura, eſſentia, quidditas, & formalitas; Nam omnis ſubſiſtentia eſt ſubſtantia, omnis ſubſtantia eſt natura, omnis natura eſt eſſentia, oĩs eſſentia eſt quidditas, omnis quidditas eſt formalitas. Non tamen econuerſo ordine naturæ retrogrado, vt patet vobis lectoribus non ignaris; de ijs identitatibus, & diſtinct. loquitur Ariſt. 2. poſtea & 7. Meta. Cont. 41. & 20. Diſcurſus. 3. de ani. t. 9.

Illa ſunt idem formaliter, quę ſic ſe habent, quòd vnum quidditatiue, & formaliter includit aliud, & hoc dupliciter eſſe põt. Vno mõ adæquate, & conuertibiliter vt definitũ adæquate, & cõuertibiliter includit diffinitionem, & ita animal rõnale, & homo ſunt idem formaliter, & adæquate eſt enim prædicatio ſecũdũ ꝙ ipſum; aliomõ inadequate, ſic inferius continet ſuum ſuperius formaliter, & actualiter; ſuperius aũt nõ ſic inferius, ſed poteſtate tantum. Nã homo ab animali diſtinguitur ẽt realiter. Identitas formalis duplex.

Illa vero diſtinguuntur formaliter quorum vnum non eſt de conceptu formali alterius, ſic quòd vnum abſque alio diſtincte concipi poſſit. Diſtinctio formalis duplex.

Quę diſtinctio duplex eſt vna poſitiua, & eſt illa, quæ eſt inter

ter duas formalitates, quarum vna non includit alteram præſuppoſita identitate reali,& eſſentiali, & ſic animal, & rationale in homine diſtinguuntur, vt bene dixit Scotus in primo ſenten. diſt. 8.& talis ſemper præſupponit diſt. ex natura rei.

Altera vero dicitur negatiua, & eſt, quando aliqua duo ſunt idem identitate eſſentiali,& reali, & non dicunt duas formalitates, ſed vnum dicit formalitatem, alterum vero gradum intrinſecum ipſius formalitatis, & ſic diuina eſſentia, deitas, ſpiritus, vita intellectualis,& huiuſmodi, quidditatiua prædicata Dei diſtinguuntur formaliter negatiue ab infinitate neceſſitate, & cæteris modis. Diſtinguitur etiam D. eſſentia a relationibus, quia conceptus abſoluti non includit conceptum reſpectiui, nec ecõtra ſimiliter,& relationes inter ſe;pariter intellectus, & voluntas,& omnia attributa inter ſe.

Dicitur & modalis.

Ex quo elicitur,quòd in Deo poſſunt eſſe plures quidditates, & formalitates,ſumendo formalitatem pro ratione obiectiua, ſub qua vnaqueque res ex natura rei concipi poteſt, & ita modi intrinſeci,& entia rationis non ſunt formalitates de ijs idẽtitatibus,& diſtinctionibus loquitur Ari.7. Met.c.20. & Scotus p.5. d.2.q.4.pariter D.P.Aug.7.de trin.c.2.& 4.dicens. Alio pater eſt pater,& alio P.eſt,ac ſi diceret alio pater quo Deus ſic enim eſt D.eſſentia,alio quo pater ſic enim pr̃ nitate, aut actiua generatione.D.Hilarius etiam lib.de Trin. ponit ipſam formalem diſt. inter voluntatem, & poteſtatem dicens voluntas Dei non efficit creaturam, ſed poteſtas etiam D. Thomas.p.p.q. 40. articu. 2. & alibi.

Illa ſunt idem realiter,quæ ſic ſe habent,quòd vnum nõ poteſt eſſe ſine altero:ſi talis inſeparabilitas procedat a cauſa intrinſeca, & vnum non eſt originans,& aliud originatum, & nõ ſunt in pluribus realiter diſtinctis,& vnum ab alio non depẽdet vbi quatuor ſunt conditiones. Quarum prima modo probatur ſic cœlum non poteſt eſſe ſine motu ex Ariſto. non quidem ex cauſa intrinſeca, ſed ex intelligentia motrice nõ tamen ſequitur cœlum eſſe realiter motum.

Identitas realis cum cõditionibus.

Item non poteſt eſſe ſimile ſine ſimili, tamen realiter diſtinguuntur, quia talis impoſſibilitas ſeparationis procedit a relatione,quæ vtrique extremo eſt extrinſeca probatur.

Secunda conditio ſic.Non valet conſequentia, filius diuinus non poteſt eſſe ſine patre,ergo eſt illi realiter idem,quia vnus eſt originans,& alter originatus.

Tertia

Tertia conditio eſt propter relationes, quæ licet non ſic ſe habeant, quòd vna non poſſit eſſe ſine alia vel quod vna ſit producens, & alia producta, quia tamen fundantur in pluribus realiter diſtinctis, vt patet de paternitate, & filiatione, & de duabus ſimilitudinibus, & æqualitatibus, ideo realiter diſtinguuntur.

Quarta, conditio ponitur propter accidentia, quæ a ſubiecto naturaliter non ſeparantur, vt legitur 1. Phy. Com. 39.

Intellectus quærens ſeparationem paſſionum a ſubiecto, quę rit impoſſibile, idem docet Com. 2. eiuſdem & 7. Met. Com. 4.

Ex quo videntur, ab eo ſaltem quoad exiſtentiam dependere, & ſic ſine eo exiſtere non poſſunt, tamen ab eo realiter diſtinguuntur.

Vnde elicio, quòd omnia, quæ ſunt in diuinis, cum vnica exiſtentia exiſtant, ſiue eſſentialia, ſiue notionalia, ſiue appropriata, ſiue attributa ſunt realiter idem, cum D. eſſentia, non tamen D. perſonas inter ſe, ſed cum eſſentia diuina. Pariter omnes differentiæ eſſentiales, modi intrinſeci, & paſſiones vnius ſuppoſiti identificanť, quia nõ habent propriã exiſtentiam, qua poſſint ſine eo in quo identificantur exiſtere, ſicut nec id in quo ſine illis.

Item omne ſuperius eſt realiter ſuo inferiori.

Illa vero diſtinguuntur realiter, quæ ſic ſe habent diſiunctiuè, quod vnum poteſt eſſe ſine altero: vel quod vnum eſt producens, & alterum productum, vt cauſa, & effectus, vel originãs, & originatum, vel quæ ſunt in pluribus realiter diſtinctis, vt relationes oppoſitæ, & diſparatæ. Incompoſſibiles in vno & eodem; vel quod vnum ab alio dependet, vt creatura a Creatore, dicitur diſiunctiuè, quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit vna iſtarum conditionum. Vnde ex hoc eliciatis velim lectores, quomodo res diuerſorum generum actualiter exiſtentes, indiuidua tam eiuſdem ſpeciei quam diuerſarum actu exiſtentia, totum phyſicum, & ſuas partes, nec non materiam, & formam realiter diſtinguantur, pariter quomodo D. perſonæ, non obſtante, quòd ſeparari non poſſint ratione vnius, abſolute exiſtentiæ, ratione tamen exiſtentiarum relatiuarum, vt dicebat eccellentiſſimus Trombeta, quæ dicuntur ſubſiſtẽtiæ, realiter diſtinguantur, & hæc doctrina deſumpta eſt ab Ariſt. 4. Meth. t. 5. vbi vult quòd ideo ens homo, & vnus homo ſunt idem realiter, quia nõ ſeparantur in generatione, & corruptione igitur dicã ego, quæ ſeparantur in generatione, & corrupt. realiter diſtinguuntur.

Diſtinctio realis cum cõditionibus.

Illa ſunt idem eſſentialiter, quæ identificantur vni eſſentiæ ſingulari,

Identitas eſſentialis ſingulari, & exiſtenti; & ſic inter identitatem eſſentialem, & realem non eſt differentia, niſi in diuinis, quia licet perſonæ D. ſint eadem realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimę, & per conſequẽs ſint idem eſſentialiter, non tamen ſunt idem realiter inter ſe, cũ ſint tres ſubſiſtentiæ; In creaturis vero, omnia, quæ eſſentialiter ſunt eadem, etiam ſunt realiter eadem, vt patet de ſubiecto, & propria paſſione, eſſentialiter idem, nõ tamen vnum eſt de eſſentia alterius.

Diſt. eſſentialis. Illa vero diſtinguuntur eſſentialiter, quæ habent diuerſas naturas, & ſunt duo extrema poſitiua realiter exiſtentiæ, vt indiuidua vnius, aut alterius ſpeciei quam Doct. docet Ariſt. 1. poſt. & 7. thop.

Identitas ſubiectiua Diſt. ſubiectiua. Illa ſunt idem ſubiectiue, quæ quidditatiue conueniunt in aliqua realitate potentiali, contrahibili, per differentiam formalem, & ita quæ idem genus includunt ſunt idem ſubiectiue, igitur Deus & creaturæ nedum eſſentialiter, ſed ſubiectiue diſtinguuntur, tum quia Deus non eſt in genere, cum etiam quia ei repugnat realitas potentialis. vel

Illa ſunt idem ſubiectiue, quæ in vno, & eodem fundamentali ſubiecto ſunt, vel qui identitatem realem, vel per modum informantis, vel informabilis, vnde omnia in D. eſſentia ſunt idẽ ſubiectiue pariter, & in vno indiuiduo.

Identitas obiectiua. Illa ſunt idem obiectiue, de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiue, ſiue traſcendens, ſiue limitatum, ſiue dicat realitatem potentialem, ſeu ſolum conceptum realem igitur Deus, & creatura, & 10. prædicamenta ſunt idem obiectiue, quia omnibus iſtis correſpondet unus conceptus realis communis entis, quæ de illis quidditatiue prædicatur.

Diſt. obiectiua. Illa vero diſtinguuntur obiectiue de quibus nullum prædicatum quidditatiuè enunciatur, igitur paſſiones entis. Differentiæ vltimæ materiales, propriæ paſſiones, & modi intrinſeci, & generaliter omnia primò diuerſa inter ſe, & a quocunque alio diſtinguuntur; ijs ſic adnotatis de mente Ariſtotelis, & ſubtiliter phyloſophantium de identitatibus, & diſtinctionibus circa doctrinam relationum inſiſtens, de quibus habens ſermonem ſeptem poſſe tradere diſtinctionis. ſ. de traſcendente & limitata; ſecundum eſſe, & ſecundum dici; realis: & rationis intrinſecus adueniente & extrinſecus; intrinſecus adueniente; quæ poteſt impediri, & non poteſt impediri; oppoſita & diſparata; diſparata compoſſibili & incompoſſibili; ſed compendioſe de omnibus

De relatio nib. diſcurſus. Relatio duplex.

ſcholaſticè

ſcholaſticè tractans dico duplicem eſſe relationem; realem vnã, quæ poteſt eſſe quocunque intellectus actu ſecluſo, vt paternitas ad quam tres requiruntur conditiones. Relatio duplex.

Prima, quòd extrema ſint realia, & in ratione fundandi ab intellectu non dependeant. Realis.

Secunda, quòd ſint realiter diſtincta ſaltem in relationib. intrinſecus aduenientibus.

Tertia, quòd oriatur inter extrema ex natura ipſorum ſine intellectus operatione. Rationis alterum, quæ fit per actum collatiuum intellectus, cuiuſmodi ſunt ſecundæ intentiones, vel illa cui deficit vna conditionum ad relationem realem requiſitarum, vt diſtinctio entis ad non ens, vbi extrema non ſunt realia, & eiuſdem ad ſeipſum, vbi extrema non ſunt realiter diſtincta, & relatio creationis actiui dominij actiui, D.O.M. ad creaturas, quæ eſt rationis non realis ex parte Dei, ſed tantum rationis, denominatione enim extrinſeca tantum dicitur creator, &c. Rationis.

Modo dico aliquam relationem realem realiter diſtingui a fundamento, aliquam eſſe idem, cuiuſmodi relatio conueniens omni creaturæ, vt eſt dependẽtia extrinſeca ad Deum, vt ad cauſam efficientem immediatam, & ideo relatio in Angelo eſt idem illi realiter, non tamen formaliter, nec preciſe eſſe, ita quòd fundamentum non ſit aliud quam relatio formaliter; primam partem talis deciſionis confirmant ſubtiles multis rationib. 2. ſent. d. 2. q. 4. & 5. pariter D. Aug. 5. de Trin. c 5, de ſubſtantia, & accidenti. D. Ambro. 1. de Trin. c. 5. dicens per acceſſionem generationis, quid poteſt mutari. D. Hilarius. 12. de Trin. Ariſt. in prædicamẽ. c. de ad aliquid excludens ſubſtãtiam a relationibus. 12. Metaph. ẽt Auicenna poſtremò. 3. Meta. c. de relatione: ſecunda pariter confirmari poteſt. Nam creatio, quæ eſt relatio duplicem dicit reſpectum. Vnum ad agens omnino primum. Deciſio, & poſiti.

Alterum ad non eſſe immediatè præcedens, primomodo relatio eſt eadem realiter creaturæ, vel Angelo, cum ab eo ſeparari non poſſit, & ſemper maneat; ſecundomodo ſi ſecundũ D. Thomam defendentem aliquod creatum potuiſſe eſſe ab æterno nõ eſt eadem cum potuerit ſeparari; ſi etiam, vt de facto ſecũdomodo non eſt relatio realis cum terminetur ad nihil; ſi vero ſecundum Henricum teneatur, quòd de ratione creaturę ſic, quòd habeat eſſe poſt non eſſe poreſt dici, quòd talis relatio eſt eadem fundamento ita quòd tale fundamentum ſine tali relatione eſſe non poteſt, & hæc de relationibus. Scotus. D. Tho. & Scotus. Henricus

Quantum ad actionem cum D.Tho.p.p.quæſt.51.artic.tribus,& cum Scoto ſecum in hoc conueniente in prima ſent.d.8.q.vnica dico reſolute Angelum poſſe corpus aſſumere;poſſe ipſum mouere,& ita agere actione locali.

Et in eodem poſſe exercere aliqua opera vitæ aliqua vero nõ vt ſunt operationes naturales,quę conſiſtunt in agere,& pati,cuiuſmodi ſunt operationes ſenſuales pariter quæ conſiſtunt in verè agendo,vt vegetatiuæ,quibus cõnectuntur nutritiuæ,& augmentatiuæ.

D.Thom. Circa corporum aſſumptionem inquit D.Tho.Non ideo Angeli corpora aſſumant,quia propter ſeipſos indigeant, ſed propter nos,vt familiariter cum hominibus conuerſando, demonſtrent intelligibilem ſotietatem,quam homines expectant cum eis habendam in futura vita:hoc etiam quòd Angeli corpora aſſumpſerunt in veteri teſtamento fuit quoddam figurale inditium,quòd verbum Dei aſſumpturũ erat humanum corpus omnes enim apparitiones veteris teſtamenti ad illam apparitionẽ ordinatę fuere,qua filius Dei apparuit in carne.

Scotus. Scotus vero tria dicit,quorum primum eſt, quòd aſſumere corpus non eſt informare corpus,nec etiam hyppoſtatice ſibi vnire, ſed tantum eſſe intrinſecum motorem eis,& tunc aſſumit,ideſt ad ſe ſumit,quãdo ad operationes proprias ſibi explendas vtitur illo tanquàm inſtrumento.

Alterum eſt,quòd Angelus non aſſumit corpus cœleſte, nec elementare,ſed corpora iam a natura generata.

Quando autem videtur aſſumere corpus a natura non iam antea formatum, ſed tunc formatum,quòd ideo cito diſparęt, id corpus eſt mixtum,ſed non plena mixtione, tum quia ex generatione non poſſet ita ſubito formari,& ſi appareret in corpore hominis non prius geniti,per naturam, illud corpus non eſſet aptum natum generari,niſi in matrice,itaque corpus, quòd ſubito formatur, & reſoluitur,eſt mixtum imperfecta mixtione,qualis poteſt induci ab agẽtibus naturalibus quaſi ſubito ab Angelo facta approximatione elemẽtorum, ſimile impreſſioni, cuius ſignum eſt,quia cito,& ictu oculi diſparet.

Corpus aſſumptum quale.

Tertium,quòd poteſt in eo cauſare motum localem, vt patet de Raphaele,qui Thobiam cõducebat, motum etiam inſpirationis,& reſpirationis motionem palpebrarum,& manuum,quia Angelus ſua virtute mouet manum illam quomodo vult, ſicut eam in tale corpus effinxit,poteſt etiam mouere linguam,& loqui,

qui, vt ſuos exprimat conceptus, ſed non audit, nec videt, nec aliquo modo ſentit, quia ſentire eſt totaliter opus vitæ, quòd non poteſt exerceri mediantibus organis corporis aſſumpti, cum nō ſint organa perfectè mixta, nec potentiæ ex realitate corporis, & animi compoſita. Illæ autem cognitiones, quas videntur habere in talibus corporibus, ex particularibus factis audiendo, vel videndo non ſunt, niſi meræ intellectiones, quas linguam mouēdo, & verba formando exprimere poſſunt.

Nec tamen talia organa ſuperfluè ſunt formata, non enim ſit vt per ea ſentiatur, ſed vt per ea virtutes ſpirituales Angelorum deſignentur, ſicut per oculum deſignatur virtus cognitiua Angeli, & per alia membra aliæ eius virtutes, vt Dionyſius docet vlti mo. c. cœl. Ierarchiæ.

Non poteſt pariter exercere opera vitæ, quæ ſunt ꝓpria viuētium, vt vegetari cum nutritione, & nutriri cum augmētatione, quia nihil poteſt habere opus aliquod proprium vitæ, niſi ſit viuum, & habeat vitam. Non pōt vegetari.

Et comeſtio, quæ in Angelo apparet non eſt ſumptio cibi conuertibilis in ſubſtantiam comedentis, ſed diuiſio cibi per motū maxillarum, & traiectio eius in ventrem, qui virtute angeli reſoluitur in humores, vel elementa, & non digeritur, & ſi videatur augeri, non fit per nutritionem, ſed iuxta poſitionem, nam ſi ipſe velit ſubito alia elementa, quæ poſſunt imperfectè miſceri ad talem imperfectam mixtionem apponere corpori ſuo poteſt vt videatur creſcere. Quomodo comedat.

Nec poſtremo poteſt generare, cum ſit opus naturaliſſimum viuentium; & ſi auctoritates adducantur in cōtrarium cum D. Thoma loco citato ar. 3. in fine dicatur, quod ſi ex coitu dæmonum aliqui interdum naſcuntur; hoc non eſt per ſemen ab eis deciſum, aut a corporib. aſſumptis, ſed per ſemē alicuius hominis ad hoc acceptum, vtpotè, quòd idem dæmon (quòd abſit dicere de bonis Angelis) qui eſt ſuccubus ad virum, fiat incubus ad mulierem, & ita qui naſcitur non eſt filius dæmonis, ſed illius hominis, cuius eſt ſemen acceptum, & hæc de actione. Non generatur. Quomodo poteſt generare Dæmon.

Quantum ad locum adnotetis lectores, quod adnotarunt maxima cum admiratione quidam publici lectores legiſtæ floridiſſimi Gymnaſij ſæcularis Almæ, Auguſtæque ciuitatis Peruſię cum quibuſdam ſtudentibus, Philoſophiæ Theologiæ, legque operam dantibus: dum vna die inſimul omnes me publice in Franciſcana Academia (Regentatus onere) ſecundum ſententia De loco Angelorū Auctor, regēs Peruſię, annū agens 25.

rum ad Scoti mentem interpretantem, audirent illis enim præſentibus ſubſcriptas concluſiones cum Ariſt.& Theologis declarandas propoſui quomodo ſcilicet.

Angelus non eſt in loco per operationem.

Angelus non eſt in loco actu.

Angelus non eſt in loco neceſſariò.

Angelus non eſt in loco quantumcunque magno.

Quomodo. Angelus non eſt in loco quantumcunq; paruo continuo, vel punctali.

Angelus non eſt in loco naturaliter, vel violenter.

Angelus habet potentialitatem paſſiuam ad eſſe in loco.

Angelus eſt in loco neutraliter.

Angelus poteſt, vt non poteſt eſſe in loco minori adæquato.

Angelus eſt in loco determinato.

Angelus non poteſt eſſe in pluribus locis ſimul, diſcontinuis & adæquatis.

Angelus non poteſt eſſe diffinitiue ſimul in pluribus locis.

Angelus poteſt eſſe in pluribus locis, ſimul inadæquatis, & diſcontinuis.

Angelus ſupernaturali virtute poteſt eſſe in pluribus locis ſimul.

Angeli plures poſſunt, & non poſſunt eſſe in eodẽ loco, quas omnes, per duos dies, prædictis eccellentiſſimis viris præſentibus, cum Lectoribus Phyloſophis, & Logicis, baccalaureis, & ſtudentibus ſubtiliſſimæ Academiæ noſtræ, cum diſtinctionibus rationibus, & argumentorum triplicatorum contra ſingulas, ſolutionib. perſolui; Et quoniam eaſdẽ oratoro modo in quibuſdam contionibus factis, & habitis ibidem in eccleſia noſtra, quamprimum in lucem edendis, fuſius, & clarius ad omniũ plenam notitiam; percurrere ſtatui, ideo ſingulas concluſiones ſingulis rationibus tantum manifeſto; vera eſt.

Prima, quia ſi ſecus, ſequeretur quòd angelus frequenter nuſquam erit, cum poſſit, non operari operatione extrinſeca, & tranſire omnes ſpheras, quòd eſt abſurdum.

Secunda, quia cum Angelus ſit indiuiſibilis, & incorporeus non facit latera continentis diſtare, & conſequenter non facit ſuperficiem continentem in actu.

Tertia, quia ſi corpus extra vniuerſum poſitum poteſt eſſe, & non in loco igitur multo magis Angelus.

Quarta, ſic enim eſſet immenſus, & vt dicit Greg. Ar. & de

Baſſolis

Baſſolis cum Scoto ſimul eſſet in cœlo, & in terra, & ita in maiori loco in infinitum.

Quinta, quia ſic haberet potentiam infinitam ad eſſe in loco, nam poſſe eſſe in loco eſt virtutis; in ipſo in minori maioris virtutis, in minori, maioris & ita in infinitum. Vera.

Sexta, nam conſeruatione extrinſeca loci non indiget, & qualitatibus diſconuenientibus inexiſtentibus non afficitur, ſemper attendens loquutionem de loco ſimpliciter.

Septima, nam talis potentialitas paſſiua fundata, vel abſolutè in ipſa ſubſtantia Angeli, vel in ipſa inquantum natura limitata actualiter exiſtens, vel in aliquo extrinſeco ipſi Angelo, quicquid ſit illud, (nam ratio intrinſeca eſſendi in loco actu neceſſario, cum nulla ſit non eſt quærenda) non repugnat ſibi.

Octaua, non enim magis inclinatur ad vnum quam ad alium locum; eſt enim indifferens vbicunque ſit dum tamen ſit in loco diffinitiue.

Nona, nam de poſſibilitate eorum naturali non poteſt eſſe in loco minori adæquato, ſecus de ſupranaturali, vt patet de vulpe ſtricto foramine ingrediente ad gallinas, quæ per earum comeſtionem repleta adæquate, non poteſt exire, & facere ſe in minori loco adæquato.

Decima, eſt enim limitatæ naturæ ex ſe, quod autem ſic in hoc aut illo loco effectiuè habet ab illo, a quo habet illam potētiam ad eſſe in loco cum libertate formaliter, tamen & intrinſece habet potentialitatem paſſiuam ad eſſe locabilem.

Vndecima, quia natura limitata eſt finitæ virtutis, & potentię igitur non poteſt eſſe ſua virtute in pluribus, ſic enim & in infinitis; vlterius ſequeretur nullus illorum locorum eſſet adæquatus cum illorum aliquo circumſcripto adhuc tamen eſſet in loco adæquato.

Duodecima, eſt enim contradictio in adiecto, quia id quòd diffinitiue eſt in vno loco, ſimul & ſemel nō poteſt eſſe alibi ſua virtute.

Decimatertia, quia non ſequitur infinitas virtutis, propter inadæquationem. Vera.

Decimaquarta, quia inquit D. Gregorius nullus fidelis debet in dubium vertere, quòd poſſit Angelus eſſe in pluribus locis ſimul adæquatis ſeu inadæquatis. Continuis, aut diſcontinuis, nec hanc mouere quæſtionem cum hoc fides prædicet, & credat propter corpus D.N.I. Chriſti in Sanctiſ. Sacramento Euchar.

Decima-

Decimaquinta; Nam poſito, quòd ſit vnus Angelus in media regione aeris; tunc ſi deſcendat alius per rectam lineam obuiabit ſibi,& non mouebit ſe, & ita duo Angeli virtute naturali in eodem loco, & ita plures. Quod patet de illo obſeſſo, in quo erat legio dæmonum Matth.8.poteſt etiam dici,quòd non,cum de Baſſolis,dicente impoſſibile eſſe duos angelos eſſe in eodem loco;nam qua ratione duo,pari ratione duomilia,& duomilia angelorum,quòd eſt inconueniens;& ita caſus poſitus,eſt impoſſibilis,& auctoritas eſt de potentia Dei abſoluta detinente illos omnes,& ſic breuiter habetur quomodo & qualiter angeli ſint in loco.

De motu Angelorũ

Quantum ad motum inquit D. Thom.p.p.q.53.ar.1. quòd angelus poteſt moueri localiter,nam eiuſdem rationis eſt animã beatam moueri,& angelum beatum moueri,ſed eſt articu. fidei credere animã moueri propter animã Chriſti,quæ cum diuinitate ſemper vnita tunc ab inſtanti,ad inferorum liberationem deſcendit.Scotus vero ſic, omne receptiuum formarum ſpecie differentium alicuius generis,quod non eſt,determinatum ex ſe ad aliquam formarũ illarum, eſt illimitatum ad illas poteſt moueri,vel mutari,ab vna illarum ad aliam. Sed angelus eſt huiuſmodi,cum ſit neutralis,ſequitur igitur,quòd moueri poſſit de vno ad aliud vbi, & hoc non debilitate agentis cũ ſit maxime virtuoſus angelus in ſe mouendo;Non ex diuiſibilitate mobilis, cum angelus ſit indiuiſibilis; nec ex reſiſtentia medij, cũ corpus ſpiritui non reſiſtat,nec poſtremo ex contrarietate patientis, cũ ſit indifferens ad omnia vbi vbicatione ſua paſſiua potentiali; ſed ex diſtantia medij;& dato, quòd nulla eſſet reſiſtẽtia medij, ſucceſſio,tamen motus eſſet ratione diſtantiæ; ſecus quando inducit forma, quæ non habet contrarium vt lux in aere non eſt ibi ſucceſſio ex aliqua contrarietate, ſed ſolum ex diuiſibilitate termini ad quem;ſimiliter angelus accipit totum ſpatium illud pro termino ad quem, & ideo non acquirit aliquid abſolutum in motu ſuo continuo,cum tales ſecundum D.Aug.non poſſint producere, ſed nouam formam reſpectiuam præſentialitatis; quo motu continuo poteſt moueri,vt docet Scotus,in ſuo nono quæſito a paucis intellecto; nam localiter poteſt moueri per infinita vbi indiuiſibiliter, & illa media poſſunt habere continuitatem adinuicem,quę propria tranſibit virtute ſicque moueri poteſt motu continuo; A ſeipſo,quia ſi grauia,& leuia habent in ſe principium actiuum motus, licet quo ad actum primum extra

Vnde cauſetur ſucceſſio in motu.

Motu continuo mouetur Angelus.

A ſeipſo.

ſe

ſe multo magis angelus ſeipſum mouere poterit ab vno ad aliud vbi; In inſtanti vt motus dicit totam realitatem terminorum; Non in inſtanti, vt motus dicit totam realitatem motus: neceſſario pertrãſeundo media, quę aliquid ſunt extremorũ motu propriè, & virtute naturali, etiam media, quæ nihil ſunt extremorũ motu eodem. In inſtanti, & non.

Non pertranſeundo media motu improprie dicto, pro mutatione. ſ. a termino vltimo a quo ad terminum ad quem, & ita naturali virtute moueri poteſt a ſeipſo motu continuo in inſtanti, & non, pertranſeundo neceſſario media, & non pertranſeundo hæc de motu. Pertrãſeũdo, & non media.

Quantum ad meritum beatitudinis dico reſolute contra magiſtrum ſent. quòd beatitu. præceſſit natura & gratia in angelis, vel meritum; Nam volunras non ſimul vult mutabiliter, & immutabiliter ſiue fixe, ſed quando mereretur non ſic immutabiliter vult, ſed vt eliciens actum contingenter videtur elicere; Vlterius, quod diſpoſitio debet præcedere id ad quod eſt, & via terminum, ideo inter meritum, & præmium acciderũt aliquæ Morulę inſtãtia æuiternitatis numerantes, quæ poſſunt poni in numero ternario ad minus. In numero quaternatio. Meritum beatitudinis.

In quinario.

In ſenario, ſeptenario, & octonario.

In prima, vniformes creati fuere in gratia.

In ſecunda, boni meriti ſunt, & mali demeriti. In ternario.

In tertia, omnes in termino, vel

In prima, vniformes in puris naturalibus.

In ſecunda, in gratia, & meriti ſunt boni, & mali demeriti. In quaternario.

In tertia, boni perſeuerauerunt in bono, & mali in malo.

In quarta, oẽs in termino boni, in præmio mali, in pœna vel

In prima, vniformitas in naturalibus.

In ſecunda, in gratia.

In tertia, boni meriti ſunt & mali amiſerunt gratiam. In quinario.

In quarta, boni perſeuerarunt in bono, & mali in malo.

In quinta, omnes in termino.

pro bonis ſex.

In prima, in puris naturalibus.

In ſecunda, conuerterunt ſe ad bonum, & ex puris eliciunt bonam operationem, & de congruo meriti ſunt gratiam.

In tertia, acceperunt gratiam.

In quarta, meriti ſunt de condigno. In ſenario.

In quinta,

In quinta, fuere confirmati in gratia.
In ſexta, in beatitudine perfecta.

Pro malis ſex

Primo, in puris naturalibus.
Secundò, conuerterunt ſe ad malum.
Tertiò, lata fuit contra eos ſententia.
Quartò, fuit in eorum poteſtate pœnitere, & non pœnituerunt.
Quintò, Deus permiſit eos obſtinari.
Sextò, eos poſuit in pœna.

Pro bonis.

In ſeptenatio.

In prima, in puris.
In ſecunda, conuerterunt ſe ad bonum.
In tertia, acceperunt gratiam.
In quarta, operati ſunt bona in charitate.
In quinta, aeceperunt meritum de condigno.
In ſexta, confirmati fuerunt in bono.
In ſeptima, acceperunt ſibi datam beatitudinem.

Pro malis.

Primò. In puris.
Secundò, conuerterunt ſe ad malum.
Tertio, fuit contra eos lata ſententia.
Quartò, operati ſunt mala in malitia.
Quintò, non pœnituerunt.
Sextò, Deus obſtinari eos permiſit.
Octauò. In Pœna.

Pro bonis.

Octonario numero.

In prima, in puris.
In ſecunda, conuerterunt ſe ad bonum.
In tertia, acceperunt gratiam.
In quarta, operati ſunt bona in charitate.
In quinta, acceperunt meritum de condigno.
In ſexta, perſeuerarunt bene operando.
In ſeptima, fuere confirmati.

Quod tamen nõ fecit, q̃a ſuã bonitatem non decebat.

Solutio Achyllis thomiſtarum.

In octaua, fuerunt perfectè beati, de more ſuperiori enumerẽtur pro malis, qui a Deo potuerunt creari miſeri miſeria pœnæ: ſeu doloris licet boni perfectè beati; Potuerunt etiam mali fuiſſe miſeri miſeria culpæ, non obſtante propoſitione illa Thomiſtarum; Effectus coæuus ſecundæ cauſæ eſt a prima cauſa, quæ conceditur tantum de actibus poſitiuis non autem priuatiuis, q̃

tamen

tamen ſi ſimpliciter affertur ſimpliciter eſt neganda; Nam calor ignis geniti eſt ab igne genito non autem generante ita etiam malus actus a malis Angelis illum in primo inſtāti elicientibus, & non a D.O.M.

Quantum ad diſtinctionem, & ordinem dico quòd diſtinguuntur, & differunt inter ſe prout indiuidua ſunt intellectualis naturæ per hæcheitatem, quam Eccellent. Archangelus Mercenarius olim philoſophiā in Patauino Gymnaſio publice profitens, nec ſubodorare voluit, quo factum fuit, vt, ſpiritu concurrentiæ, & contradictionis potius, quàm veritatis cognitæ motus; Scotum ſe non intellexiſſe omnibus in cæteris luci diſſima ſcripta ſua legentibus, oſtenderit; ſicut aliqui tanti viri verè Archāgeli, qui poſt eius mortem; non dicam non intelligentes, ſed nolentes intelligere lucidiſſimas ſuas, & iure irrefragabiles interpretationes Ariſtotelis, Auerrois, & Galeni, cuius, omnium medicorum ore, tractatu ſuo de putredine, ſolus fuit dilucidatori, ſe omnibus veram philoſophiam, & medicinam non amplecti oſtenderunt, ſicut & ipſe circa hæcheitatem Scoti tantum; quæ non fit per duas negationes, vt dicit Henricus Gandauenſis, quas ne ab Ariſto. diſcrepemus ab indiuiduo non negamus bene tamen eas non principaliter, & eſſentialiter ineſſe dicimus omnes, ſed quaſi priuationes ab ipſo pullulare, & hoc ratione. Nam indiuiſio non parua eſt perfectio immo maxima. Negatio verò non poteſt inſtituere huiuſmodi indiuiſum, cum imperfectum perfectum per ſe non conſtituat.

Diſtinctio, & ordo.

De principio indiuiduationis

Hæcheitas Scoti.

Nec minus fit per poſitiuum, & negatiuum, ſic enim eſſet ens per accidens.

Non per materiam, cum non contrahat, ſed contrahatur.

Nec per quātitatem, quia vel terminatam, vel interminatam.

Non primum, quia talis ſequitur formam ſubſtantialem, cū ſit accidens per accidens. Nec ſecundum, ſecus enim ſequeretur ſimul & ſemel eſſe idem numero genitum & corruptum, illa.n. ſunt eadem numero, quorum eſt eadem ratio indiuiduandi, tanto magis cum ſecundum hanc opinionem, eadem quantitas maneat in genito, & corrupto, ſed fit hæc per differentiam indiuidualem, quæ eſt quid poſitiuum; Natura enim contrahibilis ad plura indiuidua indiuiduatur aliquo realiter poſitiuo. Quod nomine communi dicitur differentia indiuidualis, vel hæcheitas, vel materia totius, ſic appellata, quia nō ſit forma ſpecifica, quæ dicitur differentia formalis formarum. Ipſa verò poteſt appella-

ri differentia formalis in forma;& ita plures angeli ſunt in vnica ſpecie inter ſe hæcheitate diſtincti in ipſis enim ponitur natura immaterialis communicabilis pluribus in diſtinctione numerali, quæ diſtinctio numeralis ad certum numerum ex ſacra doctrina determinata nõ apparet, ſcriptum eſt enim in Daniele 7. quòd m llia millium miniſtrant. D.O.M. & decem milia centena aſſiſtunt ei; Plato poſuit ſubſtantias ſeparatas eſſe ſpecies rerum ſenſibilium, vtpote ſi poneremus. Naturam humanam eſſe ſeparatam,& ſecundum hoc oportebat dicere, quod ſubſtantiæ ſeparatæ eſſent ſecundum numerum ſpecierum ſenſibilium.

Quam opinionem improbat Ariſt. ex eo quòd materia eſt de ratione rerum ſenſibilium.

Vnde ſubſtantiæ ſeparatæ non poſſunt eſſe ſpecies exemplares horum ſenſibilium, ſed habent quaſdam naturas altiores nationis rerum ſenſibilium. Ariſtoteles tamen poſuit, quòd illæ naturæ perfectiores habent ordinem ad ſenſibilia iſta, ſecundum rationem mouentis, & finis, & ideo ſecundum numerum primorum motuum conatus eſt inuenire numerum ſubſtantiarum ſeparatarum: ſed quia hoc repugnat ijs quæ habet Moyſes Iudæus volens vtrunque concordare, poſuit quòd Angeli ſecundum quòd dicuntur ſubſtantiæ immmateriales multiplicantur ſecundum numerum motuum, vel corporum cœleſtium ſecundum Ariſto. ſed poſuit, quòd Angeli in ſacra ſcriptura etiam dicuntur homines D. annunciantes: & iterum virtutes rerum naturalium, quæ Dei omnipotentiam manifeſtant. Sed hoc eſt alienum a ſacra ſcriptura, quòd virtutes rerum irrationabilium dicantur Angeli, licet Princeps mundi, & hæroes, vt atteſtantur Cabaliſtæ cum Penthateuco, aut Chomas, ac etiã cum Techlim vbi nomine heloim exprimuntur Angeli, & homines principata aliquo pollentes. Dico ergo ad mentem Dionyſij nono de cœl. Ierarchia, quòd Angeli immateriales ſubſtantiæ ſunt in quadam multitudine maxima, omnem multitudinem naturalem excedentes; ipſe enim ſic dicit multi ſunt beati exercitus ſupernarum mentium, infirmam, & conſtrictam excedentes noſtrorum materialium numerorum commenſurationem; qui numeri non ſunt quantitates diſcretæ, ſed cauſati ex diſt. formarũ in forma per diuinam ſapientiam, qui eos vniuerſaliter diſtinxit in tres Ierarchias, vel ſacros Principatus.

Iudæus.

Prima, & ſuprema Ierarchia eſt illa, quæ immediate a Deo O.M. illuminatiuã accipit cognitionem, quæ ſecundum Diony

ſium

ſium collocatur in veſtibulis Dei, quæ & ipſa in tres primos diſtinguitur choros, quorum.

Primus dicitur ſeraphinorum, ſic dictorum, eo quod alios excedunt in ecceſſu D. Amoris, & charitatis, & quia primi ordinate ad talem amorem alios inflamment.

Secundus, chorus dicitur Cherubinorum ſic dictorum eo quod alios in ſcientia excedũt nihil enim aliud ſonat Cherubim niſi ſcientiæ plenitudinem.

Tertius, chorus dicitur Thronorũ ſi dictorum eo quòd alios excedunt in cognitione rationum, & cauſarum, diuinarum operationum.

Secunda, Ierarchia eſt illa, quæ illuminatur, & illuminat, ſi licet tertiam, & in tres pariter diſtinguitur Choros, quorum.

Primus, eſt dominationum ſic dictarum, eo quòd alios excedant in imperatione rerum agendarum.

Secundus, chorus eſt poteſtatum, & hoc nomen eſt ordinationis, vt atteſtatur ſcriptura dicens. Qui poteſtati reſiſtit D. ordinationi reſiſtit, & ideo horum munus a Deo impoſitum eſt alios ordinare ad diuina recipienda.

Tertius, chorus eſt principatuum, & hoc nomen eſt primitatis; horum munus eſt, quòd ipſi primi, vt duces inter exercitus Dei mandata exequantur.

Tertia Ierarchia, eſt illa quę tantum illuminatur. Sed non illuminat alios angelos licet homines, ad quorum cuſtodiam, in omnium bonorum exercendorum auxilium deputantur, & habet tres choros, quorum.

Primus eſt virtutum, & hoc eſt. Nomen fortitudinis eorũ.n. munus eſt viriliter nedum ſe diſponere ad diuina, ſed etiam homines ad eadem euitare.

Secundus, chorus eſt Archãgelorum, ideſt eorum, qui ſunt ſupra angelos, ſic dictorum inquit D. Gregorius quaſi magna & ſuprema nuntiantium. horũ munus eſt præſidere regnis, ſtatibus, prouincijs ciuitatibus, & ſimilius, ſicut legitur de Michaele Principe regni perſarum, in Daniele.

Tertius, chorus dicitur Angelorum.i. miſſorum, horum munus eſt homines cuſtodire, & pro Dei intellectione, cooperari ad phantaſmatum depurationem, & amotionem, impedimentorũ, & ſic patet diſtinctio in Ierarchiam illuminantem tantum, in illuminantem, & illuminatam, & in illuminatam tantum, cuſtodientem, tamen & coadiuuantẽ. Pariter & ordo in nouẽ choros.

De malis angelis,& miſeris miſeria culpæ propter appetitum æqualitatis Dei ab electione conſequentem ſimplicem apprehẽſionem terminorum, quæ etiam eſt impoſſibilium; Non autem ab electione conſequente conclusionem ſyllogiſmi practici talis.n.non eſt impoſſibilium, vt dicebat Ariſt. in lib.Ethicorum, nullam prorſum volo habere mentionem, ſed a cœlo iuſtè præcipitatos,in aere caliginoſo. In ſuperficie terræ, & in centro; ad noſtram exercitationem, & obſtinatorum decedentium ex hac vitam perpetuam afflictionem, cum eorum pœnis eſſentialibus ſemper ſecum delatis, tanquàm D.O.M. & noſtrum omnium inſidiantes, & adulantes inimicos cum culpis, & peccatis fugiendos, & cauendos prorſus proponens. Relinquo: & hęc de quarto gyro.

# QVINTVS
## SVBGYRANS GYRVS

*Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Platonicos.*

QVINTVS ſubgyrans gyrus in ordine cō-plectitur gyrans nedum orbes cœleſtes in numero diſtinctos, ſed elementa, cum prima materia, ſunt enim hæc creaturæ pure corporales; circa quem gyrans Plato noſter diuinus inquit eum non ex ſe exiſtere, ſed ex cauſa; Non fortuita, ſed certa, Non naturali, ſed intellectuali. Non ex intellectu per modum naturæ determinato; ſed potius voluntario.

**Mundi inceptio. D. voluntate**

Non voluntate ex quodam inſtinctu compulſa, ſed libera. Nihil enim magis eſt liberum, quàm quòd per ſe eſt, & per ſe agit omnino; Neque tamen contingente aliqua voluntate. Nihil enim contingens, vbi idem eſt voluntas, atque neceſſitas; nihil iterum violentum, vbi idem eſt viciſſim neceſſitas, & voluntas, a qua mundus totus emanauit; qui non plurium, ſed vnitatis retinet formam, cum enim mundus noſter ſphæricus, & materialis in cæteris, quoad fieri potuit ſupracœleſtem gyrum referat, adeo vt quæ formas in hac materia conſpicit, quaſi diuinū vultum contuetur in ſpeculo: certe in ipſa vnitate omnium effectrice, atque ſeruatrice reppreſentat illum, vt architecti vnius vnum ſit opus, vnus ſupracœleſtis gyrus, vnicus mundus cuius figura ſtatuitur ſpherica, propter vniformitatem, capacitatem, indiſſipabilitatem, & agilitatem, atque ita, nec aliter poteſt moles in mole, & ſine vacuo collocari, & ſine offenſione moueri. i.

ſi non

ſi non quadrata quadratis orbes orbibus inſerantur. Sphæricæ autem motionis cauſa eſt, tum figura ipſa, quæ motum recipit, cum mundanæ ipſius animæ, quæ mouet, intima per intelligibiles ſpecies reuolutio.

Mundi diuiſio per quinariũ numerũ. Diuidunt vero Platonici ſubgyrantem mundum quinario, & ſenario numero, eiq́ue inſuper ſeptenarium, circularemq́ue. Numerum adaptant; nec immerito quidam eius diuiſioni accomodantur numeri in quibus radices primæ ſunt circularium numerorum; quinarius videlicet ex imparibus. Ex paribus verò Senarius; dicimus autem numerum vigintiquinque ex quinario, in circuli morem multiplicari, quoniam ab eodem quodammodo redeat in idem, dum quinquies quinque computantur vigintiquinque, & quinquies vigintiquinque tot conficiuntur. Eadem eſt ſex, ad triginta, & ad ducentos ſexdecim circularis, ſenarij, & ratio eſt, quia ſexies ſex implet ſex & triginta; item ſexies triginta ſex implet ducentos ſexdecim.

Et ſi ſuperiores numeros ratione ortus ſui, alios quadratos, alios oblongos nominant: tamen ratione caſus atque finis nuncupant circulares.

Diuidunt igitur totum gyrum ſubgyrantem, & materialem primo in partes quinque. ſ. ignem cœleſtem, ignem æthereum, ſub luna aerem, aquam & terram, quæ diuiſio reperitur in Epinomide vbi Plato ponit duo genera rerum; corporeum unum. Incorporeum alterum, huicque actionem, illi vero paſſionem

Quid ignis cœleſtis. ſignat, Cœlum appellat hoc termino ignis, ex eo quòd propriã habeat lucem, quæ præcipua ignis eſt qualitas, habet & perennem motum, qualis in igne.

Tertiò, inſtar ignis non patitur mixtionem; & actu quidem lucet, virtute vero calet, omnino verò diuerſiſſimi generis eſt a noſtro.

Poſt cœleſtem ignem alteram ignis collocat ſpeciem, calentem iam magis, quam lucentem ſub luna ætheris nomine nuncupatam.

Cuius quidam veſtigium eſt noſter ignis iam non ſolum calens, ſed adurẽs: adurens autem propter nimiam aſperitatis terrenæ permixtionem.

Qui vero in tenui viget materia, lucet clarius, & purius, calerque ſuauius, præſertim vbi a nullo coarctatus ſpatiatur in amplum.

Aerem, aquam, & terram huic ſubdit, cenſetq́; omnem mundi

di gyrum, & ſpheram ex ijs quinque componi, vt perfectiſſima inter omnes ſit, tam in ſubſtantia connexio, quam in virtute, & actione communi; Verum in qualibet ſphera ynum eſſe præcipuum, ac pro natura ſua reliqua inſuper contineri; ſic & æther in terra terrenus eſt: & terra in æthere euadit ætherea.

In cœlo vero, ethere, aere aqua, & terra, animalia rationalia collocat, quæ dicit ab anima fieri triplici: vult enim Plato vltra animam vnam totius mundi. Duodecim ſphęrarum eſſe duodecim animas, deinde in qualibet ſphęra duodecim ordines animarum: Hi ordines in cœlo ſidera ſunt, & ſtellę; In terra homines. In ætherę aere aqua. ſ. ſublimiori ſunt Dęmones. In ijs ſingulis animatis animam rationalem corpori ſuo coniunctam procreare animal compoſitum ex proprio corpore vitaque corpori prorſus infuſa; quæ quidem vita iam facta corporea, a triplici dependet anima. A propria. Primo Secundo ab anima ſphęræ. Tertio ab anima mundi totius, & ita numerus quinarius finit. De ordinibus, & numero animatū ſupracœleſtiū ſphærarum.

Diſtribuunt præterea ſubgyrantem mundum per Senarium numerum. Vbi cœleſtem ignem, in erraticum, & non erraticum diuidunt, quæ partitio ſæpiſſime a Platone vſurpatum, hęc vero deſumitur ab ipſa diſtributione, ſui exemplaris. Vis multiplex. Formabilis.

Excogitat quidem Deus in mundo penès ipſum intelligibile. Formatrix.

Alteram quidem vim formabilem. Aliquid Infinitatis.

Alteram formatricem; Illam infinitudinem; hanc terminum Pythagorici nominant. Aliqd termini.

Excogitat etiam mutuam harum virium mixtionem, intelligitque formam quādam ex hac mixtione protinus coaleſcere: ſed & hanc ipſam formam quaſi triplicem animaduertit: habēt enim nonnihil infinitudinis: Nonnihil termini, nonnihil proprij: quo fit vt poſt binarium numerum infinitatis, ſcilicet atque termini, ternarius è veſtigio ſurgat, addita his tertia forma. Aliqd proprij. Tertia ex mixtione. Diuiſio mūdi per Senarium numerū.

Surgit quoque quinarius eiuſmodi forma tripliciter diſtributa.

Surgit denique Senarius vbi mundi illius munus ad infinita producenda porrigitur.

Ex hac autem, per Senarium, & Quinarium numerum partitionem; ſeptenaria ſurgit, vbi mundus ſubgyrans ille, velut imago refertur ad patrem; in quo quidem gradu ſeptimo, quaſi die ſeptimo conquieſcat; ſi verò reddantur ſingula ſingulis corporibus: hic mundus a ſupremi mundi, termino ceu formam habet Diuiſio mundi. Per ſeptenariū numerum.

ignem: Ab infinitudine verò ceu materiam habet terram: A media vero illius forma humorem, ignis terræque conciliato eam, quæ & conglutinet terram natura propria diſſipabilem . Et nutriat ignem ex ſe facile diſſolubilem ; & tria quædam in ſeipſo poſſideat: hinc quidem igneum; Inde verò terreum, ſed nonnihil in medio proprium purumque aereum, cum aliunde per ſublime vergat ad ignem, aliunde per infinitum vergat, ad terram. Poſt Quinarium hoc, fit Senarius, ſi communem cunctorum ex cogitetur forma; fuit ſeptenarius etiam, ſi ipſam mundi ſubgyrãtis formam reformabit exemplari , in quo ſeptimo die conquieſcat.

Diuiſionis huius cauſam aſſignant Platonici, proceſſionem; A primo namque procedendo fit degeneratio ; Degeneratio vero facit diſtinctionem; diſtinctio vero repugnantiam; Quinimo diſtinctionis cauſam, & originem; fœcunditatem cauſæ foras exuberantis, ſeque in amplum propagantis, ſtatuunt; procedente verò per multos gradus diuiſione in repugnantiam denique peruenitur , præſertim cũ mundi materia ob imbecillitatem nequeat ita inuicem formas conciliare, vt mundus ille ſuperior in ſeipſo conciliat, quo factum eſt, vt Deus primam materiam protenderit dimẽſione, vt repugnaturas in ſe formas hoſpitijs diuerſis exciperet.

Ob huius autem diſtinctionis mũdum corruptibilem nequis ſtatueret, dicebatur Plato in Timæo incorruptibilitatẽ ſubgyrãtis noſtri gyri ponens; mundus ex quatuor, omnibusque naturis conſtat, ex omni igne, aere, aqua, & terra ipſius faber ipſum ita conſtituit, vt nullam cuiuſquam horum partem, aut vim extra relinqueret; idque ea ratione fecit. Primum quidem, vt totum hoc animal quam maxime perfectum ex perfectis partibus eſſet ; deinde vt eſſet vnum, cũ nihil extra relictum fuerit ex quo alterũ generetur; poſtremo nequis morbus, aut ſenectus ipſum attingeret, quæ ex importuna, vel nimia frigoris, vel caloris, aliarumque rerum acceſſione cauſantur ; quam ob cauſam vnum totum ex omnibus totis , vnum perfectum ex omnibus perfectis , morbi & ſenectutis expertem Deus. O. M. mundum condidit .

figura mũdi. Huic naturali perfectioni acceſſit formalis perfectio . ſ. eius circularis figur. ; Animal enim hoc, quòd intra ambitum ſuum, erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipue requirebat, in qua figuræ omnes continentur, quapropter ſphæricum

ſecit,

fecit, in quo omnis extremitas partibus a medio radijs attingi-tur: præterea hunc globum extrinſecus expoliuit, nec immerito ſumma cũ æqualitate ornauit: Nec enim oculis indigebat, quia nihil extra viſibile relictum erat. Nec auribus, cum nihil foris ſupereſſet, quòd audiretur: Nec erant aere circunfuſa externa mundi, vt reſpirationem requireret.

Ratio figuræ.

Cur mundo nõ ſunt data organa ſenſuũ &c.

Nec membris quidem talibus opus erat, per quæ noua alimẽta ſuſciperet, aut decocti cibi excrementa emitteret. Nulla deceſſio fieri poterat, nulla acceſſio ipſum enim ſe conſumptione, & ſenio ſuijpſius alit: ita enim diuina arte fabricatus eſt mũdus, vt omnia in ſeipſo, a ſeipſo patiatur, & agat.

Cur non mẽbra ad alimenta.

Cur non manus & pedes.

Neque ei manus adaptauit, ei namque nec repellendum, nec capiendum quidquam erat; nec pedibus, aut alijs ad progreſſum ſtatumve membris opus erat. Motum enim illi congruum ſuo corpori tribuit, quæ ex ſeptem motibus. Vnus ad mentem maxime, & intellectum pertinet, ideoque cum illum per eadem & in eodem, & in ſeipſo circunduxiſſet, effecit, vt circulari conuentione moueretur, ſimul autem & cum animali magno factum eſt tempus, vt vna orta, vna etiam diſſoluerentur, ſi in ijs diſſolutio vnquam contingent, & ad exemplar æternæ naturæ factum eſt, vt mundus hic illi præſtantiori quoad põt, ſimilimus eſt, ille enim mundus, vel ſupremus gyrus ſubgyrantis mundi huiuſmodi materialis exemplar eſt omne per æuum, hic vero perpetuo per omne tempus fuit, fitque ſolus, & erit: hac ratione inquit inſuper Plato Concilio Dei tempus creare volentis, ſol & luna, & aliæ quinque ſtellæ, quæ vocantur erraticæ factę ſunt, quibus tẽporis numerus diſtinguatur, & obſeruetur: Cum vero ſtellarum huiuſmodi corpora ſeptem feciſſet Deus ſeptem orbibus quæ alterius ipſius, diuerſæ naturæ circuitu voluantur adhibuit. lunã in primo ſupra terram circuitu poſuit. In ſecũdo ſolem, luciferi deinde globum, & mercurij ſacrum (vt dicit) orbem affixit ſoli velocitate æquabili quo fit, vt apprehendant ſeinuicem, & à ſeinuicem apprehendantur, cæterarum ſtellarum ordines, progreſſus, & rationes ſiquis percurrere velit, totum perlegat alias Platonem.

Poſtquàm verò ſingula, quæ ad ſeriem temporis pertinebant conuenientem ſibi progreſſum ſortita ſunt, corporaq́, nexibus compacta vitalibus animalia, euaſerunt, præſcriptum tenorem, & ordinem, tenuerunt, vt videlicet ſecundum alterius diuerſæq́; naturæ obliquam agitationem, eiuſdem ipſius agitationi ſubie-

Ordo, cœleſtiũ globorum, diſpoſitiõis.

ctam, orbes illi partim ampliorem, partim anguſtiorem circulū peragant, & quæ minorem velocius, quæ maiorem tardius vehere ntur. Secūdum vero ipſam einſdem naturæ lationem, quæ velociſſime percurrunt comprehendentia a tardioribus compre hendi videntur, omnes quidem eorum circulos ſuperna illa vertigo varia circuitione reuoluens, propterea quòd iſti duobus ſimul contrariis motibus agitantur, id quòd tardiſſime, ab ipſa, quæ velociſſima eſt, recedit, proximum declarauit.

Vt autem eſſet quędam velocitas illorum, tarditatisque menſura certiſſima: omniumque octo motuum prodiret in lucem chorǽa, accendit lucem clariſſimam Deus O. M. in ſecundo a terra circulo, quam modo ſolem vocamus, cuius ſplendore cœlum omne, gyruſq; ſubgyrans illuſtraretur, & animātes omnes, quęcunq; natura numeri ſunt capaces, ipſius participes efficerentur, vſum numerandi diſcentes ab illo einſdem; ſimiliſque naturæ circuitu.

Vnde dies & nox. Hinc quoque noctis dieique varietas orta eſt; propter hæc etiam vnius ſapientiſſimique circuitus reuolutio: menſis verò punctus, quando luna luſtrato circulo ſuo ſolem conſequuta eſt. Vnde mē-ſis. Anni vero, vbi ſol ſuum peragrauit orbem: Cæterorum autē ſiderum ambitus, ignorantes ambitus præter admodum paucos, Vñ annus neque nomine certo illos appellant, neque numeris inter ſe diſtinctis commentiuntur, itaque vt ita dixerim neſciunt horū peruagationes idipſum eſſe, quòd recte dicitur tempus multitudine infinita, & varietate mirabili præditas.

Eſt tamen intellectu facile, quòd perfectus numerus temporis perfectum tūc demum compleat annum, cum octo ambitus confectis ſuis curſibus, quos orbis ille ſemper idem, ſimiliterq; procedens metitur, ad idem ſe caput retulerit: has ob cauſas nata ſunt ea aſtra, quæ per cœlum meantia conuerſiones habent, vt hoc omne animal, quod videmus eſſet perfectiſſimo, animali illi, quòd mente perſpicitur harmoniæ imitatione ſimillimum.

Ratio diſpoſitiōis mundi. Vt autem mundus ſubgyrans Animali magno abſoluto eſſet ſimilimus ex eo quòd ſolus, & vnus eſſet, vnigenitus factus eſt, & erit: Quoniam verò corporeus ſpectabiliſque, & tractabilis erat futurus, ac ſine igne videri nihil poteſt; nihilque ſine ſolido tangi, & ſolidum abſque terra nihil ideo in operis huius exordio, ignem primò terramque produxit; ſed duo ſola abſque tertio quoddam commode cohærere non poſſunt, mediumq; aliquod

quod vinculum, vtrorumque deſiderant; Vinculumq; id eſt aptiſſimum, atque pulcherrimum, quæ ex ſe, & ex ijs quæ aſtringit qua maxime vnum efficit; & hoc maximè proportio, ratioq; alternæ comparationis aſſequitur: quando enim in tribus numeris, aut molibus, aut viribus, medium ita ſe habet ad poſtremũ vt primum ad medium, viciſſimq; vt poſtremum cum medio, ita medium cum primo congruit, tunc quod medium eſt, & primum fit, & poſtremum, poſtremum & primum media fiunt. Ita neceſſitas cogit, vt omnia, quæ ſic deuincta fuerint, eadem inter ſe ſint, eadem vero cum facta ſint efficit, vt omnia ſint vnum, quod ſi vniuerſi corpus latitudinem habere debuiſſet, nullam vero profunditatem, vnum ſane tum ad ſeipſum, tum ad extrema vincienda interiectum medium ſuffeciſſet, ſed cũ ſoliditatem mundus requireret, ſolida vero non vno, ſed duob. ſemper medijs copulentur, inter ignem & terram D.O.M. aerẽ, aquamque locauit eaque ad ſe inuicem quod fieri potuit comparauit, vt quemadmodum ignis ad aerem ita aer ad aquam, vt aer ad aquam, ſic aqua ad terram congrue conferantur, qua ex coniunctione ita conſtitutus eſt mundus, vt aſpici tangique poſſet, propterea ex huiuſmodi rebus numero quatuor mundi corpus ita conflatum eſt, ex quo ſeipſum amicitia concordi complectitur, atque ita aptè cohæret, vt nequeat vllo modo diſſolui, niſi ab eo a quo colligatum. Ex his quatuor naturis geometrica & muſica inuicem ratione coniunctis vniuerſum conſtare Pythagorici, Platonicique exiſtimant cum ſuis qualitatibus annexis, ita tamen, vt conſonantia horum in cœlo nullam vnquam diſſenſionem patiatur, ſub cœlo autem diſſonantia quædam alicubi oriri, videatur interdum, ſed ſtatim per cõuentum ſuperiorem in formam conſonantem mirabiliter, redigantur: eſſe itaq; elementa ſub luna nemo negabit; Eſſe vero in cœlo phyſici non nulli negant; Audiant tamen metaphyſicos probantes elementa per ideas ſuas eſſe in ipſo mundi opifice; Eſſe in anima mundi p rationes ſuas; Eſſe in natura per ſemina, ergo & in cœlo per virtutes, & ſub cœlo per formas: Audiant & Aſtronomos tam in ſignis, quàm planetis naturas deſignantes elementorum, & effectu probantes.

Cõtra negantes elemẽta in cœlo.

Metaphiſici probãt.

Aſtronomi.

Audiant inſuper ſacras literas ponentes ſępe in cœlis aquas, ponentes quoque terram viuentium, quòd ſi duo ibi diſſimiliora ponuntur, multomagis ignis, & aer cœleſtium ſimiliora ibidem a ſacris literis collocantur: ijs adduntur Platonicorum rationes,

Scriptura ſacra.

Platonici.

quidignis cœlo. tiones, dicentium virtutes proprias in propria fundari natura, itaque ſi ſint horum virtutes in cœlo, eſſe quoque naturas: ſed quemadmodum ibi virtutes in genere quodam longe ijs excellentiori conſiſtunt, ita naturas in excellẽtiori, immo vt ita dicã excellentiſſimo:& naturam illam ignis eminentiſſimum præbere cœlo ſenſibile lumen, viuificum calorem motumque promptiſſimum.

Terra qd? Naturam terræ largiri illi ſolidam, firmamque ſtabilitatem, item & ſtellis denſitudinem, qua videri poſſunt, & lunæ qua radios repellat ſolares.

Aer quid? Naturam aeris præſtare perſpicuam qualitatem, quam tranſlucentem nominat.

Aqua qd? Naturam aquæ afferre delicatiſſimam & æquabiliſſimam lenitatem, & quòd maximum eſt ipſis ſphærarum labiis, quibus ſe contingunt, inſerere virtutem illam frigoris,& humoris, per quam fiat, vt quamuis ex velociſſimo motu rapidiſſime,& velociſſime ſe contingant, æſtus tamen illic, reſolutioque non accedat.

Heraclit? Empedocles. Orphæus. Plato. Vna igitur cum Heraclito,& Empedocle dicemus, ignis ipſius, qui in idea eſt, intellectuale lumen, in cœlo quidem viſibile lumen ad oculos emicare; ſub cœlo autem in æthere, puram ipſius,& innoxiam vigere flammam. In terra vero carbonem in aſpera materia comburentem; dicemus poſtremo, cum Orpheo eſſe inſuper, apud inferos quatuor elemẽta, Pyriphlegetontem, Acherontem, oceanum,& cocytum. dicimus cum Platone, quẽadmodum in ſupracœleſti gyro,& archetypo mundo omnia in omnibus eſſe, ita in hoc imaginario mundo, ſed pro natura ſuſcipientium, vbique ſingula ſuſcipi, vt cœleſtia in elementis elemẽtalia ſint, elementa in cœlo cœleſtia, atque tantam eſſe cœleſtis regionis ſuper alias excellentiam, vt cœleſtis ignis præter elemẽtarem triaque reliqua elementa dici quintum valeat elementũ, vel mundos quinque appellari poſſe ait, ſiquidem omnia rerum genera in qualibet horum quinque ſint pro ſua cuiuſque natura: Numerus autem iſte quaternarius elementorum plenitudini conuenit; Profecto quaternarius primus implet omnem definitionem numerorum, primum parem, ac primum imparem in ſe complectens quinarium faciente; implet & ſimplicem numerorum progreſſionem, quando terminis quatuor explet denarium, vno, duobus, tribus, quatuor. Implet proceſſum quoque dimenſionum cum videlicet terminis quatuor aſſequens, ſigno, longitudine,

longitudine latitudine, & profundo.

Implet muſicam conſonantiam, nempe inter quaternarij limites. Dupla, tripla, quadrupla, ſex qui altera, ſex qui tertia, Diapaſon, diſdiapaſon, diapente, diateſſeron coercentur. Implet naturam ad quatuor vſque terminos procedentem, ſubſtantia, quantitate, & motu. Muſica. Natura.

Implet denique vniuerſum, ſiue quòd in natura, ſiue quòd ſupra naturam, eſſe, eſſentia, virtute, virtute, atque actione; Meritò igitur Pythagorici. Miſteria quaternarij.

Quaternitate plenitudinem mundari, tum corporis, tum animi deſignabant, eamque iureiurando teſtabantur, naturæ perpetuò fluentis fontem eſſe quadruplicem; Ex hoc nimirum fonte manat quaternarius elementorum numerus hinc, quadruplicitas in cœlo, quadruplex; hinc ſub cœlo tempora quatuor hinc ſub tempore humores quatuor, compleſſiones, affectus; hinc ſuper tempus quatuor virtutes ſurgunt.

Quatuor exiſtunt apud Metaphyſicum elementa eſſentia, virtus, eſſe, & actio.

Quatuor apud Mathematicum, ſignum, linea, planum, atque profundum.

Quatuor apud Phyſicum, ſeminariã naturæ virtus; Pullulatio naturalis; Adulta forma, atque compoſitum.

Quod autem in mathematicis ſignum eſt; Plato in phyſicis virtutem ſeminariam, indiuiduam, ſtabilemque eſſe putat.

Quod autem in Mathematicis linearis, in longum productio, idem in Phyſicis germinantis formæ pullulatiuum exiſtimat. Notandũ.

Item quòd ibi planum, hic propriè formam, vt enim planities corpus terminat, ita forma materiam; Denique ibi profundum, hic compoſitum duplex, tum formale ex pluribus formis complexio ſphęræ ſolidæ ſimilis, tum materiale, ideſt ex materia, & forma cubo ſimilior; Cum igitur dicit Plato inter duo plana, vnum ſufficere medium, intelligatis lectores inter duas formas medium vnicum ſcilicet formale ſatisfacere formæ enim cum formis deinceps, vbi per extrema ſui ſeſe contingunt, vno quodam formali medio congruunt vtrunque partim conueniente, partim etiam differente.

Quando autem Plato inquit ſolida ſolidis medio duplici copulari, ſignificat inter, compoſita naturalia duo diuerſæ naturæ gemina media interponi, quorum alterum ſit formale, alterum vero materiale, cum igitur elementa, mixtorum re- Proportio Platonis.

ſpectu quadruplicia exiſtãt, & vna ſcilicet ratione ſubiecti, ideo partim congruunt, partim diſcrepant, ideo quatuor.

Optimæ conſiderationes elementorũ. Tria autem conſiderantur in primo elementorum. ſ. in igne. Secundò in terra, ſubſtantia, virtus & actio; ijs addũtur tres proprietates, videlicet in ignẽ per ſubſtantiam ſubtilitas, Per virtutem, acumen. Per actionem mobilitas.

Terræ vero oppoſitæ; per ſubſtantiam craſſitudo; Per virtutẽ obtuſitas, per actionem immobilitas: horum autẽ naturæ apud Platonem dicuntur ſolidæ; quia inſtar dimenſionis trinæ, trinas poſſident qualitates. Quod ſi haberent planorum inſtar, vnũ ſufficeret medium, quod videlicet in qualitate vna congrueret cum extremis, in altera vero differt: At quoniam tres inuicem habent duabus oppoſitas, vt vinciantur, opus eſt medijs, quorũ vtrunque cum proximo quidem, tum extremo, tum medio duplici conueniat qualitate, in vnica diſcrepet. Cum extremo verò remoto in vna quidem congruat, ſed differat in duabus: Ignem vero ſequitur aer, in ſubtilitate, & mobilitate igni perſimilis, ſed quadam virtutis obtuſitate diſſimilis. In qua etiam vnica quodammodo cum terra conſentit. Cum aqua vero duabus ſcilicet obtuſitate atque mobilitate. Aerem ſequitur aqua in duab. ijs aeri ſimilis, ſed vna ſimilis igni. ſ. mobilitate, diſſimilis vero igni duabus. ſ. craſſitudine, & obtuſitate, diſſimilis terræ mobilitate quadam; ſed craſſitudine, & obtuſitate ſimilis. Habet autẽ ignis ad terram analogiam. Quemadmodum. n. ſe habet ſubtilitas ignis, ad terream craſſitudinem, ſic ignis acumen ad obtuſitatem terræ, ſic iterum ad immobilitatem terræ, mobilitas ignis.

Proportiones elemétorum ad inuicẽ. Extat autem, & altera inter hæc proportio, elementi namque proximi ad proximum conuenientia eſt dupla ad diſcrepantiã, ad remotum vero contra, dupla diſcrepantia ad cõuenientiam. Eſt tamen ignis aere, duplo ſubtilior, triplo mobilior, quadruplo acutior, Item aer, aqua acutior duplo, triplo mobilior, quadruplo ſubtilior: rurſus aqua, terra acutior duplo, ſubtilior triplo, quadruplo ad motum paratior. Procedere vero inter cognata ad quadruplam vſque proportionem, apud muſicos licet, longiori. n. progreſſione aures offenduntur; quinetiam in his perfectæ muſicæ rationes continentur, in his vtique per tres qualitates quaſi per trinas dimenſiones, & ſolida quædam, ter quæque ſolidę ad ſolida vſque procedimus, nam per duplam quarto gradu ad octo vſque peruenimus, qui primus eſt ſolidus: Item per triplas quarto ſimiliter gradu ad vigintiſeptem, qui eſt ſolidus

Muſica licentia.

a. ſ. 4. 8.

ſecundus

ſecundus rurſus per quadruplas rationes, quatuor deniq; ad 64. a qui ternario ter ſimiliter.n. ſeipſum multiplicato creatur.

Vt autem magis appareat apud Platonem congruitas quanta eſt mathematicæ, is ad Phyſica. Primorum ſolidorum media ponenda ſunt.

Inter enim octo, & viginti ſeptem, media componentia duo ſunt videlicet duodecim atque decem, & octo, duodecim quædam numerus, tum ex octo, tum ex viginti ſeptem ternarius; ſed ex ternario, & binario ita fit duodenarius; ſi egeris bis duo ter: 4. f. 3. 12.
vbi duodenarius oriens duo ab octonario accipit latera, vnum bis duo
verò a vigintiſeptem. ter.

Item ex binario atque ternario ita fit decem & octo, ſi egeris 2. f. 9. 18.
ter tria bis, vbi decem, & octo numerus naſcens, ab octonario ter tria bis
quidem remoto latus, accipit vnum, vbi dicit bis. Sed a ſecunda latera, duo vbi dicitur ter tria ter, 3.3.3. Similiter elemẽta duo inter ignem, terramque media, dum ex extremis contemperantur, interim à proximo quidem naturas reportant geminas, a remoto, verò vnicam mutuantur. Quatuor igitur extant ſubluna elementa ex quibus totus compactus eſt mundus numero quaternario miſterij vndequaque repleto, ex quo mũdus totus ſubgyrans conſonantia harmonica, harmoniaque conſonante colligatur, ſicutque Mathematica phyſice intima eſt, ſic totus gyrans mundus, & partes ſibiinuicem proportionantur, vel ſint cœleſtes materiales ſubgyrantes gyri, vel elemẽtares de quibus quoniam ſatis gyraui, prolixæ gyrationi impono finem.

QVINTVS

# QVINTVS
## SVBGYRANS GYRVS
*Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Peripateticos.*

QVINTVS ſubgyrans gyrus iam prælibatus ſecundum Platonicos; apud Peripateticos complectitur totum tractatum Ariſtotelis in decem, & octo principales partes diuiſum, ſicut decem & octo ſunt genera principalia naturalium.

Compendiũ totius Phyloſophiæ naturalis.

In prima, cõſiderat de motu ſimpliciter, quæ de phyſico auditu inſcribitur.

In ſecunda, de motu per comparationem ad nobiliſſima corpora, vt in lib. de cœlo.

In tertia, de motu per comparationem ad corpora ſimplicia generabilia, & corruptibilia. in lib. de generatione.

In quarta, de motu per comparationem ad ea, quæ generantur, in ſublimi, in lib. Meteororum.

In quinta, de motu per comparationem ad ea, quæ generant in terra, in lib. de mineralibus, quem ab Ar. verè non habemus, ſed Albertus Magnus hunc conſcripſit.

In ſexta, ſecundum latinos octaua ſecundũ Græcos, de motu per comparationem ad ea, quæ habent vitam, & de principio vitali, & hoc in libris de anima, de intellectu ſeparato tractatum ſpecialem non fecit, quoniam eſt Metaphyſica diſputatio, ſed de ipſo, vt corpori, vnito.

In ſeptima, de ſenſibus exterioribus, & hoc in lib. de ſenſu, & ſenſato, & quia ſenſus exteriores tribuunt ſpecies ſenſibus interioribus

terioribus cum phantaſia ſit motus factus a ſenſu ideo.

In octaua.ſ.in lib.de memoria, & reminiſcentia, licet aliqualiter in lib.de anima de propoſito tractat.

In nona,quia per ſomnum,& vigiliá ſenſus ſignificatur ideo de ſommo,& vigilia tractat.

In decima tractat,de ijs,quæ habent ſenſum cum motu, quæ ſunt tertium genus viuentium , & ideo in illa tractat de cauſa motus,& proceſſu animalium,vbi oſtendit,quæ ſint optimę partes ad hunc motum pertinentes:de ijs verò,quæ habent tantum modo vitam.

In vndecima,parte tractat,vbi de morte,& vita. Et quia vita animalium per expirationem,& reſpirationem cõſeruatur, ideo huic de morte,& vita libello.

In duodecima,parte adiunxit librum de expiratione, & reſpiratione animalium. Et quia hæc inuenitur in diuerſis ſtatibus animalium ideo.

In decimatertia, compoſuit tractatum de iuuentute, & ſenectute.Et quia ſi iuuentus preciſa fuerit, breuis eſt vita ſinautem longa,ideo.

In decimaquarta,compoſuit librum de breuitate; & longitudine vitæ; & quia vita vſque ad ſenectutem maxime conſeruatur per ſanitatem,& per infirmitatem præciditur,ideo.

In decimaquinta,adnectit librum de ſanitate , & egritudine. Et quia per conueniens nutrimentum ſanitas cõſeruatur, & per contrarium deſtruitur, & egritudo ſuperuenit, ideo poſt eos libros.

In decimaſexta,de nutrimento,& nutribili librum edidit:poſtremum autem tractandum erat de omnibus animatis, & primo de plantis,de quibus.

In decimaſeptima, Ariſt.& copioſius Theophraſtus in lib. de plantis.

In decimaoctaua,& vltima parte tractandum erat de animalibus omnibus ſecundum ſpecies ſuas , quod & Ariſtoteles, & Albertus Magnus copioſe fecerunt; & hic eſt ſtatus totius philoſophiæ naturalis Ariſtotelis. Quas partes in præſenti. Quinto meo ſubgyrante gyro contentas omnes pertractare non intẽdo, nec omnia,quæ in aliquibus; ſed ea tantum, quæ meo iam inſtituto deſeruiunt ſecundum ordinem noſtrum theologalem, & ſunt de motibus cœlorum, & eorundem numero cũ conſequentibus,de elementis, & principis naturaliũm rerum, & præcipue

de prima materia cætera enim Ariſtotelica ſecundum occaſionem in cæteris ſubgyrantib. gyris, & in quæſtionibus tangẽtur; De motibus igitur gyrationem aggrediens, Dico quòd omnes intelligentiæ (prima excepta) cœleſtes ſubgyrantes gyros, & orbes, quorum animi ſtatuuntur a phyloſophis pluribus in locis. Non tamen ſentientes, vt dixit Ioannes Grammaticus, & Auicẽnas putantes in cœleſtibus gyris ſenſum, & vim internam ſentiẽtem adinueniri.

Quibus fauere videtur Plato in Timæo ab Ariſtotelicis puris non intellectus; pariter, & Plotinus Platonicus quartæ Æneadis libro ſexto; Cuius oppoſitum in prælibatis attuli de mente Platonis dicẽtis cœlum, nec oculos, nec cætera ſenſibilia organa habere, quia ijs opus non erat: Nam cœlum corpus ſimplex eſt, & ideo ſenſum non habet, vt ait Ar. 3. de anima: Nec minus vegetales: Nam in cœleſtibus gyris, vegetalis animæ operatio non reperitur formaliter, licet cauſaliter, & virtualiter, igitur neque animæ vegetalis; cuius potiſſima operatio eſt nutritio, quæ in talibus eſſe non poteſt, quia in ipſis nihil quicquam diſſoluitur aſſiduo fluore, quòd reſtauratione indigeat, vt etiam docuit Plato in Timæo, & Ariſt. in lib. de cœlo 1. cont. 20. ſed intelligentes, nam cum cœleſtes gyri animabus tanquàm formis præditi ſint, & æternis, cum & ipſi ſint cum ſuis motibus æterni ſequitur, quod erunt abſtractæ, & immateriales, cui veritati ſe ſubſcripſit Auerroes Comm. ille magnus, 12. Metaph. Com. 38. dicens cœlum de virtutibus animæ non haber, niſi intellectum, & appetitum; Intellectum intelligatis lectores mouẽtem actiue, & appetitum in ipſo mobili, quod ſuaptè natura ad circularem motum eſt propenſum.

Intelligentiæ moueri poſſunt localiter, & per ſe vt etiam animæ intellectiuæ, & continuo motu, ratione ſpatij, non ratione mobilis, Scot. 2. ſen. d. 2. q. 9. Burle⁹, & Ioãnes canonicus in phyſicis.

Non mouentur: tñ intelligentiæ, gyros materiales gyrãtes, vt Suggerius, & Bachon, in ſchola Auerroica viri grauiſſimi aſſeruerunt; per accidens ſaltem; quorum falſitatem Ioannes Grammaticus prolixus interpres refutauit, probans, nec per ſe, nec per accidens, (cũ nulla ſpecie motus) moueri, ſecus. n. oppoſito dato diuiſibiles ſtatuerẽtur, cum nec indiuiſibile moueatur, quodcũque ſit aliqua ſpecie motus, quòd enim aliqua ſpecie motus per ſe mouetur, eſt corpus, & diuiſibile, cuiuſmodi non ſunt intelligentiæ.

Nec per accidens, ſic enim per accidens diuiſibiles, contingentesque eſſẽnt, quòd maxime Ariſto. & Auerroes 8. Phyſic. abhorrent. Dicerem tamen ego, quòd licet per ſe moueri nõ

poſſint,

poſſint; Non tamen ſic per accidens eſt dicendum hoc enim modo moueri poſſunt, Non tamen ſubiectiue, vt forſan prædicti ſunt opinati, eo quòd a ſubiecto, in eſſe, nec conſeruari dependeant: ſed tantum attributiue: Per ſe namq;, nec per accidens ſubiectum extant motus; Attribuuntur tamen alicui ſubiecto, quod per ſe mouetur proprio motu, & alio motu ab alio motore, a quo & proprius motor dependet tanquàm ad finem, cui aſſimilari cupit. Quare intelligētię motrices nō mouentur motū generationis, cum ſint æternæ; Non auctionis, cum non corporeæ: Non alterationis, cum qualitatibus primis careant ob perfectionem; Non localiter, cum non diuiſibiles, nec a ſubiecto dependentes: Primus vero motor omnino eſt Immobilis; Nec attributiue moueri dici poteſt, Cum huiuſmodi tria requirat. Motus per accidēs duplex. Non localiter & cōtinuæ ſūe mobils. Scotus in hoc ſi volueris.

Quod ſcilicet attribuatur per ſe mobili; Quodque tale mobile alio motu moueatur, quam a primo; Tertio quod moueatur ab alio, a quo motor, & motus dependeant; quarum cum ſit primus ille motor, omnino expers, iure a philoſopho ſtatuitur omnino immobilis mobiles vero materiales, & cœleſtes ſubgyrantes gyri compoſitionem admittunt ex materia & forma, cū corpora ſint naturalia; hinc corpora paſſiue mota ſunt non generationis; nec augmentationis; ſed loci; Non recto, nec reflexo, ſed circulari, ſecus enim ſi recto non continuus, & perpetuus inter enim quoſcunq; motus reflexos non neceſſario cadit quies media temporalis. Motus cœli non reflexus.

Nam ſi muſca ſuper aliquam lanceam quieſcentem aſcendat, tunc in quocunque inſtanti, illa poteſt incipere quieſcere, in eodem poteſt illa lancea incipere deſcēdere, inter quem aſſenſum, & deſcenſum non cadit quies media temporalis. Inter motus reflexos nō cadit neceſſario quies media.

Inter eoſdem verò, nec inſtantanea quies intercipitur, ſicut enim nihil mouetur in inſtanti, ſic nihil quieſcit in inſtāti: quies namque & motus priuatiuè opponuntur: & conſequenter pro menſura, per quam non eſt aptus natus fieri motus, nec etiam eſt quies; Ex quibus ſequitur, quòd nec inter motus reflexos ſuper lineam factam ad angulum, non oportet eſſe quietem mediam, quod namque mouetur circa angulum, vel triangulum, non oportet id quieſcere, cum eſſet ſuper angulo ad quem eſſet tractio illarum linearum.

Qui vero ante, & poſt reflexionem extant motus, contrariātur, alter enim eſt ſurſum, alter vero deorſum, vnuſque impedit alterum; Ex quibus duobus non poteſt fieri vnus motus, ad

quam vnitatem requiritur continuitas; quæ eos ſpecie differre facit; qui cum ſpecie differant, numero etiam ſi differunt, cum numeralis ſupponat ſpecificam, vt 5. Metaph. t. 12. ſtatuitur; quę vnitas ſpecifica tollitur a contrarietate, quę eſt diuerſitas per ſe, & ſecundum formam ſecundum ſpeciem etiam appellata ab Ariſt. 2. poſt. & 10. Metaph. 25. ſic enim dicit. Quæcunque ex parte formæ ſunt contrarietates, ſpecie faciunt differētiam; hinc phyloſophus. 5. Phyſ. 41. ſtatuit motum vnum debere eſſe in terminum vnum ſecundum ſpeciem, vbi tradit tres conditiones ad vnitatem motus, vel cōtinuitatem requiſitas; Vnitas ſpeciei, vnitas ſubiecti, & vnitas temporalis, vt ſcilicet immobilitas interſit; Dicitur inſuper motus vnus, cum ſit perfectus, vt ibidem 42. cuiuſmodi non eſt motus reflexus ſuper lineam rectam, vel motus rectus; ex quo motum hunc ſecundum, non poſſe vnum numero dici ſimpliciter apparet; cum & ſubiecti, & numeri requirat vnitatem, vt phyſicorum quinto 34. teſtatur Ariſt. cuiuſmodi non ſunt hi duo motus per reflexionem facti.

Conditiones tres ad unitatem motus.

Solus autem circularis motus eſt abſque media quiete, ideo cōtinuus, & perpetuus, a quo enim terminus, ab eo ad quem minime diſtinguitur, ab eodemque in idem tendis; Cumque poſſit aliquis motus localis eſſe ꝑpetuus, & de facto ſit, vel eſt rectus, vel circularis, vel mixtus ex his; Non rectus vt ſupra, nec mixtus, cum nulla eius pars ſit poſſibilis, ſed continua, & perpetua, quare & ipſe non poſſibilis, ſed perpetuus, & æternus.

De circulari.

Non inuenitur tamen, immo eſt impoſſibile, motus reflexos naturales eiuſdē ſpeciei fieri, ſine quiete media, naturalis enim motus alicuius mobilis ad aliquem terminum cum inclinatione naturali ad illum, quæ inclinatio cum minime poſſit ſubito deperdi, ſequitur mobile quieſcere in termino ſui motus, antequā recedat ab eo, hocque in ſingulo reflexo motu: Duplex namque cum exiſtat motus naturalis, ſcilicet & violentus, inter hos non cadit ſemper quies media, nam cum quid graue ſurſum proijcitur violenter, tunc antequam id aſcendere deſinat; oportet, quòd motus, quo ſurſum mouetur, deſinat excedere reſiſtētiam medij, ac grauitatis proiecti, & non ſtatim, ideo proiectum econuerſo deſcendit, cum opus ſit, quòd virtus illa impulſiua tandiu vniatur, quam grauitas ipſius proiecti, non ſolum excedit illam virtutem, ſed aggregatum ex illa virtute, & reſiſtentia medij, adhuc requiritur tempus, pro quo nec aſcendit, nec deſcēdit, ſed quieſcit: Proiectum verò poſt exitum a proijciente, non

Motus proiectionis.

mouetur

mouetur ab aere (vt aliqui dicũt) per Antiphraſim, ita quòd proiectum ſeparatur a manu, exit velocius, quam a ſuo loco, eo q̃ natura vacuum abhorret ac enim aer exiſtens retro ad implendum vacuum inſequitur ipſum proiectum, & cum inſequitur, cum velociter, & attingit, ipſum mouet vltra, hoc enim philoſophus improbat, propter abſurditatem ſequelarum: hoc enim dato, ſequeretur quòd in motu proiecti oporteret omnia retro moueri vſq; ad cœlum, oportet enim quòd aerem primò, inſequentem alius aer inſequeretur, illumque iterum alius, & ſic in infinitum vſque ad cœlum.

Quę inſuper falſitas experientia apparet in motu trochi videmus enim quòd trochus poſt exitum a manu proiicientis diu mouetur circulariter abſque hoc quòd aliquis aer ipſum inſequatur, mouet enim ſuper eodem puncto ſpatij, ſub quo mouetur: veriorem tamen exiſtimo ſententiam illam, quòd ſcilicet proiiciens imprimit proiecto virtutem quandam motiuam, quę eſt quædam qualitas innata mouere, niſi aliunde fiat impedimẽtum, ad eandem differentiam poſitionis, ad quã proiiciens proijcit; ideo experientia videmus, quòd lapis, quia plus de materia habet, quàm pluma, & eſt magis denſus, plus recipit de illa virtute motiua, & diutius eam retinet, quàm pluma, & ideo etiam fortius percutit, eo quòd plus de illa virtute habeat ſibi impreſſam. & quia ex natura ſua id proiectum tendit ad oppoſitũ motum, tandem illa virtus impreſſa corrumpitur, tuncque tale mobile deſinit tali motu moueri. Exẽplum. De motu actiuo grauium, & leuium videas Scotizãtes locis proprijs.

In motu autem circulari, æternitas (quę penes durationis, nõ extenſionis magnitudinem attenditur) non ratione partium mobilis cum ſint finitę, nec ratione vnius, & ſimplicis circulationis, cum ſit finita ratione redditus ab eodem in idem; ſed datur ab infinito tranſitu motus infinitus ſuper magnitudine finita circumacto; hinc dicimus, quòd licet motus ſecundum magnitudinem, ſuper quam circumfertur ſit finitus, hoc debet intelligi ſecundum velocitatem, in determinato namque tempore pertranſitur quælibet tota magnitudo finita, non oportet tamen quòd ſit finitus ſecundum durationem, quæ durationis infinitas, non tantum a forma circulari, ſed & a motoris infiniti infinita virtute aſſerit philoſophus; Vnde apparet error ponentium primum motorem immediate mouere primum mobile, verbis philoſophi. 12. Metaph. ſuffulti, vbi quærens ſubſtantiarum abſtractarum numerum, eum a ſpherarum numero adinuenire conatur; Error aliquorum.

quo

quo fit vt ablato motu primi motoris a primo mobili neceſſe ſit ponere in eodem duos motores ſicque plura principia ſeparata eſſent, quàm motus; quod aperte (horum ſententia) reprobat philoſophus loco ſupracitato, vbi dicit primam lationem a prima ſubſtantia prouenire, ſic Cont. 43. inquit, videmus autē præter vniuerſi ſimplicem lationem, quam mouere dicimus primā ſubſtantiam: Non mediate propter inconueniens, igitur immediate.

Quorum ratio (ſi ratio dici poſſit) quam facilime de medio tollitur, lypis enim tonſoribusque clariſſime patet ad hoc maximum ſequi inconueniens, quòd ſcilicet principium mouens moueret in non tempore; ſi autem in tempore moueret, tunc oporteret, quòd id tempus haberet proportionem ad tempus, in quo mouet aliqua virtus finita; cuiuslibet enim tēporis finiti eſt aliqua proportio ad aliquod tempus finitum, tempus enim in quo primum mouens reuoluit primum mobile, habebit aliquā proportionem determinatam ad tempus, in quo aliqua virtus mouebat: Accipiatur namque alia virtus finita, & addatur illi virtuti finitæ, manifeſtum eſt, quòd mouetur in minori tempore; Et vlterius alia virtus finita tertia in minori tempore, ſicq; ſemper addendo ad virtutem diminuetur de tempore; Vnde tādem perueniẽtur ad hoc, quòd aliqua virtus finita mouebit in non tēpore æquali illi tempore, in quo primum mouens ponebat mouere primum mobile: cum Auerroe tamen dico quòd primum mouens, & prima cauſa perpetuitatis Motus ſcilicet principiū omnino primum, quòd eſt D.O.M. non mouet immediate primum mobile abſq; motoriꝛ aliquo proprio; Immo eſt alius motor proprius, qui immediate efficit motum primi mobilis immediate namque agens aliquem motum, ipſum propter aliquid aliud ſe nobilius agere dicitur; ſic philoſophus ſecundo cœli. C. de duabus difficilibus quæſtionibus vbi ſic dicit. Actio ſemper in duobus exiſtit, & cuius gratia, & quod huiuſmodi gratia; optimo autem, cuiuſmodi eſt D.O.M. melius nobiliusque cum nō reperiatur, vt 12. Metaph. ipſum non immediatè, mediate tam ē dicendum eſt mouere: hinc deceptum exiſtimo Auicennam, qui diſtinxit inter intelligentiam primam productam, & animā primi orbis: licetque Ariſt. 12. Metaph. quęrat a numero motuum, ſubſtantiarum numerum, non intendit ipſe, niſi numerum motorum appropriatorum, & immediatorum; præter quos neceſſarium eſt ponere vnum motorem in ratione finis, cuius gratia

Difficultas num p. motor imediate moueator bem.

omnes

omnes mouere dicuntur,& ab ipſo habent perpetuitatem; ideo ad auctoritatem Ariſtotelis dicentis, quot ſunt orbes,tot ſunt intelligentiæ,reſpondeo ſicut iam reſpondi Eccellentiſſimo cuidam viro contra arguenti, dum anno vigeſimo ætatis meæ menſe Maij anno ab Incarnatione M. D. LXXXII. publice centum Problemata ex omnib.artibus deprõpta in ciuitate mirabili Veronæ inuictiſſimorum ſemper, Dominorum Venetorum, p triduum Paſchatis Pentecoſtes defenderem; quotquot ſunt orbes tot ſunt intelligentiæ,excepta prima: Nec me mouet alia auctoritas Ariſt.qui primam lationem a prima ſubſtantia perhibet eſſe id enim dicit,non quia prima ſubſtantia,ſit immediate agẽs motum illum,ſed quia motor immediatus, quodã nobiliori,& excellentiori modo intelligit,& amat ipſam primam ſubſtantiã, quàm omnes alij, & per ipſum primum motum,mobile primũ, & eius immediatus motor,perfectius agit, aut conſeruat ſimilitudinem ad primam ſubſtantiam, quam alij:qui motor appropriatus eſt forma circularis ſemper gyrantis gyri materialis, vt agens aſſiſtens loco, & ſubiecto ab eodem non ſeparatus, non tamen eidem gyro dat eſſe ſimpliciter actuale,ſubſtantiale,ſpecificum, & vnum, cum ei vniatur tanquàm motor, & forma aſſiſtens perinde ac nauigio nauta,ei tribuens motum,& ideo non vt forma ſpecifica,& informans.

Solutio difficultatis.

Aetas auctoris modo anno rũ triginta cũ vno.

Non enim cognouit Ariſtot.aliam compoſitionem, quàm ex forma æterna aſſiſtente,& orbe, vel mouẽte,& mobili;quo motus fuit Auerroes ad dicendum, quòd ex intelligentia, & orbe fit magis vnum,ideſt magis indiuiſibile,quàm ex materia,& forma: Verum quia motus ſecũdum lationem,& vbi,eſt vnus ex illis vitæ gradibus ab Ariſto.3.de anima 13.enumeratus,de eo loquitur,qui a ſeipſo fit talis namque animatorum eſt, vt idem teſtatur.8.Phyſ.29. Viuere autem viuentis eſt eſſe,vt 2. de Anima 37.& iuxta multiplicem vitæ gradum, multiplex etiam eſt eſſe; ideo intelligentia tribuens motum gyro tribuit illi vitam, & ita dicitur tribuere eidem aliquomodo eſſe, quod, tamen non eſt per informationem, aut quia deducat potentiam materiæ ad actum; ſed eſt eſſe viuens ſecundum hunc vitæ gradum. Ex quo id conſequitur, quòd intelligentiæ non ſunt veræ formæ, ſed potius agentes cauſæ,formæ enim ratio in eo conſiſtit,quòd cõſtituat rem in eſſe, vt 2. de animá 57. vbi ex hoc probat, quòd anima eſt verè forma;ſed quia intelligentiæ ſunt cauſæ operationum,& motuum,ideo agentes ſunt,vt etiam dixit Ariſt.de anima,

De forma cœli.

ma, ſed ſi formæ dici velint ea ratione ſunt dicendæ, quoniam cœleſtia corpora conſeruant in eſſe. Non quia corruptibilia ſint; ſed quoniam, vt inquit Auerroes 2.cap.de ſubſtantia orbis ſi intelligentia non eſſet; cœlum non eſſet; quæ cauſalitas non formalis, ſed actiua potius exiſtit. Dicat quicquid velit Lelius Vincenti Carpinianenſis Salentinus qui nititur ſoluere rationes Archangeli, ſed non ſoluit, vt alias oſtendam contra ipſum ex profeſſo pro nunc ſatis ſint alata, Et ſi Auerroes alicubi dicat, quòd intelligentiæ ſunt, ad quas cœlum dependet, & in Epith. Metaphy.tract.4.quòd formæ ſeparatæ ſunt dantes eſſe; ſoluatur primum dictum dicendo, quòd non dependet cœlum, quòd ad eſſe formaliter, ſed diſpoſitiuè, & conſeruatiuè, ſecundum vero ſic, quòd non inquit ipſe, quòd dent eſſe; ſed quòd tribuunt formas ſuas corporibus cœleſtibus. Quę tributio, vt ipſemet inquit Diſpo.5.cõtra Algazaelẽ ſo.18.dubij, agenti, conuenit, nõ formę; & ſi dicat intelligentiam tribuere formam cœlo nõ intelligitur, quòd tribuat aliam formam a ſe, cum nulla alia a ſe reperiatur ſecundum Comm. ac ſi diceret, largiuntur propriam perfectionem cœlo, quæ eſt motus, qui vt dixi de Ariſtotelis mente eſt vita ſemper gyrabilis corpus cœleſtis; quibus præludiis coactus reſolute dico corporis cœleſtis compoſitionem duplicem eſſe.

Lęlius vincẽti redarguitur de forma cęli

Naturalem vnam; non naturalem alteram; ſecundum primã eſt compoſitum ex materia, & forma, ſicut cætera corpora naturalia, ſed non eodem modo; Nam eſt corpus mobile cœlum, ꝙ motu locali tantum mouetur, & fertur non tamen eſt mutabile ſecundum formam, & qualitatem, & ideo non compoſitũ per ſe ex materia vna omnium generabilium, & corruptibilium, & forma. Habet enim cœlum materiam, quæ non proprie materia, ſed ſimilis materiæ; vel quaſi materia; hoc enim probauit Ari.8. phyſic. cum dixit, omne quòd mouetur ex ſe compoſitum eſt ex duabus naturis, quarum altera eſt mouens, & altera motu, huiuſmodi aſt corpus cœleſte cui etiam aſſentiens Comment. ſub initium primi de ſubſtantia orbis, pertractaturus ex quibus cõponitur corpus cœleſte, dixit ex materia & forma: quæ ideo nõ eadem cum materia inferiorum, quæ proprie materia eſt, & ſubſtantia mutabilis, & contingens, omnium generabilium, & corruptibilium vna vt Ariſt. teſtatur in de generatione, cuiuſmodi non eſt corpus cœleſte, vt philoſophus in de longitudine, & breuitate vitæ, quem etiam ſequutus eſt auerroes primo cœli.95. vbi ita ratiocinatur, ſi cęleſtia corpora materiam haberent eiuſdem

De materia cœli.

dem rationis cum materia inferiorum haberent cõtrarietatem, quæ hypotheſis locum habet, quoniam ybi materia, ibi contrarietas, in quibuſcunque enim eſt talis materia, eſt etiam annexa priuatio: cum priuatio a materia tali ſeiungi minime queat; ſic 8. Metaph. 12. & 12. 10. dicit philoſophus. In ſempiternis, aut non eſt materia, aut non talis, qualis in omnibus, ſed ſolum ſecundum locum mobilis.

Quę quoniam actu eſt, ab inferiorum diſtinguitur materia, quæ potentia omniumque formarum ſubiectum exiſtit; hęc verò omnis mutationis (locali excepta) expers reperitur, ideo non differentes; ſed diuerſæ ſunt, differentia enim compoſitionem arguit ex materia in potentia ad omnes formas. Diuerſitas autẽ ſimplicitatem.

Conueniunt tamen ſub genere Analogo vno, & ideo nõ duæ ſunt materiæ; ſed modi materiæ; Neque officit Ægidij reſponſio, quòd ſcilicet licet cœlum habeat materiam communem cũ inferioribus, non propterea corruptibile ſtatuitur, cum eius forma contrarium non habeat, & ob id non poſſit in materia priuationem, & potentiam ad aliam formam. Vnde cauſa incorruptibilitatis non eſt carentia materię, ſed contrarij, hæc enim Ariſtoteli opponitur, qui primo cœli. 20. inquit corruptibilitatem a ſubiecto, & contrario tanquàm a cauſa totali prouenire. Ex quo non ſolum contrarietatem, ſed etiam materiam eſſe cauſam corruptionis contra Ægidium pro veritate eſt dicendum: Neque aſſerendum venit, vt ipſe alias aſſeruit, non inueniri contrarium, quòd formæ cœli opponatur, cum philoſophus in de long. & breu. vitæ dicat, vbi materia, ibi neceſſario reperitur cõtrarietas propoſitio enim hęc conuertitur. Vbi eſt materia ibi cõtrarietas, vbi contrarietas ibi materia, cui ſententiæ, & ratione, Auerroes, Alexander, & ſimplicius ſe ſubſcripſere.

Ob id tamen non eſt redarguendus ſubtiliſſimus Scotus, ſicut ab re ipſum redarguit Eccellentiſſimus Archangelus in ſuis dilucidationibus volumine primo, qui ſi Scotum in fonte vidiſſet contra ipſum nihil penitus protuliſſet.

Defendit Scotus de materiacę li contra Archangelum mercenarium

Nam in 2. ſent. D. 14. q. 1. aſſeruit vtrique eandem eſſe materiam cœli, & horum inferiorum, cœlumque eſſe corruptibile, ſed quoniam non habet contrarium potens ipſum corrumpere, voluntate diuina, ideo incorruptibile ſtatuitur: Non loquitur tamen vt philoſophus, ſed vt theologus, inquit enim (& ſunt verba formalia ipſius) ſecundum theologos ponenda eſt in cœlo

N materia

materia, quia illud chaos, quòd ponitur ab eis attigiſſe vſque ad cœlum empyreum, erat materiæ omnium corporalium contentorum a cœlo empyreo; & etiam ponetur materia ſecundum ſe; & quantum eſt ex ſe eiuſdem rationis in quocunque, & ita inquit ipſe, habent diſcordare a philoſopho in hac propoſitione cœlum eſt neceſſarium, & incorruptibile. Quantum enim eſt ex natura ſua eſſet ſimpliciter corruptibile.

Quando autem, vt philoſophus loquitur, vt videre eſt in primo articulo, inquit; ſecundum intentionem philoſophi, cum oĩs potentia paſſiua materiæ, ſit potentia contradictionis Nono Metaph. & ibidem, cum quodcunque ſempiternum ſit neceſſariũ; & ita nullo modo in potentia contrad. & cœlum ſecundum ipſum ſit ſempiternum, ſequitur ſecundum ipſum, quòd nihil ſit in ipſo, quòd ſit in potentia contrad. vel corrupt. & per conſequens, nec habens materiã, Quia ſi haberet materiam eſſet formaliter corruptibile; & licet non haberet extrinſecum contrarium potens ipſum corrumpere, intra ſeipſum tamen haberet principium corruptionis, ſcilicet materiam, qua res poteſt eſſe, & non eſſe, & ideo inquit, Auerroes in tractatu de ſubſtantia orbis melius habere intentionem Ariſt. quam omnes alij ponentem hanc in cœlo materiam, & ſubſequitur cum Ariſt. incorruptibilitatẽ cęli probãdo. Videt enim Scotus ſolus, in omnibus naturalibus diſcuſſionibus, Peripateticus, Ariſtó. qui primo cœli de cœlo loquens apertè, & maniſeſte dixit.

Cœlum neque graue, neq; leue exiſtit neque aliqua eius partium, & in hoc ab omnibus elementis diſtans eſt.

Nam cœlum neque mouetur ſurſum, neq; deorſum, ſed ſuapte natura torquetur motu circulari, tanto naturam nobiliorem gerens, quantum a ſenſibilibus ſemotum, ſeparatumque exiſtit, illis ſupraeminens; eſt igitur corpus ſempiternum, & omnium primum, neque aliqua eius partium grauitatem, aut leuitatem recipit quoniam partes, totius naturam concomitari neceſſe eſt, ideo cœlum eſt ingenitum, & incorruptibile, non augmentũ aut decrementum ſuſtinens, ergo neque alterationem aliquam vt reliqua ſenſibilia ſuſcipiens: Quoniam in eo tot annorum millibus, vt aiunt Aſtronomi in nullo videtur tranſmutatum; Pariter vidit Ariſto. in 2. cœli, dicentem, cœlum neque factum eſt, neque corrumpi contingit, ſed vnum ſempiternum principium eſt, conſumptionem non ſuſtinens, in ſe infinitam temporis ſeriem continens; Nam totus mundus ſempiternus eſt igitur,

& cœlum

& cœlum ſempiternum eſt, & immortale, quòd fertur, ſine fatigatione, & pœna: quomodo igitur non fuiſſet cęcus Scotus, ſi hæc videns in cœlo materiam communem poſuiſſet?

Si autem dicetis lectores, quòd Scotus neget eandem materiã in cœlo, & philoſophice loquitur ob inconuenientia, quæ hoc ſuppoſito ſequerentur. Difficultas.

Quia tunc eſſent duæ materiæ alterius, & alterius rationis, quod falſum eſt. Sicut enim non ſunt duo fines primi, nec duo efficiẽtes primi alterius, & alterius rationis, igitur nec ſimiliter duæ materiæ primæ alterius, & alterius rationis.

Secundum inconueniens, quòd data hac alteritate ſaltem hęc materia eſt in potentia ad hanc formam, & ad priuationem huius formæ.

Tertium ſi eſt hæc alteritas, difficile eſt aſſignare, vnde ſit in hac, & in illa materia.

Vobis ipſis reſpondeo inconuenientia non inconuenientia ſoluens, & dicens, quòd plures eiuſdem rationis trahere nauem vnam non inconuenit, militeſque plures ad Ducem vnum reſpectum habere. Solutio.

Non enim neceſſe eſt plures milites ſi ſunt, eſſe plures Duces; efficientiæ namque, vel formæ; ſicut materiæ neceſſitas non cogit ponere pluralitatem: Potentiam nec ſibi contradictiones adnectit cum ſit determinatæ formæ, cuiuſmodi non eſt materia inferiorum; Ea enim indifferens ad quamlibet ſtatuitur formam, hinc ſibi ſemper annexam tenet priuationem; hęc vero ita eſt determinata ad hanc formam, quòd non poteſt non eſſe ſic: Alteritatis vero huius cauſa aſſignanda venit. Cum enim materia, & forma ſint relatiua, vt 2. phyſ. 26. atteſtatur Ariſto. igitur qualis diuerſitas in formis, talis & in materiebus reperitur; Dantur autem formæ, quæ indigent materia ad ſubſiſtendum, vt inferiorum; Alij verò ad ſubſiſtendum non indigent materia, vt æternorum; ſic itaque dantur duæ materiæ gradus quorum alter indigeat forma, vt actu ſit, vt inferiorum. Alter verò non indiget, vt ſubſiſtat, & actu ſit, vt cœli materia, & ita ſicut formæ diuerſæ, ita materiæ, vt philoſophus primo phyſic. 26.

Nam formæ cœleſtes, cum motrices ſint, ſolum ſecũdum materiam habebunt mobilem, & ita in actu, (licet non actus, nec ſecundum actum, vt B.D. dixit) formæ vero mortales, vel immortales informantes cum generationi ſubijciantur, materiam habebunt in potentia, quæ neceſſitas alteritatis in materia ita ra-

tioni conſentanea eſt, vt Ægidius eidem diſſentiens, a philoſophandi via receſſerit: ſicut & quando dixit propterea materiam cœli non eſſe in potentia contradictionis, quoniam eius forma complet totum ſuum appetitum; Cum nulla forma complet appetitum totum materiæ ſuæ reſpectu alterius formæ, niſi det actum oppoſitum priuationi, illius formæ: forma autem cœli non dat actum oppoſitum cuiuſcunque formæ alterius a ſe, puta formæ ignis, nulla enim huiuſmodi reperitur, niſi in ſe contineat omnes formas ſaltem virtualiter, cuiuſmodi non eſt hæc anima namque non continet intellectiuam: habet verò philoſophus primo cœli. 95. perſoluens rationem factam contra mundi vnitatem, quòd mundus plurificabilis eſt ratione formæ, ac ſi diceret aptitudinaliter; Ratione autem materiæ; vel actu plurificari non poteſt, quia mundi forma vniuerſam occupat materiam, & hoc propter ſotietatē formæ; ſed nō roboratur ex hoc Ægidij ratio; licet enim textus ſic realis, & veridicus, huic tamē non deſeruit propoſito; Cum mundus a cœlo differat, & forma vnius propria, & ſubſtantialis ab altera, tāque genus, & ſpecies: Ex hoc ſequitur vlterius Auerrois recta, peripateticaque ſententia; hanc ſcilicet quam pro materia cœli aſſignat, nullam præter intelligentiam formam poſſe ſibi aſſignari, aliam enim Ariſtot. non cognouit, vt etiam ſubtilium ſchola deducit, hoc autem intelligatur a vobis lectoribus, compoſitione ſecunda, quæ a me dicitur non naturalis nam naturali eſt compoſitum ex quaſi materia & forma ſubſtantiali quam appello eſſentiam cœli, Plato, Animam mundi; habet, & formam accidentariam, & communē naturalē, quæ eſt ſphæricitas, & orbicularitas, perfectiſſimo corpori, vt perfectiſſima conueniens. Non naturali autem ex intelligentia.

Quo motus fuit, & ratione Scotus, cum Auicenna conueniēdum dixit motum cœli non eſſe naturalem ſic enim Metaphyſice ſpeculabatur; Cum ratione intelligentię mouentis, cui motus nec formaliter, nec proprie conuenit, ſed tantum attributiue, cū ſit, omnino abſtracta; Non autem ratione mobilis ad talem motum propenſionem naturalem habentis; Motum conſiderauerit, eſt igitur in cœlo materia diuerſæ rationis a materia inferiorum.

Quam hoc loco breuiter contemplans.

Primò, dico quòd exiſtit, quod enim eſt ens, & ſubſtantia neceſſario exiſtit; Vnde tamen ſit hæc exiſtentia non ſatis conſtat.

Scotus

Scotus enim cum plurimis ſcholaſticis dicit, quòd materia prima ſua natura, ſiue forma habet exiſtentiam, & actum exiſtendi; vel actum entitatiuum, vt 7. Metaph. vbi habet, quòd in materia ſunt iſta quatuor. Eſſe ſub actu, cum habet formam, eſſe in actu cum eſt in compoſito; eſſe actus, cum eſt forma tantum, & eſſe actu cum materia, quæ eſt diuerſa a forma, ſine forma conſideratur; (realiter enim diſtincta ſunt; licet ſecundum naturales bonos nunquàm ſeparentur propter eſſentialem depédentiam; Nunq̃.n. inuenitur materia ſine forma, nec forma ſine materia) ſic enim habet actum entitatiuum; Quem Eccellentiſſimus Archangelus ab ea negauit; alias tamen in ordine generationis ipſum alijs conceſſit verbis; ordo enim naturæ, & præſuppoſitionis eſt, quòd materia in generatione eſt in primo ſigno, & eſt in actu entitatiuo. **Exiſtentia actus exiſtenti.**

In ſecundò, in ea ſunt quantitates.

In tertiò, ſunt qualitates.

In quartò, forma ſubordinata.

In quintò, ſpecifica.

In ſextò, compoſitum; Compoſitum ſupponit formam ſpecificam introductionem forma ſpecifica imperfectam; Imperfecta qualitates; qualitates quantitatem. Quantitas materiam in actu entitatiuo; quam diffiniens Ariſtoteles in Metaphy. dixit, quòd non eſt quid, nec quale, nec quantum, neque vllum aliorum prædicamentorum eſt; neque priuationes horum, ſed omnia iſta ex accidenti, ideſt materia in actu entitatiuo, & eſſentialiter non includit aliquem actum, aut formam, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem neque priuationes formarum, ita quòd materia ſecundum ſe in primo ſigno, nec forma eſt, nec formatum. nec priuationes horum, ſed ſubſtantia exiſtens, cui formæ, & priuationes inſunt ex accidenti, ideo dixit Ariſt. negatione cognoſci. Secundo dico præter exiſtentiam, & eſſentiam habere quantitatem interminatum. Non quòd quantitas, quæ in ipſa eſt ſit infinita, & interminata, ſed quia nullum ſibi præſcribit terminum, nec finitatem, ideo infinita dicitur; ſicut materia dicitur informis, non quia careat formis, ſed quia nullam ſibi præſcribit formam hinc dico quantitatem hanc eſſe in prædicamento; nec valet fundamentum D. Thom.; quod ſi quantitas hæc in materia eſſet, ſequeretur, quòd ens per accidens præcederet ens per ſe, quòd eſt contra Ariſt. 8. Metaph 15. vbi dixit ex materia, & forma fit vnum per ſe, quia forma eſt actus, materia eſt potentia, & nullo alio **Quãtitas materiæ.** **Pulcra eſt tia D.Th.**

alio mediante; quod confirmat Ariſt. 1. de ortu. 24. vbi dixit generatio & corruptio fit, quando nihil remanet omnino, cuius alterum ſit paſſio, vel accidens, vbi videtur, quòd in mutatione ſubſtantiali non maneat aliquod accidens, & per conſequens quantitas interminata, & ita forma ſecundum ipſum recipitur in materia nuda: faciliter enim diſſoluo duo hæc friuola fundamenta; quæ pro Achylle tenent thomiſtæ. Primam ſic, quòd ens per accidens præcedere ens per ſe via originis, & generationis non inconuenit, bene tamen via perfectionis. Quod ſi thomiſta inſtaret dicens potentia primò reſpicit actum ſuæ generationis quam alterationis, modo talis eſt ſubſtantia, non accidens igitur, &c. dico pariter, quòd ly primo poteſt ſummi duob. modis.

Primò, vt idem, quòd immediate.

Secundò, principaliter. Secundomodo conceditur, primo negatur. Auctoritatem autem, & primam; dicens quòd quia ibi aſſignat cauſam, quare ex materia, & forma fiat vnum per ſe, quia vnum eſt potentia alterum verò actus, nec aliud concurrit tanquàm cauſa ad conſtituendum vnum per ſe, Non tamen dicit, quòd forma ſubſtantialis vniatur. Primæ materiæ immediate; Nam licet forma vniatur materiæ mediante quantitate, non tamē quantitas concurrit, vt cauſa, ſed vt diſpoſitio; ſecundum fundamentum cum auctoritatis declaratione breui pariter diſſoluo dupliciter.

Primò dico, quòd Ariſt. ibi ponit differentiam inter generationem, & alias ſpecies motus, vbi excludit in generatione accidentia formalia, & ſecundas qualitates, non autem quantitatē & primas qualitates diſponentes.

Definitio generationis declaratur.

Secundò dico, quòd illa dictio, Nihil non ſe tenet ex parte formæ, ita vt nulla paſſio, vel accidens remaneat; ſed ſe tenet ex parte ſubiecti, quod facile ex verbis ipſius intelligitur, quia inquit, nihil manet cuius alterum ſit paſſio, vel accidens, ideſt in generatione, & interitu non manet idem ſubiectum cuius illud, quod acquiritur per generationem, aut per corruptionem deperditur ſit paſſio, vel accidens, ita qđ illa verba cuius ſic paſſio, vel accidens dicunt terminum ad quem generationis aut corruptionis, nam quòd acquiritur in cæteris ſpeciebus motus eſt, accidēs vel paſſio in generatione autem eſt ſubſtantia; & ita eſt quantitas interminata in materia, & ratio altera eſt.

Quia accidentia ſymbola communia pluribus formis eadem numero remanent in genito, & corrupto, cum igitur quantitas, ſit

ſit accidens ſymbolum, ſemper remanet; Quod declarauit philoſophus. Secundò de generatione dicens, quia diſpoſitio non incompoſſibilis formæ introducendæ non corrumpitur, vt caliditas eſt ſymbola qualitas ignis, & aeris eadem caliditas numero eſt in igne, & aere.

Cum generantur, & etiam cum corrumpuntur, manet; quia non habet ibi contrarietatem, caliditas enim ignis non eſt incõpoſſibilis caliditati aeris. Hoc declarauit Ariſt. 2. de ortu. 26. & 28. & 29. vbi d. Quando vnum elementum ex alio ſymbolo generatur, vt ignis ex aere generatur, quia corrumpitur humiditas aeris, & manet eius caliditas. Hinc conſtat etiam latinorum error dicentium, quòd remanet eadem caliditas ſpecie non numero, quibus contrario dicens, quòd Ariſt. dicit cum ignis ex aere generatur corrumpit humiditas non caliditas, eſt igitur quanta.

Tertiò dico, quòd materia vltra actum entitatiuum, & quantitatem cum qualitatibus primis diſponentibus, vnitatem retinet ad cuius intelligentiam plenam, adnotetis quòd materia dupliciter poteſt conſiderari. Vnitas materiæ.

Primò, ſecundum prædicata primi modi, & quidditatiua.

Secundò, ſecundum prædicata ſecundi modi, & ſic dupliciter. Vnomodo ante diſpoſitiones, & formæ ſubſtantialis acceptionem. Secundomodo poſt. Pariter, quòd vnum multipliciter dicitur, vt teſtatur Ariſto. 5. Metaphyſic. Vnum quòd conuertitur cum ente, vnum genere, Vnum ſpecie; Vnum numero; Vnum proportione, ſed hæc nihil modo ad me: Vnum inquit Ariſt. 10. Metaph. eſt id, quòd eſt indiuiſum a ſe, & diuiſum ab alio. Vnũ ens dicitur, quòd non poteſt diuidi, & non poteſt diuidi in aliã eſſentiam: Vnum genere dicitur, quòd eſt a ſe indiuiſum, animal enim nõ poteſt diuidi in aliud animal, quòd ſit genus, ſed quòd ſpecies. Vnum ſpecie, quòd non poteſt diuidi in aliam ſpeciem, vt homo in aliam ſpeciem humanam, & eſt diuiſum a quacunq; alia ſpecie. Vnum numero, quòd non in aliud idem numero diuidi poteſt, vt ſocrates, qui licet poſſit diuidi, in caput &c. non tamen in alium ſocratem idem numero. Modo ad propoſitum inſtitutum rediens dico, quòd materia in ſui prima notione, & ſecundum prædicata primi modi non eſt vna nec plures, quia vnitas & pluralitas ſunt paſſiones, & ideo ſecundi modi, & ideo non eſt, nec quid &c. nec ſingularis, nec vniuerſalis, nec actus, nec potentia. Non vna.

In ſecunda, verò notione ante diſpoſitiones eſt vna traſcendẽ

ter,

tet, & poſitiue, quæ vnitas omnem concernit eſſentiam, & vnicuique rei ſimplici per ſe competit, non ab extrinſeco, vt Ariſ. 8. Metaphyſ. vltimo dixit ſimplicia ſeipſis ſunt entia, & nullo alio ſunt entia, & nullo vnum.

Non tamen eſt vna poſitiue genere, ſpecie, vel numero.

Non primo, vt Alexãder primo naturalium quæſt. non enim eſt genus, cum non ſit forma; Genus enim eſt forma, vt Ariſto. dicit 2. Phyſ. 88. Genus inſuper prædicatur, materia vero ſubiicitur, quare non eſt genus: Nec ſecundo non enim eſt ſpecies, cum ſpecies ſit, vel forma, vel compoſitum ex materia, & forma, vt Ariſ. 5. Metaph. 12. d. Vnum ſpecie eſt ideo cuius forma eſt vna, & cum materia formam non includat, non erit ſpecies. Nec minus 3. Cum materia eſſet vna numero materia; Vnum enim numero eſt cuius materia eſt vna.

Quomodo vna. Dicitur tamen vna ſpecie, & numero priuatiue antequàm recipiat diſpoſitiones, ſit enim apta nata eſt recipere vnitatem ſpecificam, & numeralem.

Affecta autem propriis diſpoſitionibus eſt vna ſpecie, & vna numero poſitiue, ſic enim non poteſt diuidi in aliam materiam habenté eandem complexionem, & hoc ratione propriæ diſpoſitionis. Hinc patet error dicentium materiam eſſe vnam numero forma ſubſtantiali poſitiue, cum & Ariſt. 1. cœl. 92. oppoſitum dicat ſic mundus eſt tantum vnus numero, quoniam ſi plures, plures eſſent formæ, & in 94. ſi per poſſibile ex omnibus canibus fieret vna caro, fieret vna hominis forma ſolum, & ſic materia eſt vna poſitiue proprijs diſpoſitionibus, & forma ſubſtantiali eſt vna ſpecie, hac namque ſub vna tantum reponitur ſpecie, & ab aliis diuiditur.

De forma corporeitatis. Dico quarto, quòd ſecum non tenet formam corporeitatis illã, quam multi ponunt, & Platonici formarum ſuſcipiendarum inchoationem vocant; ſed in ea accidentia fundari, vt eſt in potẽtia cenſeo. Notandum tamẽ, quòd accidentia ſunt in triplici differentia, quædam ſunt diſponentia materiam, vt caliditas, frigiditas humiditas, & ſiccitas, quæ ſunt primæ qualitates de numero actiuorum, & paſſiuorum; & quantitas, quæ diſponit materiam, quatenus paſſiuorum; & quantitas, quæ diſponit materiã, quatenus redit ipſam diuiſibilem, & extenſam. Quædam verò ſunt accidentia formalia tertio, vel alterius generis, vt ſecundæ qualitates, aut accidentia propria, quæ a forma proficiſcuntur. Accidentia diſponentia fundantur in pura potentia. Accidentia

formalia

formalia, fundantur in mixto animato, hinc corrupta forma, corrumpitur proprietas. Accidentia vero alterius generis, vt ſecunda qualitas fundantur in mixto; ſicque tollitur dubitatio illa; quòd niſi daretur forma corporeitatis, accidentia fundarentur in ente in potentia, quòd non vult philoſophus eo enim loci loquitur de formalibus, & ſecundus non diſponentibus. Immo ſi hæc daretur, ſequeretur, quòd eſſet aliquod corpus compoſitum diſtinctum ab omnibus alijs, præter corpora ſimplicia, contra Ariſt. 1. de ortu, vbi dicit, quòd ponũt præter ſimplicia corpora aliquam materiam corpoream peccant, non recte inſuper docuiſſet Ariſt. modum cognoſcẽdi primam materiam primò Phyſ. 69. vbi per Analogiam ad materiam Artificialem, quæ penitus in formis eſt, ad cuius ſimilitudinem eſt materia naturalis; Quarum in ſe nullam complectitur formam corporeitatis ſibi coæternam, & de genere ſubſtantiæ, & ita in cœlo patet quomodo ſic materia. Cœlorum, autẽ diuiſio ſumitur (vt Aſtronomi litterales, & Commentatores teſtantur) penes ſubſtantiam, & accidens: ſi primo modo in Nouenarium diuiditur numerum, quia nouem ſunt ſphęræ; quarum neceſſitas ex eo haberi poteſt; quoniam nulla ſtella proprium retinet localem motum; non enim alio motu mouetur, niſi ſui orbis, in quo ſituatur: A propria namque ſituatione recedente, aut eſſet vacuum, aut ſi ſibi aliud ſubſequitur. Condenſatio, ſic & rarefactio, aut ſciſſio ſequeretur, quo ſcindente, corpore adhuc redeunte continuatio fieret; quod ſi nullum illorum ſequitur, quòd ſtella mota ſemper ſit cum alio corpore, quòd etiam Philoſophus 2. cœli t. C. 50. confirmauit ijs veſtris. Si natura dediſſet motum progreſſiuum, aſtris & c. quo ſtante ex ſubtilium conſideratione ſequitur, quòd vbi non æqua eſt inter ſe diſtantia ſtellarum, neque eſt identitas cœlorum, & hoc propter difformitatem motus ab eadem ſtella non prouenientem: ſed cum ſint diuerſi motus diuerſis temporibus differenter actis, diuerſæ erunt ſtellæ, & ſtellarum orbes, & cœli, & cum ſeptem ſint vagantes, & gyrantes ſtellæ ita difformiter ſe mouentes, ſeptem itidem erunt earum orbes, quæ non æquè diſtant a fixis, quæ ideo dicuntur fixæ quoniam eandem inter ſe diſtantiam ſitum, & figuram ſeruant quacum omnium cum quadraginta, & octo imaginibus vnum eſt tantum receptiuum totale corpus cœlum videlicet ſtellatum a quarum diſtantia æqua vniformitate cœli cauſa, vnitas ſubſequtur & ſic octo cœli: ſed cum vnius corporis cœleſtis vnicus ſit

Deciſio cœli.

Secũdum ſubſtantiã

Quid ſtella fixa.

Quid errans.

tantum motus ab vnitate ſimplicis principij mouētis ex corporis, ſpatijque ſimplicitate proueniens, vt Ariſt. 1. cœli. t. 50. teſtatur dicens. Rectus & circularis ſunt tantum ſimplices motus, q̄a duci ſolum ſunt ſimplices magnitudines, recta, & circularis: motus verò Diurnus cum non ſit proprius cœli ſtellati, (alio namque motu mouetur) cumque nec quæcunq; fixa ſtella æquè ſemper diſtet a polis immobilibus, nec ſemper æqualibus temporibus diſtent a capitibus arietis, & libræ: ſequitur quòd ab octauo aliud corpus eſſe pcipiatur, quòd vniformiter motu diuino mouetur, cœlo ſtellato ſuperius: Quod etiam confirmauit Auicennas. 9. ſuæ Metaph. ca. 2. & Ptolomeus in Almageſto libro ſeptimo, & ideo nouem cœli, ſecundum opinionem aliquorū Aſtronomorum ſunt decem cœli; aut ſpheræ, vndequaque lucidæ, & claræ, quarum altera alteram circumambit, vltima excepta inferiori. ſ. lunæ, quo cum inferior nulla exiſtat præter elementares, tantum ignis ſphæram continens, & locans concaua ſua ſuperficie circundabit, ſimiliter.

*Auicēnas* *Ptolome⁹* *Nouē cœli.* *Decē cœli.*

Nona ſecundum Ariſtot. opinionem cum ſit ſuprema a nulla locatur, & ideo dicebat Ariſto. primo cœli, extra cœlum non eſt corpus locus vacuum, neque tempus, quoniam æterna non ſunt ſuapte natura in loco, neque in tempore, nec illis menſurantur. Verum extra cœlum idest extra cœli influentiam ſunt entia optimam vitam ducentia, & per ſe quidem ſufficientiſſimam quam toto complent æterno non ſeneſcentia in tempore, in loco non tranſmutabilia, inalterabilia &c. Dico igitur reſolute decem eſſe cœlos, quorum decimus vocatur ſphęra non orbis. Nā orbis dicitur figura duabus contenta ſuperficiebus concaua ſcilicet, & conuexa, ſphæra autem dum figura vna tantum exterior ſcilicet conuexa infimitas orbis, vel ſuperiori propria. ſ. conuexa, nulla autem concaua, contenta, & iſta decima ſphæra eſt corpus Diaphanum abſque ſtella aliqua, vocaturque commētator, primum mobile, quod mouetur ſupra pollos mundi ab oriente in occidens tanta velocitate, quòd in horis viginti, & quatuor motum ſuum complet. Quo moueri facit rapacitate ſua inferiores ſphæras: & ideo quanto inferiores ſupremæ huic ſunt viciniores, velocius feruntur motu diuino, & motu proprio tardius; Quanto remotiores eo minus velociter: Huic quoque motui cęteræ ſphæræ contraferuntur, quæ ſunt illi primæ ſpheræ, vel lationi viciniores pluri tempore, quæ verò remotiores minori: medici medio modo, adeo quòd cauſa diuerſitatis eſt remotio, vel diſtantia;

*Nona ſphæra nō eſt in loco* *Differt orbis & ſphęra.* *Motus regrediēs*

diſtãtia, quoniam ſi eſſent omnes æquales non fieret generatio, cum motus primus ſit cauſa vniformitatis. Nam idem eodẽ modo ſemper natum eſt facere idem, & ideo per inæqualitatẽ motuum, & mobilium cauſatur generatio, vt philoſophus teſtatur ſecundo cœli, vbi de proprietatibus de motu, de figura & partibus totius vniuerſi tractatur.

De natura ſphærarum omnium.

Sub decima eſt nona nullum habens actum, & vltra motum, quem habet a primo mobili etiam ſibi proprium habet; à Decima tamen virtutem habet mouendi cæteras ſphæras.

Sub nona, eſt octaua dicta cœlum ſtellatum, aut firmamentum ſtellarum multitudinem cõtinẽs ingentem; quæ cum primæ & ſecundæ ſphæræ cæteris ſit propinquior, ideo ſecundum Aſtronomos complet circulum ſuum in horis. 24. qui diurnus vocatur: eſtque hoc cœlum maius inferioribus. Nam in æquali tempore mouetur per æquale ſpatium, & per conſequens eſt motu diuino velocius, tardius verò motu proprio, qui completur in quadraginta nouem millibus annis, quem magnum Platonis annum vocant.

Sub octaua, eſt ſeptima, quæ Saturni dicitur, in qua vnum eſt tantum actuum, quòd eſt denſior pars eius ſicut & in cæteris ſibi inferioribus, vltraque motum, quem habet a ſuperioribus habet, & proprium quem complet annis triginta: non habet tamẽ potentiam inferiores ſe mouendi ſphæras.

Sub ſeptima eſt ſexta, dicta Iouis complẽs curſum annis. 12.

Sub ſexta quinta, dicta Martis complens curſum annis a duobus.

Sub quinta, eſt quarta, dicta ſolis complens curſum anno vno, continente dies trecentum ſexagintaquinque horis ſex.

Sub quarta, tertia, & ſecũda, dictæ Mercurij, & Veneris, quę complent curſum ſuum, ſecundum Ptolomeum æqualiter cum ſole.

Prima, dicta, lunæ complens curſum diebus viginti, & ſeptẽ, & horis decem, & ita motu diuino, & vniformi mouentur raptu primæ horis viginti, & quatuor. Proprio autem, quæ retrogradus cœlo exiſtit ſicut dictum ſupra.

Notandum vobis tamen lectores, quòd Planetarum nomina ſunt conſequentia rebus nam.

Vnde nomina Planetarum.

Saturnus dicitur a ſaturnitate, quia quicquid dat, cum plenitudine tribuit; ideo ſi in natiuitate alter fuerit impeditus in ſummo dat miſeriam, & lacrimabilem paupertatem; Si autem beneuolus,

uolus, & in bona circuli parte maximam tribuit dignitatem, vt inquit Ptolomæus Saturnus mirabiles imprimit effectus, cum ſuerit in propria manſione ſui.

Iupiter dicitur pater iuuans, vel tripliciter iuuans, quia ſolus exiſtens iuuat, quia fortunæ eſt, & amicus naturę ſecundo ſi iungitur maleuolo, mutat naturam illius ad bonum. Tertiò ſi beneuolo iungitur bonitatem adauget.

Mars a morte dicitur, q̄a celeritatē cū impetu dat humanis.

Sol veluti ſolus lucens, quæ ſpiritum irradiat rationis.

Venus a Venere, quæ pulchritudinis eſt venatrix, & ludus eſt & lætitia mundi noſtri.

Luna in lumine vna, quæ cogitatiuam potētiam tribuit creaturis.

Aetatum progoſitio nis cū planetis conuenietes.

Adnotetis ſecundò, quòd numerus ſeptenarius iſte Planetis eſt attributus ob ſimilitudinem ſeptem ætatum in homine repertarum cum proprietatibus.

Prima namque ætas lunarem ſequitur poteſtatem, tūc enim ſecundum nutritiuam, vegetalemque viuimus facultatem.

Secunda Mercurialem, quando literarum, cithareque, & luctæ, ſimiliumque ludorum, ſtudium exercemus.

Tertia veneream, quando turgent membra ſeminibus, & ad genituram protinus incitamur.

Quarta ſolarem tunc enim regnat vigor, ętatisque perfectiō properat ætasque media.

Quinta Martiam, in qua potentias, & victorias affectamus.

Sexta Iouiam, quæ prudentiam, & vitam actiuam, ciuilemq́; deſiderat.

Septima ſaturniam, in qua naturæ conſentaneum eſt a generatione deſiſtere, ſeque a corporeis ſegregare, & ad alteram, incorporeamque vitam ſe transferre.

Quid dāt planetæ corpori humano præcipuè.

Adnotetis tertiò, quòd ſaturnus hominibus in ætatibus diſcurrentibus tribuit firmitatem.

Mars fortitudinem.

Iuppiter virtutem.

Sol vitam naturalem corpoream.

Venus vinuſtatem.

Mercurius artem.

Luna vero motum.

Adnotetis quartò, naturam.7. Planetarum, cum domibus, & contritionis.

Luna

Luna eſt humidæ, frigidæque naturæ.

Venus eſt naturæ humidæ, habetque frigidulum aliquid.

Iouis eſt naturæ calidæ & humidæ, ſicut aer vel ſanguis.

Sol eſt naturæ calidæ, & ſiccæ.

Mars eſt naturæ feruentis, & torridæ.

Saturnus eſt naturæ frigidiſſimæ, & ſiccæ.

Lunæ domus eſt cancer.

Veneris domus, in lunari ſemicirculo in Tauro, In ſolari verò. In libra. Mercurij domus in lunari ſemicirculo in Gemini. In ſolari vero in Virgine, & iſtæ duæ feliciſſimæ non ſunt ſtellæ, cum ſint temperatiſſimæ, nam è calido, humidoque, è frigido itē & humido æqualiter, atque è portione temperatis, vita conſtat.

Solis domus propria eſt in leone.

Iouis ſtellæ fœlicis ac ſalutaris domus eſt in piſcibus, & ſagittario.

Domus Saturni eſt, capricorni, & Aquario, & eſt pernicioſiſſimus planeta. Nam eius frigus capricornis frigiditate cumulata ſupra modum rigeſcit; & ſtellæ ſi vitas, ſigni ſi vitate amplificata, mira quadam inæquabilitate, in arefactionem excedit.

Martis domus eſt in Ariete, & Scorpione, Aries enim martis qualitates vna conſentiendo vehementius accendit, Scorpio vero, dum vtraque ab illo qualitate diſſentit: prouocando laceſſit: atque irritat.

Coniunctiones autem planetarum, lunæ & ſolis coniunctionibus exceptis ſunt cētum, decem & nouem, vel viginti ſeptem ſimul planetarum cōiunctione adiuncta: quas medicus & Aſtronomus ſpecialiter animaduertere debet inqt enim Ptolomeus in centum quibuſdam ſcelectis ſententijs ſententiali, quòd in ijs poſita eſt cognitio eorum, quæ fiunt in mundo, & generationis, & corruptionis.

Adnotetis quartò, quòd Deus ſecundum rei veritatem prędictas 10. ſphæras ſua omnipotenti voluntate ita diſpoſuit, vt cōplexioni noſtræ corporeæ dominarentur, ſecundum inclinationem, & propenſionem earum; tamen influxus cum aſpectibus trinis, ſextilibus, oppoſitis, & quadratis, permittit, ſuſpendit, tēperat, & gubernat.

Adnotetis quintò, quòd ſcientia aſtronomica eſt nobiliſſima, cæteraſque ſcientias vincit, & excedit. Nobilitas aſtrologię

Primò nobilitate ſubiecti, ſubiectum namque eius eſt corpus cæleſte, quod quidem eſt ingenerabile, & incorruptibile. Quod

cum

cum ſit ſubſtantia excedit ſubiectum mathematicarum, cum id ſit accidens.

Secundò certitudine demonſtrationis, mathematicis enim demonſtrat rationibus, quæ certitudinis ſupremum obtinent gradum;& ideo naturalem,& diuinam excedit. Non tamen Mathematicas: Nec ſolum nobiliſſimam eſſe conſpitio: ſed neceſſarijſſimam: oportet enim medicum de neceſſitate ſcire,& conſi-
neceſſitas derare naturas aſtrorum, & ſtellarum earumque cõiunctiones, & aſpectus ad hoc, quòd diuerſarum ægritudinum, & dierum Craticorum habeat notionem; quoniam alterabilis eſt, & equidem ipſa natura ſecundum aſpectus, & coniunctiones corporũ ſuperiorum.

Scribit nermes primo de ſpeculis, & luce inquit, quòd non poteſt medicus ſine ſtellarum ſcientia recte operari, ſed tamque cæcus ducitur, & oberrat.

Hypocrate dicebat de eccellentiã medicorum in lib. de ſtellarum aſpectibus verſus lunam. Medicus ſi non eſt in ſtellarum motibus & ſcientia perſpectiuus, quis in eius manibus non confidat, quia cæcus non immerito poterit definiri.

Ptolomeus in centiloquio lvij. verbo, admirandus cum fuerit ſeptimus,& eius dominus impediti, remoue medicum ab ægro, ſubaudiatis, quia turbationem infirmi, & ignorantiam medici ſignificat hoc influxus.

Ypartus in libro de vinculo ſpiritus 2.ca. dicebat, medicus ſine Aſtrologia, eſt quaſi oculus, qui non eſt in potentia ad operationem.

Apolonius in ſui arte Magia inferebat medicus ſine ſtellis, eſt quaſi imago a ſpiritibus viuificata.

Albamaſar in ſuo maiori introductorio in reprobatione dicebat. Ergo ſeptem actum ſcientia eſt principium ſuum Medicina.

Hypocras etiam medicorum ſemita dicebat in lib. de aere, aqua & regione. Et ſi ex altiſſimis conſideraueris inuenies aſtrologiam non eſſe minimam partem medicinæ: hoc idem in pronoſticis ſignis inferebat. Eſt quoddam cœleſte ſignum in quo medicum prçuidere oportet. i. luna,& in de aſpectibus verſus lunam inquit. Quando eſt initium ęgritudinis tibi eſt neceſſarium intueri ſi lunare corpus a combuſtione recedat, quia tunc proculdubio infirmitas exardeſcit, quouſque ad oppoſitionis gradum deueniat ipſa luna, & cum fuerit in gradu oppoſitionis cũ

malo

malo planeta, aut in loco maleuolo ſituata, intuens dominum domus mortis, potens noſcere, vtrum infirmus interitus iuditiū conſequatur naturaliter, & ſi breuē habuerit ægritudinem, vel prolixam, & huiuſmodi naturalis contemplatio a Sixto V. Pontif. Maximo conceditur. Perpetuum imponens ſilentium iuditiariis de futuris verſantibus Magiā naturalē Mathematicā cęleſtē, ceremonialem Goetiā, & Thæurgiā quarū ſuperſtitioſos inuētores īuenio fuiſſe Zamolſim, & Zoroaſtrū, eorū ſectatores fuerūt, Abaris hyperboreus Charmōdas, Damigeron Eudoxus, Hermippus, clariores vero, Triſmegiſtus, Mercurius Porphyrius; Iābiicus; Plotinus; Proclus; Dardanus, Orpheus; Threicius Goggræcus; Germa; Babilonicus. Apolonius thianæus, & poſtremo ob eam deſcēdā, Pythagorā, & Platonē Memphyticos vates acceſſiſſe, & penè totam Synam, Ægyptum, Iudæam, & Chaldeorum ſcolas peragraſſe; & Manticam in Pyromantiam ydromantiam, Nygromantiam, Geomantiam, Licanomantiam Capnomātiam, Aeromantiam Methopos copiamque diuiſam. Circa Matheſim continentem oroſpitium, Auriſpitium, Augurium. & Auſpicium: vel tertio circa tres illas ſpecies ſcientiæ magiſtralis Peſtilentes, & anathematizatas, & ſunt præſtigium Sortilegium, & malefitium, de quibus tractauit yparcus in filio ſuo de miniſterio natu ræ, quæ eo ipſo ſunt pernitioſiores, quo apparēt imperitis diuiniores. Vnde via naturali ex obſeruatione motuū cœleſtium iuditium tantum fieri poteſt, de corporea vita, ipſi.n. tantum aſtra dominantur, abſolute quoad diſpoſitionem ſaluberrimam, vel indiſpoſitionem: ſecundum inclinationem autem tantum, quo ad actus bonos & malos, in quibus volūtas a Deo O.M. vt Domina Regina, & Imperatrix cōſtituti eſt, cuius actus liberos Deus dirigit, moderatur in libertate permittit, & hoc maxime ordinaria potentia, qua ita res cōdidit, vt proprios motus eas agere ſinat: Vnde ex eis clarum eſt, quomodo plures ſint cœli, & quomodo nobiliſſima, & neceſſarijſſima eum cognitio. *Quid magici.*

Secundum accidens vero diuiditur cœlum in ſphæram rectā & obliquam, conſideratur enim reſpectu alicuius extrinſeci puncto habitationis: ſi nulla namque eſſent in terra habitatio, & nullus videns cœlum minime in partem viſam, & non viſam partiretur, neque directè, vel obliquè conſpiceretur, & per conſequēs nullus eſſet horiron, vel ſphæra recta, ſeu obliqua; Quia igitur accidit cœlo terram habitari, ipſumque rectè, vel obliquè videri, diuiſio ſphęræ, vel cæli in rectam, & obliquam per accidens *Deciſio cœli ſecundū accidens.*

eſt,

eſt, & reſpectiua.

Quidſphęra recta. Illi autem habent ſphæram rectam, qui ſub æquinoctiali manent, (ſi ibi quis manere poſſit) quæ dicitur recta, quia pollorum neuter altero alter magis eleuatur: Vel quia eorum horizon interſecat æquinoctialem, ab eodemque interſecatur ad angulos rectos ſphærales. Ille vero dicuntur habere ſphæram obliquam, qui citra æquinoctialem habitant, vel vltra iſtis, namque pollorum alter altero magis eleuatur, & deprimitur; quoniamque eorum horizon Artificialis interſecat æquinoctialem ab eodemque ad angulos obliquos interſecatur. Pro quorum notitia hoc vnum adnotetis lectores cum communibus aſtrologis, ꝙ in ſphæra duo ſunt genera circulorum non re vera exiſtẽtium, ſed imaginabilium. Aliqui enim dicuntur maiores, qui mũdum in partes æquales ſecant, & ſunt ſex æquator, vel æquinoctialis, ſignifer ſeu Zodiacus.

Quid obliqua.

Circuli. x. ſphęræ.

In quo ſunt duodecim ſigna iuxta quatuor anni tempora, quorum ſingula tribus conſtant menſibus, vel iuxta quatuor rerum principia quibus dominantes influunt. Quocirca ſignorum alia ſunt ignea, & ſunt Aries leo, & ſagittarius: Alia aquæa, ſcilicet cancer Scorpio, & piſces: Alia terrea ſcilicet Taurus, Virgo, & Capricornus: Alia aerea ſcilicet Gemini, libra, & Aquarius, ſcilicet tria ſigna fouent caliditatem, & ſiccitatem; Quidam frigiditatem & ſicciratem, tria caliditatem, & humiditatẽ. tria frigiditatem: & humiditatem: & hoc quotidianæ docet obſeruationes ſiquidem luna in humido, aut arido ſigno conſtituta ea plerunque excitat, quæ ſigni eius naturam ſequantur: Cum autem gignendis rebus duæ ſimul naturæ conueniant, & quæ agendi cum habet, & quæ patiendi, hinc prior illa uis, actiua poſterior vero paſſiua a phyſicis eſt vocata. Quinetiam altera maſculina altera vero feminina: Quocirca cœli ſigna, eum non parum conferant generationi, placuit Aſtronomis noſtris, hac etiam ratione inter ſe diſtribuere, vt alia maſculina vocarentur, eo quòd plus, ad agendum, virium haberent: Alia eo quòd eſſent ad patiendum accommodatiora, fœminina, quodque maſcula vis naturaliter præferendo eſſet primum anni ſignum, ideſt Arietem Marem fecere, ſecundum, fœminam vt enim dies nox & luna ſolem, ſic fœmina marem ſequitur: Sunt autem maſculina ſigna, quæ ignis, atque aeris qualitates excitant, & ſunt Primum, Tertium, Quintum, Septimum, Nonum, & Vndecimum, ſcilicet in confuſo Aries, Leo, ſagitarius, ignea. Gemini libra, & Aquarius

aerea:

aetea: fœminina ſunt ſecundum, quartum, ſextum, octauum, decimum, & duodecimum, quæ terræ, & aquæ naturæ opitulãtur Taurus Virgo, Capricornus terrea: Camer, Scorpius, Piſces, aquea: Et tertio quia per motum ſolis, in verè fit dierum incrementum, autumno autem noctium, & quoniam incrementis ſuis quoque ſtatutus eſt modus; & ita ſigna, in quibus hoc ipſum contingit, vt ab æquali tenebrarum, ac lucis ſpatio, tũ dies, tum nox procedere incipiat, Æquinoctialia, & æquidialia nominantur, & ſunt Aries, & libra: Nam a primis Arietis vſque ad primas cancri dies augeſcunt, inde vero fit dierum, ac lucis conuerſio: Quanto enim ab Ariete ad cancrum dies creuerat, tantũ poſt a cancro, in libram, mutatis vicibus noctes ſuccreſcunt, & dies imminuuntur; ſiquidem a ſeptentrione in auſtrum ſol, ſe cõuertere incipit, a qua conuerſione ſignum cancri tropicum, ideſt cõuerſiuum vocauere: At in capricorno, quod ſignum huic aduerſum eſt, ſecus accidit, namque vbi ad primas eius partes ſol profectus fuerit, Aquilonem verſus ab auſtro conuertere iter incipit rurſumque verſis vicibus dies augeſcunt decreſcuntque noctes ideo meritò, & ipſum capricorni ſignum, tropicum eſt dictum.

Quartò quia, & quatuor ſunt anni tempora, eaque elementorũ qualitates immittentur, ipſorumque quatuor temporum principia quatuor ijs prædictis ſummantur a ſignis: eo quòd per ea ad temporum mutationes additus fiat; & quaſi ianua quædam patefiat, hinc & Cardinalia ſunt nominata; hinc cœli ſunt, eſſe quatuor mundi Cardines, Primus Veris, in Ariete, Secundus æſtatis in cancro. Tertius Autumni in libra: Quartus Brumæ, in capricorno: Quorum duo .ſ. Cancer, & capricornus dicuntur, & ſolſtitialia eo quòd ſol eſt eo profectus non poteſt altius eleuari, nec inferius declinare, ſed videtur ibi aliquantiſper ſtare.

Hæc autem ſigna duodecim, quia ſeſe diuerſis intuentur radijs, diuerſos etiam configurant aſpectus, quorum duo ſunt benefici.ſ. Trigonus, & ſex angularis: Duo vero malefici.ſ. Tetragonus, & Diametralis, Trigonus continet ſigna quatuor, partes vero ſeu gradus centum & viginti, quia vnumquodque ſignum cõtinet. 30. partes ſeu gradus, ternarius denarij quatuor ductus ad talem aſcendit numerum, & fit trinus aſpectus vbi a primo quoque ſigno digreſſi in quintum vſque progrediemini, vt ab ariete vſque ad primam leonis partem.

Sex angularis continet duo ſigna partes, ſexaginta; & fit per progreſſum a primo ſigno vſque primam tertij partẽ, vt ab arie-

te vſque ad primam geminorum partem, & ita aries aſpectu trigono intuetur leonem, & ſexangulari Geminos, & ſunt benefici quia maſculinum reſpicit maſculinum, vt Aries Leonem, & Taurus Cancrum; vel vt communis dicit opinio Aſtronomorum, vltra Ptolomeum, cuius vidi ego eſſe hoc primum dictum. Qua ſitu, & concurſibus radiorum ſotiantur, & ſe adinuicem coadiuuant. Oppoſitus vero vel diametralis continet ſex ſigna, & partes centum, & octuaginta, & fit per progreſſum a primo vſq; ad ſeptimum, vt ab Ariete vſque ad libram, & a libra vſque ad Arietem.

Tetragonus, vel quadratus continet tria ſigna, & nonaginta partes, & fit a progreſſu primi vſque ad primam partem quarti vt ab Ariete ad cancri partem primam, & ita aries intuetur librã aſpectu diametrali, cancrum vero tetragono, & iſti duo dicuntur malefici ob ſitum, & occurſationem aduerſam: Nam radij ſibiinuicem aduerſantes, diſcordiam, atque inimicitias excitãt, & aſpectus ipſe noxius, & hoſtilis eſt; quadrati autem radij, etſi aduerſis frontibus ſibi non occurrant, tamen è rectis angulis progreſſi; & tanquàm alteri in alterorum latera incurſantes, percutiunt ſeſe. dumque neutri videntur velle cedere contentionem ex ſuſcitant, & ſic talis in radiatio eſt malefica, & Minax.

Sextus gyrus.

Duo cæteri ſunt coluri, norizon, & meridianus: Aliqui vero minores, & ſunt quatuor Arcticus Antarcticus, tropicus cancri, qui & ſolſtitialis, eo quòd vltra ipſum ſol ad ſeptentrionem non procedat. Et tropicus Capricorni, qui & brumalis dicitur, eo quòd ſol vlterius verſus Auſtrum non deferatur.

De natura elementorum.

Elementa vero in quinto noſtro ſubgyrante gyro cõtenta tanquàm gyri gyrantes, & mere corporales cum ſint naturalia corpora, ſicut & cœlum, licet non eodem modo habent, & ipſa materiam aliam ab illa cœlorum habent propriam formam ſubſtantialem. In quaternario numero diſtincta; impreſſionis in ſe recipientia peregrinas, quæ a noſtris Meteora appellantur, eſt enim Meteoron corpus compoſitum imperfectum, ex vapore, & exalatione effectum, in aere plerunque ſolitum apparere. Quoad materiam reſolute ad mentem Ariſtotelis. Secundo de generatione, dico quòd materia prima ens, exiſtens in pura potẽtia eſt materiale principium elementorum, ſiue generatorum, & corruptorum: Nam quæcunque ſunt adinuicem tranſmutabilia ex vna conſtant materia, ſed elementa ſunt prima corpora mutuo tranſmutabilia, igitur vnam habẽt materiam, quæ eſt ens in

pura

pura potentia. Nam cum prima ſint corpora illaque ſimplicia, eo quòd ex alijs corporibus non coaleſcant; in alia priora reſolui nequeunt, ſed tantum in materiam & formam: Quam formã ſubſtantialem impugnare viſus eſt Matthæus Curteus hunc immodum forma non innoteſcit, niſi ex operationibus, ſed in elementis nulla alia conſpicitur operatio præter operationes primarum qualitatum; igitur in elementis nulla alia reperitur ſubſtantialis forma præter qualitates primas; Cuius rationis negatur aſſumptum, quia in igne præter operationes caliditatis, & ſiccitatis, alia reperitur, & eſt formam ſubſtantialem inducere; & ignem parere, vel vt dicunt Scotiſtæ ignire, vel ignitio, quæ formæ ſubſtantialis eſt operatio, & licet ignis calefaciens, & ſiccnas hæc opera exurere videatur, id tamen eſt ſecundario, & inſtrumentaliter, ſicut animal calore vtitur ad procreandum animal. Forma ſub ſtantialis elemento.

Quæ vero ſit hæc ſubſtantialis forma hac diſtinctione declaratur.

Elementa enim dupliciter conſiderari poſſunt vnomodo, vt ſubſtantiæ ſunt. Nobilis diſtinctio.

Aliomodo, vt elementa, vel vt dicunt eſſe abſolutum, vel reſpectiuum.

Primomodo adhuc dupliciter conſiderari poſſunt. Vnomodo vt completa ſunt.

Aliomodo quo ad introductionem formæ ſubſtantialis.

Primomodo habent propriam formam ſubſtantialem; primæ autem qualitates, cæteraque accidentia ſunt elementorum effectus, & hoc quoad exiſtentiam, quæ ſi quandoq; elementorum formæ nuncupantur: id non proprie, ſed circumſcriptiue, & quo ad nos intelligendum venit.

Secundomodo autem qualitates primæ dicuntur principia elementorum tanquàm materia, ſed diſpoſitiones materiæ: quibus mediantibus forma ſubſtantialis introducitur actus enim actiuorum fiunt in patiente bene diſpoſito ſi autem elementa. Conſiderentur vt miſcibilia, & vt elementa ſunt; primæ qualitates ſunt elementorum principia in genere cauſę formalis, & hoc modo intelligitur Ariſto. quando in ſecundo de ortu. Quatuor qualitates tactiles, ſeu tangibiles, inquantum ſunt actiuæ, & paſſiuæ ſunt elementorum principia formalia, & alibi ſolum primæ qualitates ſunt formales differentiæ elementorum: ſunt enim duæ actiuæ calidum, & frigidum calidum eſt, quòd con-

gregat homogenea, & diſgregat heterogenea: frigidum verò quòd etherogenea, & homogenea congregat, & vnit.

Duæ vero paſſiuæ, ſcilicet humidum, & ſiccum humidum eſt, quòd eſt indeterminatum termino proprio: determinatum verò termino proprio, quæ ideo dicuntur primæ; vt etiam prima rerum principia: quia non habet alias ſe priores, Non fuerit ex alijs, nec ex alterutris, ſed cæteri ex ijs fiunt. Nam frigidum cauſat graue; calidum verò leue ſiccum cauſat durum, aridum, aſperum, & Craſſum, humidum, molle lubricum, & ſubtile, & ita omnes qualitates, aut cauſantur a primis, aut ad primas reddcuntur.

Numerus elementorum. Quartum Peripatetica combinatione concludo elemẽta quatuor eſſe, & non plura; Non ſunt vnum ſic enim omnia eſſent vnum elementum, vt ſi ignis eſſet rerum omnium materia, ſubiectum, vel elementum, omnia eſſent ignea, ſunt tantum quatuor. Quia calidum, & ſiccum combinãtur, & conſtituunt ignẽ; calidum, & humidum, aerem, humidum, & frigidum, aquam: frigidum, & ſiccum cauſant terram; quarum qualitatum ſymbolitate & contrarietate, faciliter, & ſunt tranſmutabilia, ſunt. n. contraria ea quæ adinuicem ſunt tranſmutabilia, facilius autem ea quæ vna qualitate tantum diſcrepant, vt aer, & ignis; aqua & aer, quæ ex ſecundo de cœlo ſit diffiniri poſſunt.

Ignis eſt corpus ſimplex, peruiuum quia rerum, ſupremum elementorum exiſtens, ſpheræ lunari proximè ſubiectum, & conterminum, eſique omnium elementorum leuiſſimum, calidiſſimum quoque ac ſiccum.

Aer eſt elementum leue in reſpectu ad aquam; calidum, & humidum, complens omnem locum non repletum, aliquo corpore terreſtri, vel aqueo.

Aqua eſt elementum graue per relationem ad aerem, frigidũ, & humidum, circumquaque, naturaliter terram alluens; non cooperiens terram propter animantium ſalutem. Nam ſitus terræ non eſt naturalis actualiter, & aptitudinaliter, ſed tantum fatalis, iuſſu Dei O. M. ita factus, vel potentialis, cuncta enim in potentia obedientiali naturali ſunt ad Deum.

Terra eſt elementum graue ſimpliciter, frigidiſſimum, & ſiccum, ſecundum ſe totum immobile, mundique centrum, ꝙ hic, ſicut cætera elementa non eſt purum, ſed mixtum in proprio autem loco, & naturali ſitu, conuenientique ſphera forſan purum licet non ſecundum aliquas partes.

Admiranda

Admiranda ſunt Domini lectores quatuor ellementa, & præcipue ellementa, ignis, & terræ; Vnde dicebat Hermes, ad omnium mirabilium operationem, duo ſufficiunt, ignis, & terrã: hic eſt patiens, ille agens: Ignis, vt ait Dionifius, in omnibus, & per omnia clarè uenit, & remouetur, omnibus lucidus eſt, ſimul & occultus, incognitusq; ipſe quando per ſeipſum eſt, non accedente materia, in qua propriam manifeſtet actionem, immenſus eſt, & inuiſibilis, hinc dicebat Plinius immenſa & improba rerum naturę portio, ignis eſt, & in quo dubium eſt, plura abſumar, an pariat: Ignis ipſe vnus eſt, & per omnia penetrans, vt aiunt Pythagorici, ſed in cœlo dilatatus, & colluſtrans; in recipiente uero multiplex; & ideo ignis hic ad inuentitius, quo utimur: eſt ĩ lapidibus, qui ictu chalybis excutitur; eſt in terra, q̃ ex refleſſione fumat; eſt in aquis, qui fontes & puteos calefacit, eſt in profundo marij, quod uentis agitatum tepeſcit; eſt in aęre, quem ſæpe ferueſcere ſentimus: Et animalia quęq, & uiuentia omnia, & uegetantia calore nutriuntur, & omne quod uiuit propter incluſum ignem uiuit; quid plura? Intelligentias ipſas appellant ſacri ignem & flammam, vt Dauid regius ille prophęta d. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos flammam ignis; Deus ipſe ignis inflãmans eſt, flammis.n.tuis (vt terminatiuis) ącendit intelligentias, ad miniſterium, & motum actiuum, quare dicebat Ariſtot. q; primus motor mouet in ratione finis, amati & deſiderati; & animę motrices mouẽt orbes ut aſſimilẽtur primo motori. Hinc id Pythagoræ elogium ſymbolicũ, Ne loquare de Deo ſine lumine; & primi Religionum & Ceremoniarum ſapientiſſimi inſtitutores orationes, & pſalmodias, & ſacra quęq; nonniſi accenſibus luminibus fieri decreuerunt: & in lege a Moyſe promulgata D.O.M. exquirebat omnia ſua ſacrifitia igne offerri, atq; ut in altari ignis arderet.

Admirandum eſt, eſt terra, eſt.n. obiectum, ſubiectum, & ręceptiuum omnium radiorum, influxuumq; cæleſtium; ipſa continet in ſe omnium rerum ſemina, ſeminaleſq; virtutes; omniũ facunditatum eſt ręceptiua, & ueluti prima parens omnium pullatiua; in ſuis.n. etiam uiſceribus, mineralia, & metallaria ſumma cum admiratione reperiuntur.

Non minoris admirationis extant duo reliqua ellementa, aęris, & aquę enim non minoris extent potentię: Aquę.n. tanta eſt neceſſitaſ, ut abſq; illa nullum animal degere poſſit, nulla hęrba, nec planta quæuis citra aquę humectationem poſſit progerminare;

germinare;hinc Thales milleſius, atq; Hæſiodus omniū rerum materiale principium ſtatuerunt, omniumq; ellementorum antiquiſſimum eſſe dixerunt atq; potentiſſimum,de qua potentia legatur Plinius. Solinus Ioſefus;de quodam flamine inter Arceam,& Raphanæam ſyriæ urbes; Pauſanias, & præter cæteros auctores de aquarum mirabilibus, mirabiliter ſcripſit Ruffus effeſius medicus miranda.

Aær vero ſpiritus eſt uitalis cuncta permeans entia, omnibus ſibi,poſſibilem uitam,& conſiſtentiam præbet, mouet & implet omnia; hinc hæbreorum Mæcubales non inter ellementa id numerant,ſed ueluti medium, & glucinum diuerſa ſimul coniūgens,& tanquam ſpiritum mondani inſtrumenti roboantem, habens, de eius mirabilibus Abbas Trithemius Plotinus, Ariſt. in meteorologicis, Albertus magnus,& Pontanus de Ventorum generatione,ubi hos duos habet uerſus.

A ſummo boreas Notus imo ſpirat olympo
Occaſum inſedit zæphyrus,venit eurus ab ortu.

In iſtis uero Quattuor uel Materialiter uel occaſionaliter fiunt impreſſiones peregrinæ Metheoroligice dicta de quibus Ariſt. in quattuor libris Meteororum qui in Numero ſunt quattuor.ſ. Ignei; Aerei, Aquei, & terræ.

De Mœteoris. Quadru. pli. c. 61.

Igneæ ſunt duplices flammæ.ſ. & Phantaſmata quarū generatio fit ex exalatione calida & ſicca p ſolis calorem a terra eleuato uſq; ad aeris ſupremam regionem, vbi ignis vicinitate inflāmatur qui ob uariā Diſpoſitionē, diuerſis oculis noſtris apparet figuris,uariis appellatis Nominib.ut ſunt; ſtipulæ; Ægis, dali ſidus Volaterum Cometes,Hiatus,Illuminationes,ſerotinæ,Vorago,Colores de quib.oībus primo lib. Mæteoræ tractat Ariſt.

Aqueæ ſunt illæ, quæ fiunt, ex Vapore calido & humido ad mediam uel infimam æris regionem aſtrorum uirtute eleuato, & ſunt Pluuię,Niues,grandines quæ fiunt in media aeris regione frigidiſſima;pariter Ros & Pruina in infima; fontes & flumina ex,aere in altis ſpeluncis ſub ima tellure mitro cluſo, in aquam liquato, Continue ſubeunte nouo aere: Mare autem ſm ſui Naturam ingenerabile eſt & Incorruptibile dicit Ariſtot. in ſecondo libro.

Aæreæ ſunt illæ,qui fiūt ex exalatione calida & ſicca in aere & terra gignuntur uirtute aſtrorū effectrice & ſunt,Venti, Tonitura fulmina,terremotus,Eenephias & Typhon. Radiorū apparitione ut ſunt Nalon,Iris,Virgæ,Parclij,de quibus omnibus

tractat

tractat libro tertio.

Terreæ ſunt illæ, quæ fiũt, uel ex exhalatione Calida & ſicca in uiſceribus terræ introcluſa, actione corporum celeſtium, generantur mineralia foſſibilia dicta, quorum Natura tota eſt terreſtris & ſicca, ut ſunt lapides & gemmæ: uel ex Vapore Calido & humido terreſtribus partibus Commixtis, actione Corporum cæleſtium, & ita generantur Mettallaria. Nam exhalatio vaporoſa multo tempore à frigiditate terræ docta conſtringitur, & generantur Mettalla fucibilia, & ſunt. Terrã diſrumpere non potens.

Plumbum Saturno attributum.

Stannum Ioui.

Ferrum Marti.

Aurum Soli.

Cuprum Veneri.

Argentum viuum Mercurio.

Argentum lunæ: horum.n.aſtorum Motu, luminæ, & influentia proprietali in terræ viſceribus generantur de quibus Ariſt. in lib. tertij Meth. fine aliqua dicit, fuſcus in lib. de Mineralibus quem Albertus Magnus copioſe conſcripſit. In quarto autem Meth. libro tractat de operationibus quattuor qualitatũ Primarum Actiuarum, & Paſiuarum de quibus ſatis compendioſe ſupradixi. Ex dictis igitur lectores didiciſtis Naturam & Proprietates, cum partibus Cœli, & Ellementorum, adiectis ijs quæ virtute cœlorum fiunt in ellementis. Pariter quomodo hæc omnia gyrent, & gyrentur, nam intelligentiæ gyrant orbes. orbes gyrant ellemento, in ellementis gyrant Metherologice impreſſiones vel Peregrinæ, quę & ipſe gyrant, ſe regentes ſecundum influentias ſupernas & continuo gyrantes pro quinto Gyro ſatis.

QVINTVS

# QVINTVS SVBGYRANS GYRVS

## *Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

DE Quinto ſubgyrante gyro prolixe ſecundum opinionem Platonis, & Ariſtotelis gyrato, ſecundũ Theologos, cum ſit de Creatura, pure corporea, tria præcipue vobis lectores propono ſecundum fidem tenenda, ſicut tripliciter poteſt Creatura talis conſideraui.

Quoad fieri.

Quoad eſſe.

Quoad operari.

Quoad fieri tenere debetis ꝙ ſex diebus ſit in eſſe producta, ita quòd in principio ante omnem diem Creauit D.O.M. eſſentialiter captus cœlum, & terram.

Tria nobilia circa rerum creationẽ

Prima verò die formata eſt lux.

Secunda firmamentum factum eſt in medio aquarum.

Tertia ſeparatæ ſunt aquæ à terra; & congregate in locum vnum.

Quarta cœlum ornatum eſt luminaribus.

Quinta Aer & aqua volatilibus & piſcibus.

Sexta terra Animalibus, & hominibus.

Septima recquieuit Deus non à labore, nec ab opere, cum vſque nunc operetur, ſed à Nouarum ſpecierum Conditione. Quia omnes fecerat: vel in ſimili ſicut illa, quæ propagantur: vel in ſeminali ratione, ſicut illa, quæ aliis modis introducuntur in eſſe: Et rationem adducit Seraphicus Doctor ſic: quia Deus

eſt

eſt optimus, ſapiens, & omnipotens.

Vt omnipotens, ante omnem Diem creauit cœlum & terrã. *Optimus diſcurſus pro Conditionatoribus.*

Vt ſapiens, in triduo diſtinxit Naturam luminoſam ab opaca prima Die, Diaphanam à Diaphana ſecunda Die; Perſpicuam ab opaca tertia Die.

Vt optimus, tria diſtincta ornauit.

Quarta Die ornauit Naturam luminoſam formatione ſtellarum, ſolis, & lunæ.

Quinta Die ornauit Naturam Perſpicuam, faciendo ex aquis piſces, & aues ad ornamentum aeris, & aquæ.

Sexta Die ornauit Naturam opacam. ſ. terram, faciendo beſtias, & reptilia. Et ad conſumationem omnium, Naturam humanam: Quæ omnia, etſi in inſtanti potuerit facere Deus; tamen vt Diſtinctè cognoſceretur omnipotentia, ſapientia, & Bonitas, ſucceſſione diſtincta temporum fecit: Vlterius vt ſignaret ſex Mundi ætates, in quibus licet operari. In ſeptima autẽ quieſcere; & ideo non ſcribitur ſeptimam habere Veſperam; Non quia non habuit dies illa Noctem ſuccedentem, ſed ad præfigurandum finem Naturæ humanæ beatificabilis, quæ ſi ſex dieb. ſua libertate bene operabitur, requieſcet in cœlo, ſine fine beata; Si verò malè, Diei ſuo ſuccedent tenebræ caliginoſæ in inferno, nec poterit mæreri, cum ſit Dies ſeptima. *Quare ſeptima dies creationis nõ habeat veſperam.*

Quoad eſſe Creaturam Corpoream & præcipuè cœlum contemplans D. Thomas p. p. quæſt. 69. arti 4. de ſphæris omnibus loquens, & cœlo inquit ꝙ Cœlum tripliciter in ſcripturis accipitur. *D. Thomas de cęlo triplex accepto.*

Quandoque. n. dicitur propriè, & Naturaliter, & ſic dicitur Cœlum corpus aliꝙ ſublime, & luminoſum actu, vel potentia, & ita ponuntur tres cœli.

Primum totaliter lucidum, quod vocatur empyreum.

Secundum totaliter diaphanum, quod vocant Aqueum & Criſtallinum.

Tertium partim diaphanum, & partim lucidum actu, ꝙ vocant cœlum ſidereum, & diuiditur in ſphæras octo. In ſphæram ſtellarum fixarum, & ſeptem Planetarum.

Secundo dicitur cœlum, per participationem alicuius proprietatis corporis cœleſtis, ſ. ſublimitatis, & luminoſitatis actu, vel potentia, & ſic totum iſtud ſpatium, quod eſt ab aquis, vſq; ad orbem lunæ, Damaſcenus ponit vnum cœlum, nominans illud aereum, & ſic ſecundum eum ſunt tres cœli. Aæreum, ſide-

reum,& aliud ſuperius, de quo ĩtelligit quod Apoſtolus legitur raptus vſque ad tertium cœlum, ſed quia iſtud ſpatium continet duo elementa.ſ. Aeris, & ignis, & in vtroq; eorum vocatur ſuperior,& inferior regio, ideo iſtud Cœlum Rabanus diſtinguit in quattuor: Supremam regionem ignis nominans cœlũ igneum: inferiorem verò regionem Cœlum olimpium,ab altitudine cuiuſdam montis, qui vocatur Olympus: ſupremã verò regionem aeris vocauit, æthereum cælum, propter inflammationem, inferiorem verò regionem cœlum aereum, & ſic cũ iſti quattuor cœli tribus ſuperioribus connumerantur, fiunt in vniuerſum ſecundum Rabanum ſeptem cœli corporei.

Rabanus.

Tertiò dicitur Cœlum Methaphoricè, & ſic quandoque ipſa ſancta Trinitas dicitur Cœlum, propter eius ſublimitatem, & lucem. De quo cœlo exponitur Diabolum dixiſſe, Aſcendam in cœlum.i.ad Dei.O.M.æqualitatem. Quandoq; etiam ſpiritualia dona,in quibus eſt ſanctorum remuneratio, propter eorum eminentiam cœli nominantur, vbi dicitur merces veſtra multa eſt in cœlis,vt Auguſtinus ſanctus exponit: quandoque tria genera ſupranaturalium viſionum.ſ.corporalis, imaginariæ,& intellectualis, tres cœli nominantur, de quibus D. Auguſtinus exponit,ꝙ Paulus eſt raptus vſque ad tertium cœlum.

Sed clarius dico ego,quoad eſſe tenere debetis diuiſam,& diſtinctam eſſe in x.ſphæras cœleſtes, & quattuor elementares, ſunt.n.cœli decem,empyreum,totum luminoſum, Criſtallinũ, totum perſpicuum, firmamentum, ex vtroque coniunctum,& ſeptem orbes planetarum,qui ſuo motu vario, variabilem motum elementorum iungunt motui incorruptibili trium primorum corporum,& ſic faciunt machinam Mundi perfectam,pulchram, & diſtinctam.

Quoad operationem dico eſſe tenendum ꝙ aliqua influunt in elementa, & terreſtria quantum ad diſtinctiuam ſignificationem temporum,dierum,menſium,& annorum:Influunt etiam quantum ad effectiuam productionem rerum generabilium, & corruptibilium.ſ.Mineralium, Vegetabilium, Senſibilium, & Corporum humanorum:non tamen influunt per conſtellationẽ ſuper liberum arbitrium: Et cum in ipſis ſit lux, motus, calor, & virtus,eo modo quo eſſe poſſunt. Lux ratione ſuæ formæ, & ſpeciei: Motus reſpectu ſuperioris influentis: Calor reſpectu inferioris ſuſcipientis: virtus omnibus modis: Luce & motu diſtinguunt diem ſecundum lucem ſolis, & motũ firmamenti.

Vnde diſtin. dierum.

Menſem

Menſem ſecundum motum lunæ in circulo obliquo: Annu ſecũ dum motum ſolis in eodem circulo: Temporum verò, ſecundum varium Planetarum motum, diſtantiam, & cõcurſum, aſcenſum & deſcenſum: Retrogradationem, & ſtatum, ex quibus oritur diuerſitas in temporibus: virtute & calore influunt ad productionem eorum, quæ ex elementis generantur: idq; tribus modis. Primo excitando: ſecundo promouendo: tertio cõciliando: ita ꝙ ſecundum conciliationem contrariorum ab æqualitate remotam, influunt in Mineralia: ſecundum conciliationem ab æqualitate minus longinquam, in vegetabilia: ſecundum conciliationem æqualitati proximantem, in ſenſibilia: ſecundum conciliationem æqualem, in corpora humana; quæ diſpoſita ſunt ad nobiliſſimam formam, quæ eſt anima rationalis, ad quam ordinatur, & terminatur appetitus omnis naturæ ſenſibilis, & corporalis, vt per eam, quæ eſt forma, ens, viuens, ſentiens, & intelligens, quaſi ad modum circuli intelligibilis reducatur ad ſuum principium, in quo perficiatur, & beatificetur, & quoniam in illud tendit per liberum arbitrium: dico quantum ad arbitrij libertatem, præcellit omnem virtutem corporalem: ac per hoc cuncta nata ſunt ſibi ſeruire: Nihil autem ſibi dominari habet, niſi ſolus Deus; Nõ fatum, ſiue vis poſitionis ſiderũ: & ideo optime dicebat Ariſt. quòd homo eſt quodãmodo finis omnium, nam omnia propter ipſum: & ideo ſexta fuit formatus Die.

*Mēſium. Annorũ. Tēporũ. Producũt*

Clarius dicit Scotus in ſecundo Sententiarũ, ubi reſpondens illi quæſito, num ſtellæ agant in hæc inferiora, hanc poſuit concluſionem: ſtellæ habent actionem in hæc inferiora, in elementa, in mixta inanimata, & animata irrationabilia: In elementa dupliciter, quoad generationem, & quoad alterationem: accedente.n. Sole, & alijs ſtellis ad zenith alicuius regionis, elementa ſuperiora, ut ignis & aer augentur; & inferiora, ut aqua & terra minuuntur, & conuertuntur in ſuperiora: recedente autem ſole, & accedentibus ſtellis effectiuè frigidis, ut eſt Saturnus, & Mercurius, accidit generatio elementorum aquę & terræ: & luna ſecundum ſuas medietates numero quattuor, dominans humidis, & mari præcipue, in eodem fluxum, & refluxũ cauſat, vt notat Altumaſar 2. lib. maioris Introductorij in Aſtronomiam & regulariter ab ea cauſatur tumor aquę in horis uigintiquinq;

*Scotus. Quomodo, & in q̃ inferiora ſtellæ agant. Quomodo in elementa.*

In mixta imperfecta ut ſunt impreſſiones Mætheorologicę ut ſupra dixi.

In mixta pfecta inanimata ut ſunt Mettallaria & Mineralia.

In mixta perfecta animata alterando, gyrando, corrumpendo,& immutando.

Non tamē in animam,cum libera à D.O.Maximo creetur, vt ſuo loco explicabitur & ita in genere patet de diſtinctione & productione.

Quod ſubtilius ſpeculans ego,optimum fore duxi lectores, uobis tradere compendioſam,claram tamen cognitionem cum ſpeciali conſideratione omnium rerum in ſex creatarū diebus, in quibus nulla fit mentio litteralis creationis Angelicæ naturæ, uel quia Moyſes principium narrationis ſuæ fecit à principio, quòd ad tempus pertinet ſenſibiliū rerum, natura angelica verò pretermittitur tanq̄ antea creata:uel ſecūdo, quia Moyſes uidēs ꝙ loqueretur rudi populo, qui nihil niſi corporalia poterat capere,& ideo pronus maxime ad Idololatriā,à qua ipſum reuocare uolebat, ꝙ non feciſſet, ſi ſubſtantias abſtractas, ſupercorporeas,exiſtere aperuiſſet; ipſas.n. rudis populus ille, Deos plures reputaſſet,ideo pretermiſit:uel tertio,aſſerere poteſtis ꝙ Moyſes non connumerauit Angelicę naturæ creationem litteralem, & expreſſam, ſed miſticā in opere primæ Diei in q̄ lux duplex fuit creata,ſenſibilis.ſ.& inſenſibilis: uel quartò, cū D. P. Auguſtino ꝙ ideo nulla fit mentio in ſex Diebus, quia ante omnem Diem in principio creauit Deus cœlum & terram.i. naturam Angelicam informem,& materiam primam inanem & uacuā,ideo prius diſtinxit lucem,quę eſt quodam incorporeum, & poſtea corporea & materialia.

*Quare nō fiat mētio de creatione Angelorum.*

Prima Die formata eſt lux quæ nullo modo poteſt dici corpus,primo rationē loci, nam locus cuiuſlibet corporis eſt alius a loco alterius corporis,mō idē locus aeris eſt & lucis. Secūdo ratione motus, ſi.n. lux eſſet corpus illuminatio eſſet motus, localis corporis,qui in inſtanti fieri non poteſt ſicut fit illuminatio,ſtatim.n.cum ſol eſt in puncto horizontis, illuminatur totū hæmiſperium uſq; ad punctum oppoſitum.

*Quid ſit lux.*

*Non eſt Corpus.*

Non poteſt minus dici ſubſtantia quomodocumq;, cum ſit ipſa ſenſibilis, ſubſtantia uero nequaquam: lux etiam in aliquo eſt accidens ut in igne,igitur non ſubſtantia, quod .n. verè eſt, nulli accidit inquit Ariſt.

*Non ſubſtantia.*

Nec multo minus, poteſt lux dici ſubſtantia completa, quia nec ſpiritualis,cum ſit extenſibilis: nec corporalis, tunc.n.duo corpora eſſent ſimul.

*Non ſubſtantia cōpleta.*

Nec

Nec quarto, poteſt dici forma ſubſtantialis: quia illud cui aduenit manet perfectum in ſpecie illo reccedente: ſicut apparet de aere quandoq; illuminato: quandoq; tenebroſo. *Non forma ſubſtãtialis.*

Nec quinto, materia, cũ nullo pacto pertineat ad genus ſubſtantię, dicendum tamen, ꝙ ſicut calor eſt qualitas actiua conſequens formam ſubſtantialem ignis, ita lux eſt qualitas conſequens formam ſubſtantialem ſolis, uel cuiuſcũq; corporis a ſe lucentis, ſi aliquod aliud tale eſt: cuius rei ſignum eſt, quia radij, diuerſarum ſtellarum habent diuerſos effectus, ſecundum diuerſas naturas corporum. *Non materia. Lux eſt qualitas.*

Quę lux prima Die formata eſt. primò, quia lux ſeu lumẽ eſt qualitas primi corporis, vnde ſecundum eam, primo fuit mundus formandus. 2. propter communitatem lucis; communicant .n. in ea cum ſuperioribus inferiora corpora, ſicut autem in cognitione proceditur à communioribus, ita & in operatione. 3. quia luce cętera manifeſtantur. 4. quia non poteſt eſſe dies ſine luce, vnde oportuit in prima die fieri lucẽ, quę dicitur vna, non prima, ad deſignandum ꝙ uiginti quattuor horarum ſpatia pertinent ad vnum diem, vnde per id ꝙ dicitur vna pręfigitur menſura Diei naturalis: vel 2 dicitur vna, vt per hoc ſignificetur Diem conſumari per reditum ſolis ad unum & idem punctum. vel 3 quia completo ſeptennario dierum redit ad primam diem, quæ eſt vna cum octaua: vel 4. quia octaua eſt ętas reſurgentium ad recipiendam gloriam, quia erunt lucidi ut lux, ideo vna. *Quare prima Die facta ſit lux. Quare vna, nõ prima dicĩ Dies lucis ibi, factus eſt veſpere & mane dies vnus.*

Secunda Die factum eſt firmamentum, quod ſm D. Aug. eſt cœlum corporeum: nam prima Die factum eſt aliud cœlum. ſ. natura Angelica. Secũdum Bedam & Strabum eſt cœlum ſidereum, prima. n. die factum eſt empireum, ſecundum Damaſcenũ intelligitur cœlum ſidereum; prima enim die factum eſt quoddam cœlum ſphæricum ſine ſtellis, de quo philoſophi loquuntur, dicentes eſſe Nonam ſphæram, & primũ mobile, quòd mouetur motu diuino. Secundum aliam expoſitionem quam loco proprio tangere videtur Auguſt. ſanctus. per firmamentum vel Cœlum factum prima die, intelligitur Cœlum ſidereum: ſecũda die verò, factum intelligitur ſpatium aeris, in quo nubes condẽſantur, & ideo dicitur, vt diuidat aquas ab aquis. i. aquas ſpiſſas quæ ſunt in terra, ab aquis tenuibus quæ ſunt ſuper cœlum præfatum. Nam ſupra generantur ad ſalutem oĩum aĩaliũ, & in terra eſt earum quies. Vel aquas ab aquis. i. Cœlum ſidereũ diuidit *Quid firmamẽtũ. Beda ven. Strabus. D. Damaſcenus. D. Auguſtinus.*

diuidit ſuperiora corpora diaphana ab inferioribus diaphanis. Vel aquas ab aquis.i.locum impreſſionum mæteorologicarum ignitarum ex exhalatione terreſtri calida & ſicca,à loco impreſſionum aerearum aquearum,& terreſtrium, quæ fiũt vel in media aeris regione,vel inferiori,vel in viſceribus terræ, & ita hæc mea vltima expoſitione de facili cognoſcitũr tacita elemẽtorũ creatio informis. de qua expreſſa non habentur apud Moyſem, niſi de terra & aqua,de aere per tenebras & lucem ſuboſcurè, de igne per impreſſiones quæ ſuper ſecundam aeris regionem fiunt virtute elementaris ſphæræ contiguæ, qua ſuprema aeris regio inflammatur.

Tertia Die congregatæ ſunt aquæ in locum vnum, & apparuit Arida,quam vocauit terram, ac eam virgultis germinare fecit,& ideo terræ informitas remouetur, quæ duplex eſt. Vna inuiſibilis & inanis,quia aquis erat cooperta:altera quia erat incompoſita ſiue vacua.i.non habens debitum decorem, qui acquiritur terræ ex plantis eam quodammodo veſtientibus, & iõ vtraque in hac tertia Die remouetur.

Quid congregatio aquarum. Prima quidem,quia aquæ cõgregatæ ſunt in locum unum.i. eleuatæ in maiorem altitudinem in loco ubi ſunt congregatæ, nam mare altius eſt terra,ut experimento patuit in mari rubro inq̃t Baſilius vel exactiſſimæ congregatione ſunt denſatæ; vel introcluſæ fuerunt in partib.terræ cõcauis & poroſis, ſed melior prima ex primo. Secũda uerò informitas remouetur,q̃a protulit terra herbã virentẽ uel actu in ſua ſpecie: vel cauſaliter.i. recipiens uirtutẽ producendi herbas & virgulta,ſicut uideť innuere Moyſes Gen.2.dicens,iſte ſunt generationes cęli,& terrę quando creatæ ſunt,in die, quo fecit, Deus cœlum & terram: & omne virgultum agri antequam oriretur in terra,omnemq́; hęrbam regionis,priuſquam germinaret,antequam ergo oriren tur ſuper terram,factæ ſunt gloſſatæ lectores,cauſaliter,nã poſt quam & formaliter & cauſaliter creauit ſeptima die quieuit Deus. Qui tamẽ poſtmodum ſecundum adminiſtrationem rerũ conditarum per opus propagationis, uſq; modo operatur: hinc intelligenda ſic uenit auctoritas D.P. Aug. dicẽtis Deus creauit omnia ſimul uel formaliter,uel cauſaliter.

Notanda verba.

Quomodo terra germinauit.

Prop. D. Aug. declaratur.

Vtilitas triplex creatiõis Solis Lunæ, & Stellarum.

Quarta Die facta ſunt luminaria in cælis Sol.ſ.luna,& ſtellæ, in tempora,dies,& annos,ad uiuẽtium utilitatem, & cœlorum ornatum. Prouenit utilitas hominibus quantum ad uiſum primo, qui eſt maxime utilis in operibus,cum ſit directiuus ad res

co-

cognoſcendas ideo dicitur in ſacra Geneſi, ut luceant in firmamento cęli, & illuminent terram 2. prouenit utilitas quantum ad uiciſitudines temporum: quibus & faſtidium tollitur, & ualetudo conſeruatur, & neceſſaria uictui oriuntur; quæ nõ eſſent, ſi ſemper eſſet aut æſtas aut hyems, aut uer, aut autumnus, & ideo dicitur ut ſint in tempora, dies, & annos. 3. utilitas prouenit quantum ad opportunitatem negotiorum, & operum, inquãtum ex luminibus cœli accipitur ſignificatio pluuioſi temporis, uel ſereni, quæ ſunt apta diuerſis negotijs: & iõ dicitur in textu, ut in ſigna .ſ. corporalium tranſmutationum, non autem eorum quæ pendent ex libero arbitrio: & hæc luminaria ad ornatum cœli pertinentia maximè ſupra facta ſunt quarta die, quæ eſt prima ad ornatum cęli pertinens, ſic.n. correſpõdet primo creato, ſ. cœlo: Et primo diſtincto cum luce.

Quinta Die creata ſunt & producta animalia aquea, terreſtria, & aerea, quæ volatilia dicuntur: Nec valet dicere illud tantum aquas producere, ad cuius productionem ſufficit virtus aquæ. Modo non ſufficit ad productionem omnium piſcium & auium, cum plura generentur ex ſemine, igitur malè dicitur producant aquæ &c. Quia in naturali generatione animalium principium actiuum eſt virtus formatiua, quæ eſt in ſemine in ijs quæ ex ſemine generantur, loco cuius virtutis, in ijs, quæ ex putrefactione generantur, eſt virtus cœleſtis corporis: Materiale autem principium in vtrorumque animalium generatione, eſt aliquod elementum, vel elementatum: In prima autem rerum inſtitutione principium actiuum facit verbum Dei, quod ex elementari materia animalia produxit, vel actu, vel virtute, ſeu cauſaliter: Non quòd aqua aut terra habeãt in ſe virtutem producendi omnia animalia vt putauit Auicennas: ſed quia hoc ipſum quòd ex materia elementari virtute ſeminis, vel ſtellarum poſſunt animalia produci, eſt ex virtute primitus elementis data: & ornatus iſtæ reſpondet ſecundæ diei diſt. aquarum. Difficultas. Declaratio.

Sexta die ornatur vltimum corpus. ſ. terra per productionem Animalium terreſtrium, domeſticorum, & ferorum, vt ſunt vrſi, Leones, & Tigres, actualiter, vel ſm D.P. Auguſtinũ cauſaliter vel potentialiter, actualiter vt homo, de quo cum ſit creatura mixta ex anima rationali & corpore, dicam in ſexto Gyro.

Septimæ diei autem benedixit, & ſanctificauit illum: quia in illo ceſſauerat ab omni opere ſuo: quæ ceſſatio uel quies diei, in

die

Quieuiſſe D. O. M. ab opere dupliciter poteſt intelligi.

die ſeptima dupliciter accipitur:primò quidem quantũ ad hoc ꝙ ceſſauit à nouis operibus condendis : ita tamen ꝙ creaturam conditam conſeruat,& adminiſtrat. Alio modo ſecundum ꝙ poſt opera requieuit in ſeipſo, quantum ad primum competit ſeptimę diei benedictio,quia benedictio ad multiplicatione pertinet,nã creaturis q!bus benedixit, dixit,creſcite & multiplicamini,& replete terram: quantum etiam ad ſecundum, maxime .n. ſanctificatio cuiuſlibet attenditur in hoc, ꝙ in deo requieſcit.Vnde & res deo dicatę ſanctæ dicuntur:& ita ſex dierum opera creationis,diſtinctionis, exornationis , cũ creatione & diſtinctione breuiter uobis expoſui lectores in hoc opere de Gyris,prolixius tamen exponam alio in opere iam excogitato poſt editionem Concionum. D. O. M. uitam & inſtrumentum mihi pro ſua bonitate conſeruante A L E X A N D R I P E R E T I Viri Illuſtriſſimi, cuius gyratione admirabili modo cum quinq; Gyris gyraui , & cum ſequentibus ſepté pergyrabo, quos ut pergyrare incipiam ab operibus quinq; Gyrorum ; & precipue quinti , in quo deus ut optimus,ſapiens,& bonus omnia Creando,diſtinguendo, & exornando ſatis ſine gyratione gyrauit ut uidetis quieſco.

SEXTVS

# S E X T V S

## SVBGYRANS GYRVS

*Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Platonicos.*

SEXTVS in ordine gyrus eſt de homine, qui & gyrus propter quem cęteri gyrant gyri Naturales, dicitur, ad eius.n. conditionem & ſupernaturalia & Naturalia concurrunt. Terra.n.incomponi t carnem; Aqua humorem; Aer an helitum, Ignis uiuacitate, Luna motum, Mercurius artem, Venus pulchritudinem, Sol corpoream uitam, Iuppiter uirtutem, Mars fortitudinem, Saturnus firmitatem, Firmamentum uarietatem affectuũ inclinantium, Criſtallinum oculorum luciditatem, Empyreum locationem diuino circunfuſam amore poſt mortis uitalis finem. Angeli ſplendorem, & Deus O.M. animam cum ingenio; omnia à Deo, ſunt in eius miniſterium, Angeli cum omnibus inferioribus ſphæris, & contentis, ſimul cum motibus, & Influentijs: Deus autem in hominis tantum fine ſui giratione, adiutorium gyrat. Quod conſiderantes Platonici, appellarũt hominem Idæarum colligantiam, nec alia de cauſa, niſi quia colligantia ſuæ compoſitionis, cæteros amplexus eſt gyros colligantes & colligatos, non per colligantiam eſſentialem ſed uirtualem, & participatiuam; hinc & Platonicè colligitur hominẽ duplici conſtare ſubſtantia, terreſtri.ſ.& cæleſti, corpore & anima; materia & forma; quæ omnia ſeparatim compoſita extant ex numeris, ab hac.n. compoſitione primum nõ ſecernitur ens: Natura.n. primi entis cum ſit poſt unum, neceſſario eſt prima ſui origine multiplex & numeroſa; quoniam ſi numerus ad entia deinceps iam poſita conſequatur, caſu quodam contigerit numeroſa diſtinctio entiũ, atq; ordo: inſup in ratione ſpeciei unius

De nobilitate hominis, q creatura mixta dicitur.

Platonici.

R cu-

cuiuſq; formali, neceſſario includit unitas, atq; numerus;unitas inquam, quoniam in primo ſui ſigno ſpecies indiſtincta per unitatem eſt a ſeipſa diſtincta,& a quolibet alio, numerus inquã quoniam ſpecies communem in ſe naturam habet cum proprietate coniũctam ; hinc ſanè conijcio ego unitatem , atq; numerũ præcedere omnem ſpeciem rerum,quandoquidem formales omnium rationes in unitate,numeroq; conſiſtunt: nam & unum p̄dicatur de non homine,pariter prædicatur & de homine;& homo ita multitudo quædam eſt ſicut & unus,unum ipſum de homine prædicatum,nõ ſolum negatiuum eſt,perinde ac ſi ſignificaret hunc hominem,& non alium,poſtquam.n. percepiſtis lectores hunc hominem eſſe unum , ſtatim iudicatis ibi non eſſe hominem alterum,qui ipſe etiam in ſe ſit unus; quinimo tam firma eſt unius ipſius natura,ut oppoſitum eius ſ. multitudo , nec exiſtere poſſit abſq; uno , nec intelligi ; imò & omnia quicquid ſunt,unione conſiſtunt: quaſi unum maxime per ſe exiſtat,omniumq; ſupremum,ſine cuius participatione nulla in nobis oritur,& permanet cogitatio : quæ verò cum unitatis participatione multitudo etiam diſcreta ſit aliq̄d unum , & continua magis unum; reſq; indiuidua maxime unum ; certe unum ipſum propriam poſſidet exiſtentiam;igitur homo in ſui ratione formali, unum numerumq; includit:differunt autem numerus in primo ente,& numerus in cæteris ſubinferioribus exiſtens , ille .n.numerãs & traſcendẽs,hic uerò numeratus,& limitatus, ille inſenſibilis & Meth. hic verò ſenſibilis,& phyſicus; ille initium quantitatis & non quantus,hic verò quantus,& non principium , ſed principiatum cum quantitate, ſemper intendens de numero in corpore ſituato;corpora namq; in dimenſiones , hæ uerò in numeros reſoluuntur : In primo .n. exemplari numeri dimenſiones, hæ verò corpora antecedũt, profectò ante corpus naturale eſt ipſum ſimpliciter corpus; igitur & principia huius , ante illius principia ſunt: Item numeri , qui dimenſionum ſunt menſuræ,ante propria rerum naturalium principia cogitantur,quapropter & ſine materia ſenſibili cognoſcuntur,corpus profectò neq; per materiam neq; per qualitatem proprie corpus eſt , ſed per quantitatem ; & cum numeri ſint principia quantitatis, probabiliter a Pythagoricis initia corporum appellantur:habẽt .n.principiorum proprietatem, ſiquidem primis, minimiſq; differentijs ſunt conſtituti & a ſimpliciſſima mox unitate procedunt,quæ quidem ſitum liberè ſupereminens antecedit punctũ

Multipliciter ſanctus numerus.

ſitui

ſitui conſignatum. Imo & ipſa ſupereſſentialis unitas omnem pręcedit eſſentiam ſpecie deſignatam eo quod numerus rerum inter ſe formaliter differentium determinatus eſt in mundo corporeo, per numerum Idæalem certum in mundo diuino, qui tamen illic infinitus dicitur, ſicut & quæuis Idæ, quia totam naturæ ſuæ, uirtutiſq; poſſidet altitudinem, nec extrinſecus determinatur cum ſeipſo ſit ens: quamobrem hac ratione Parmenidis rectè cum unum dixiſſet ipſum ens, non ob aliam conditionē eſſe addidit impaſſibile, niſi quia ſit ens ipſum: eſt igitur corpus numeris compoſitum: ſed cum compoſitum quodlibet ex potentia & actu conſtet, ideo dicebat Plato in Parmenide D.O.M. eſſe infinitum; quia nullum aliunde accipit terminum, in Philebo autem eſſe terminum dixit, quia formis quaſi menſuris paſſim diſtributis omnia terminat, hinc Platonici in compoſitis potentiam ad infinitatem, actum autem ad terminum referunt: proinde in Sophiſta, in Parmenide, & in Timæo, quinq; rerum numerantur genera, ex quibus præter primum, omnia componuntur, eſſentia ſcilicet, idem alterum, ſtatus, & motus: eſſentia ſignificat rationem rei cuiuſque formalem; idem uerò dicitur, quoniam quodlibet & ſecum in primis, & cum alijs congruit. Rurſus addit alterum; quia quandam tum intra ſe, tum ad alia differentiam habet. Præterea ſtatus, quippe cum aliquam ſuam retineat unitatem: denique motus hoc in loco exitum quendam ex potentia in actum, ſiue eſſendo, ſiue quomodolibet intrinſecus, extrinſecusue agendo ſignificat: horum uerò congeriem generum Plato conducere putat animæ ad res omnes, tum iudicandas, cum etiam peragendas: nempe quia ex eſſentia conſtat, quid ſit unumquodque definit, quia ex eodem cognoſcit quid ſimplex, & ſi compoſitum, qua unione coniūctum & quomodo ſecum ipſo, alijsque conſentiat, quia ex altero, quid ſit diuerſitatis in quolibet, & qua conditione, uel in ſe digeratur, uel ſecernatur a cæteris, quoniam ex ſtatu, quale, & quo pacto, quoduis in ſeipſo permaneat quia ex motu conſtat, cognoſcit à quali res quæque, & quali ratione dependeat, item qualia, & quomodo faciat.

Notate Platonici.

Cōp. Plat. rerum.

Aīæ Platonica compoſitio.

Præterea per eſſentiam dat eſſe rebus; Per idem, res ſibi coniungit, & alijs: per alterum verò ſeiungit: per ſtatum in Natura propria confirmat, & ordine: per motum mouet, & efficit, ut moueantur, & agant: quamobrem non immeritò Plato in anima fabricanda, rerum omnium genera, quadam ratione commiſcet:

miſcet: unde Deus, Animam componens, harmonica utitur ra-
tione, tum in rerum generibus inuicem commiſcendis, cum
1 etiã in ꝓportionibus ipſis accipiendis. Vnam.n. principio acci-
2 pit ꝓportionẽ ex uniuerſo. Secundam verò primæ partes duplã:
3 deinde tertiam, quæ ſecundæ quidem ſeſquialtera eſſet, primæ
4 verò tripla: poſtea quartam ſecundæ duplam, quintam deinceps
5 tertiæ triplam: ſextam primæ octuplã, poſtremò ſeptimam quæ
6 partibus ſex & uiginti primam excederet. Prima itaquæ portio,
7 quam accipit Deus ex ipſo generum Fermento ad animam efin-
gendam, eſt unitas, ſecunda Binarius, primæ duplus tertia verò ternarius, cuius ratio tripla eſt primæ.i. unitatis, ſeſquialtera uerò ſecundæ.i. binarij: quarta portio quatternarius, duplus ſecundæ.i. binarij: quinta Nouenarius cuius tripla ratio tertiæ .i. ternarij: ſexta octonarius, cuius octupla ad primum.i. ad unitatem proportio: ſeptima uiginti ſeptem; ratio quidem ad nouenarium tripla: in ijs uerò numeris, rationes omnes compræhenduntur harmonicæ.




**Proportiones muſicales.**

In ſeſquioctaua, inter nouem & octo. proportione ꝓgenuit tonum Muſis nouem obtemperãtem: in ſeſquialtera inter tria & duo diapente, gratiam uocis quintæ Veneream: In ſeſtertia, inter quattuor atquæ tria diateſſerõ, Mercurialẽ vocis quartę naturam, ſeſequæ conſonantijs accomodantem. In dupla, inter duo & unum, item inter quattuor & duo, rurſus inter octo, & quattuor diapaſon, ideſt uniuerſam, & abſolutam octauæ uocis peperit melodiam Apollini dicatam. In tripla, inter tria & unum, item nouem inter tria & tria; rurſus uiginti ſeptem atquæ tria diapaſon diapente.i. octauæ ſimul & quintæ Iouialem cõpoſuit ſymphoniam. In quadrupla inter quattuor & unum & octo atquæ duo, ſymphoniam compoſuit diſdiapaſon, item ꝑ ſonos quindecim Apollini conuenientem. Venuſtatem uerò tũ

uocis

uocis tertiæ,principijs inſeruit diateſſeron; tum uocis ſextæ finibus ſubnexuit diapente, ut delicatiori uocis utriuſque mollitie,hinc quidem ſecundæ uocis, inde uerò ſeptimæ aſperitas leniretur. Ita.n.tertia uox & ſexta ſunt mollitie ſimiles, ſicut ſecunda cadens a prima. Item ſeptima degenerans ab octaua, ſunt aſperitate perſimiles. Harum autem portionum acceptione,tum in muſica,tum etiam in natura tangit miſterium.In muſica quidem, quoniam ad ſeptimum uſquæ gradum omnis uocum progreditur diſcrepantia, poſt quē fit ad eandem reuolutio. In natura uerò,tum quia multa per ſeptenarium in Naturalibus tranſiguntur: qua de re cæteri Platonici ſatis multa dixerunt:tum quia ſeptenarius unitatem habet ut copulam trinitatis,atquæ ex ijs geminis,& ſeipſa rurſus explicat trinitatem.

Eiuſmodi uerò eſt uniuerſi ſimilitudo; quod quidem in tria diſtribuitur,In æterna.ſ.temporalia,& media.Æterna ſub trinitatis proprietate, poſſident in eſſentia quidem ſimplicitatem, in uirtute uerò ſtabilitatem, in actione reflexionem. Temporalia uiciſſim in trina demenſione compoſitionem habent,eſſentiæ iterum uirtutis mobilitatem, actionis deniq; tranſitum: inter has uero trinitates,æternam & temporalem.A N I M A medium obtinens ſeptimum efficit gradum,efficit & nonū,tres .n. habet uultus: nam ad ſeipſam,ad ſuperiora, & inferiora conuertitur: & concreatas habens omnium ſcientias,hinc dixit Plato, In ſcientiarum acquiſitione nō alterari per alterationem perfectiuam, per ſpecierum intelligibilium habitum uel acquiſitionem, quam etiam negauit Ariſtoteles Platoni concordans, ut teſtatur Alex.Aph. 7. Phyſ. ubi ad horum mentem dicit, quòd uolentes addiſcere,primo cognoſcimus ſingulare per ſenſum, ex ſenſu fit memoria,ex pluribus memorijs fit cognitio experimentalis in ipſa phantaſia; & ſtatim quod phantaſia eſt in actu circa particulare, ex naturali ordine ipſius ad intellectū, ſtatim intellectus ſit in actu circa uniuerſale,quieſcens in eo, nulla penitus mutatione facta in ipſo, quòd eſt principium Artis, & ſcientiæ: & hæc cognitio non eſt inductiua, ſed inductioni ſimilis,ſic.n.ſingulare prius eſſet notum apud intellectum;ſit autem huiuſmodi cognitio per diuerſas uirtutes,quia ſingulare eſt in phantaſia,vniuerſale in intellectu,ſic Arabes omnes Ariſtotelis interpretes ut Albubater, Alpharabius, & Auēpace aſſerūt, tertio de anima 20.Quod idem patet. 7. phyſ.20. ubi Symplicius,

Reminiſcētia Platonis.

cius,& Albertus Magnus dicunt,quòd anima ſit de nouo ſciens nulla mutatione facta in ipſa quantum ad actum primum, ſed per ſolam unionem ad phantaſmata bene ordinata, vnde facta tali vnione expergeſit,& in actu ſit intellectus reſpectu ſingularis tunc in vniuerſali relucentis,& dicimus tūc nos ſcire vniuerſale,& per illud ſingulare,nulla penitus mutatione facta quantum ad actū primū : hinc dixit lucidiſſimus Themiſtius quòd nulla eſt inter Ariſtotelem & Platonem diſcrepantia,niſi verbalis,Plato.n.nō diſtinxit nomina,ſed ſola reminiſcentia eſt vſus : Ariſt. verò diſtinctius ſoluit .d. ſcimus actu, quod prius potētia,& in propria Forma,quòd vniuerſaliter erat notū:& ideò ne non diſcrepant:nam anima ſecundum Ariſt. & Platonem, dupplicem habet intelligendi modum,vnum à Priori,à Poſteriori alterum:primo ergo vel in primo naturæ inſtanti ſe intelligit, & demum meliora : & in ſecundo ſigno à ſe quodāmō diſcedens ſpecie intelligit, in tertio totaliter fluit ad extra, & tunc intelligit ſingularia in proceſſu, & in toto tempore iſto dicitur intellectus poſſibilis:ſecundum verò alterum modum.ſ. a poſteriori primo ſenſibilia per phantaſmata intelligit,ab illis excitatus ; iterum ad ſpecies regreditur,oblitus illarum ſecundum actum; & ſic homo habituatus poteſt exire in actum quando vult, & non ante;ita iſte intellectus factus tunc perfectè ſciens; quia ex cauſis cauſata cognoſcens, poteſt ſubſtantias omnes materiales cognoſcere, & dicit intellectus ſpeculatiuus vel in habitu qui dicitur factus ſingula.de quo Ariſt.tertio de anima com.8.& ſic primo dicitur poſſibilis,& ſuſciptiuus ſpecierum, non quod de nouo ſpecies recipiat, ſed quia in ſecundo ſigno redit ad ſpecies deinde ad ſe,& tunc eſt intellectus agens, quia ſe & meliora contemplatur, quo fit vt anima noſtra concreatas habeat ſcientias, nihil enim in ea de nouo cauſatur cognitionis quantum ad actum primum: Et licet dicat Ariſt. quòd intellectus eſt tamquā tabula nuda, id non ad actum primum eſt referendum, vel ad eſſe ſimpliciter Animæ, ſed ad ſcđm videlicet operationem per phantaſmata, ad quàm eſt in potentia, & nullam actu in ſe naturaliter continet, & hæc de ſexto Gyro numeris & proportionibus ſub gyrato ſatis.

Cōcordia Platonis& Ariſtotelis

Notandū

# SEXTVS

## SVBGYRANS GYRVS

*Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Peripateticos.*

SEXTVS ſubgyrans Gyrus eſt homo, qui ut Mercurius ad Aſclepium.d.eſt maximũ miraculum, cum ſit animal ad orandum, & honorandum, intelligens uir ſapiens diuinum poſſe effici hominem ſi uelit, atq; deum; qui ſi altius ſpectetur a uobis lectores, comperietis eſſe magis ſpectandum quam cætera omnia quæ in mundo toto conſpicitis, partim quia eſt rationis capax, partim quia beatitudinis eſt capax & felicitatis partim uero, quia naturæ eſt interpres. Eſt itaq; homo naturæ hymæneus & mũdi, atq; ut nõnullis ſapiẽtiſſimis placet, arbitrarius, honorariuſq; ſuiipſius (ut ita dicam) plaſtes & factor; habet.n. poteſtatem in quam maluerit formam ſeſe traſformandi; in lapidem uidelicet plantã, animal ratione deſtitutũ; intelligentiam, & ipſum D.O.M. hinc Chaleorum perpulchra illa ſententia, cum cętera omnia habeant determinatam formã, ſolus homo nullam habet effigiem propriam, ſed extraneas, & aduentitias quã plurimas; eius rei cauſa eſt, quoniam diuina omnia parens natura ſic operata eſt, ut rebus ſingulis, ſicut res ipſa poſtulabat, proprias operationes miro cum artificio, ac ordine ſemper æquabili, & perpetuò inſereret: Quo circa homini inter oĩum animantium genera præſtantiſſimo, cum ſublimibus diuiniſq; illis, & a concretione mortali ſeiunctis formis intelligere cõmunicauit. Quandoquidẽ homo ipſe ſumma illa, ac propemodum dicta ui intellectus totius orbis ſecretiores, penitioreſq, terræ partes permeat, atq; penetrat; hinc

ad

ad altiſſimas illas mentes conſcendit, ac earum naturas quantũ ſibi licet & poteſt rimatur; quas inuentas ſumma cum iucunditate contemplatur: ſingularem profectò atque incredibilem intellectus nr̃i dignitatẽ. is. n. nõ ſecus quã alter Cameleon, qui diuerſa uarietate conſperſus, ad colores quos uidet, cõuerſione facilima uariatur, cum terrena contemplatur, terrenus; cum cœleſtia cœleſtis; cũ in diuina diuinus, atq; cum deum, Deus efficitur: nõ abre hominis intellectus, & humanus dicitur atq; diuinus; ob id quidẽ humanus, quoniam in eadem animi ſubſtantia, ſen ſui copulatur, cũ iuxta Ariſt. ſent. tertio de anima 61. nihil in hi ſce rebus caducis intelligens reperiatur, quin & ipſum ſenſitiuum ſit. Diuinus præterea, quoniam a materia liber, quoniam ſimplex, quoniam incorruptibilis; quoniam tãdem ad omnium cognitionem natus eſt, ob quam dignitatem admirandam certẽ dictus eſt homo, a priſcis illis ſapientibus nexus dei & mundi: nec defuere alij, qui quoniam in ſe utramque complectitur naturam, hominem ipſum, inter corporea, & incorporea horyzontem appellauerunt: noſq; mundum paruum appellamus ratione continentie, & ſimilitudinis. In oculis. n. conſpicimus Solem, & Lunam: in auribus Martem & Mercurium; in naribus Saturnum & Iouem. In ore ipſo uno, Venerem vnam.

**Homo in ſe uniuerſum continet.**

In ſenſu communi a quo omnes ſenſus, primũ mobile, a quo omnes motus.

In memoria ſpecierum arca Empyreum ſanctorum contentiuum. In immaginatiua aqueum, in intellectu agente deprecante & illuminante ſidereum cœlum uel firmamentum, mille, & mille repletum luminibus: in ore uenticuli ubi fit cõcoctio, elementum ignis, in Pulmone aeris, in cerebro Aquæ. Et in excrementalibus ubi maxime expultrix uirtus dominatur terræ: in corde primus motus qui dicitur diuinus. In tactu, qui eſt ſubtus cutem & carnem neruus per totum corpus difuſus, vnde oritur uirtus motiua, pulſus motus retrogradus. In iecinore motus trepidationis. In media fronte aſpectus celeſtes: In humoribus quattuor coniunctiones bonæ & malæ.

In uenis iecuralibus maria; In uenis capitis flumina;

In uenis pedum fontes. In ſaluatelis uenis manuum riui.

In ſanguine uniuerſaliter extenſo ſtagna. In intellectu eleuationes & depreſſiones, in uoluntate, peregrinas impreſſiones, qui uirtute propria per electionem liberam aut igniuntur, aut reprimuntur, aut condenſantur, aut ſullantur. Cedãt igitur homini

**In oſſibus mineralia & in neruis & muſculis metallaria q bus ſeptẽ dominant planetę cũ ſignis 12. zodiaci.**

homini mirabiliter a D.O.M.cōdito magna domus Cyri cum Palatio ſancti IOANNIS Lateranēſis, a Memnone illo à Sixto V.Pont. Max.iſtud Mauſoleæum Reginæ Arthemiſiæ; & Sepulchrum ſeu monumentum Pij V. ſanctiſſimæ, & feliciſſimæ recordationis in Cappella Sixta ſanctæ Mariæ Maioris in urbe ab eodem Sixto totius mundi cum admiratione,& ſui animi pij cauſa extructum. Colloſum ſolis Rhodianum cum columnis duabus, Traiana ſ. & Domitiana in urbe cum ſanct. Apoſtolis Petro & Paulo a Sixto ſupererectis; Pyramides Ægypti cum ijs in urbe a Sixto omnium cum admiratione ad ſanctū Petrum in Vaticano, ad ſanctum Ioannem Lateranenſem, ad ſanctam Mariam Maiorem, ad ſanctam Mariam ad populum: ælatis manilius Babiloniæ cū ſtructuris incredibilibus in Vaticano totaq; urbe à Sixto eodem, quattuor in annis tantum ſui Pontifi. in eiſdem proſequens factis:Et poſtremo Capitolium, cum cupula iāiam perfecta ſancti Petri de urbe a Sixto: omnia inquam homini cedant:à Memnone.n.Arthemiſia; Rhodianis, Egyptijs,Babilonicis,& Romanis & à Sixto V.Pon.Max.qui homines ſunt extructa & erecta fuere,Anima rationali in ipſis maxime imperante.

In capite & pedibus duos polos mūdi.

Mirabilia à Sixto facta breuitate,& arte.

Hæc.n. de mente Ariſtotelis in tribus libris ſuis de Anima, in 348. contextus diſtinctis,& præcipue in ſecundo in 62.cont. ubi de generibus animarum, earumque potentijs tractat, & in tertio in 68.cont.ubi de intellectiua in hominibus: decem & ſeptem potentias,ſiue uires habet corpore coniunctas,quarū anima in communi eſt primum principium,& ſunt uegetatiua cū ſuis ſpeciebus ſ. nutritiua,augmentatiua, & generatiua: ſenſitiua cum ſenſibus externis quinq; ſ. tactu, uiſu, auditu, guſtu,& odoratu;cum quattuor interioribus, ſ.ſenſu cōi, Phantaſia,cogitatiua,& memoria:intellectiua cum tribus potentijs.ſ. intellectu agente,Poſſibili,& uolunrate,& ita anima rationalis mirabilis in humano corpore has omnes decem & ſeptem potētias exercere poteſt; proprias aūt ſ. intelligere & uelle, etiam a corpore ſeiuncta.

Compendium triū librorum d Anima, Ariſtot.

Vegetatiua eſt ſecundū quam rebus īneſt uiuere,vel eſt actus ſubſtantialis corporis organici phyſici; quo idipſum nutitur, augetur, & generare poteſt.

Vegetatiua cum viribus.

Nutritiua potētia eſt, quæ nata eſt ſaluare ſuū ſubiectum nutricatione,quæ eſt mutatio alimenti extrinſecus adnenientis in ſubſtantiam aliti corporis per uim caloris naturalis, & huic

Nota doctr optimam Medici.

S poten-

potétię nutritiuæ ĩquiũt Galenus & Hypocrates ut uidere potui in Aphoriſmis eorũ, attribuuntur quattuor operationes ſeu uirtutes quæ ſunt Attractio, Retẽtio, Digeſtio, & Expulſio, quæ ita eſſentialiter ſunt ordinatæ & in harmonia, ꝙ ſi una alteri dominetur, in corpore diſſonantia cum infirmitate cauſetur. Nam ſi attractio ſuperet retentiuam, cauſatur uomitus; ſi retentio digeſtionem, cauſatur cruditas, & diuerſio retenti indigeſti in prauos humores: ſi expulſio uel expultrix uirtus dominetur retentrici, ſi naturaliter cauſatur fluxus uel ſimplex & excrementarius: uel cũ ſanguine vel tertio Hepaticus ꝙ fit cũ excremẽta sũt cum ſanguine, & in ipſis reperiuntur quædam ad modum lotuſæ carnis ut uidi ego ipſe Venetijs dum quidam carnalis frater meus Andræas nomine Phyloſ. & utriuſq; iuris Doctor ibidem in Autumno tali uſq; ad mortẽ laboraret morbo a Medicis quibuſdam ignaris eccellentiſſimis tamen habitis, non cognito: a quo ſaluatelæ Venæ in aqua tepida apertæ fuit D. O. M. adiuuante penitus liber factus.

Vnde cauſetur vomitus. Vnde cruditas. Vnde fluxus triplex. Quid Hepaticus fluxus.

Augmentatiua eſt potentia prouehens ſuum ſubiectum ad debitam quantitatem ſibi à natura inſtitutam.

Generatiua uerò eſt potentia ſibi ſimile in ſpecie generans & producens.

Senſitiua cum viribus. Quid ſpiritus vitalis.

Senſitiua uero Anima eſt actus ſubſtantialis corporis naturalis organici, quo idipſum uiuit, ſẽtit, diiudicat, appetit, ſpirat, & loco progreditur, qui & uitalis cognominatur a medicis: dicunt.n. ꝙ ipſa eſt ſpiritus uiuificans corpus, & cognoſcens, diſcernensq; materialia ſenſibilia, & ea proſequens, ordinatus a primario membro ſ. cerebro ad ſpũalia organa: quorum quædam ſunt ordinaria, & in genere, & ſunt illa a quibus principaliter emanat operationes ſenſibiles, quas medici uocant virtutes vitales in organa ſpũalium ſenſuum: ſicut ab hepate principaliter emanãt operationes uegetatiuæ in organa ſpecialia potentiæ uegetatiuæ, qualia ſunt os, ſtomachi, uenter, uenæ, inteſtina, & renes: In ſpecie uerò ſenſitiua organa ſunt membra corporis recipientia ſpiritum & motũ a qualitate ſenſibili ut nerui, oculi, &c.

De ſenſibus exterioribus. Obiectum triplex ſenſibile.

Senſus exterior eſt potentia ſenſitiua in animato corpore, quæ ſpecies rerũ ſenſibilium præſentes non abſentes percipit extrinſecus, cuius obiectum eſt triplex, proprium, ꝙ ab uno ſenſu tantum percipi poteſt, commune, ꝙ a pluribus ſenſibus percipi poteſt, vt magnitudo, motus, quies, numerus, & figura: & per accidens uel medium, ꝙ non per ſe & uirtute propria agit in potentiam,

tentiam, nec mouer ipſam, niſi p accidens ratione alicuius coniũ cti ſibi, & ita ſubſtantia prima non mouet viſum niſi ratione coloris. Circa quod obiectum cum organum eſt bene affectum; & eſt proportio medij, ſimul & æqua diſtantia, ſenſus nunquam errare poteſt: eſt autem quintuplex externus ſenſus ut Ariſtotelis ſecundo de Anima teſtatur, & experientia patet. Tactus, uiſus &c. Conditiones requiſitæ triplices.

Tactus eſt potentia ſenſitiua exterior, ordinata in neruis expanſis per totum corpus, media cute & carne ad depræhendẽdã qualitatem tactilem: unde obiectum talis potentiæ, ſunt primi & ſecundæ qualitates: organum nerò eius eſt quidam neruus, multiplex, & ramoſus, & capilatim quaſi per totũ corpus, ſub carne & cute diſperſus & expanſus tanquam rete quoddam emanãs cum cæteris molliuſculis neruis a cerebro tãquam a radice: vnde pili, oſſa, ungues, & cornua, tactum non ſentiũt, quia non ſunt iſti nerui tangentes, per ea ducti & ſparſi: & ideo caro neruoſa maxime ſentit qualitatem. Obiectũ. Organũ.

Viſus eſt ſenſus exterior oculis percipiens ſpecies colorum, & coloratorum, lucidorumq; corporum: cuius obiectum eſt viſibile, organum uero eſt oculus uiſus, ad quem protenditur colorum neruus opticus & bifurcatus a cerebro ad oculi pupillam, medium uerò eſt perſpicuum ſeu diaphaneitas, ſaltem in extremitate uiſibilis, quodcunque ſit illud in quo color a lumine excitatus remitit ad ſpeciem puram oculis offerendam: nam radius uiſiuus eſt lumen Pyramidale ab obiecto uiſibili multiplicatum, preſertim lucido continuata luminis generatione ad oculorum uiſus: & ita per radium uiſiuum, ſpecies, idolum, & figura rei uiſibilis peruenit ad uiſum cui offertur per medium perſpicuum, cuius quidem radius baſis eſt in re uiſa, conus autem in oculo uidente: & ideo uiſus fit per intramiſſionem, non autem extramittendo uirtutem uiſiuam ut Plato exiſtimauit: defertur. n. coloris ſpiritus ad medium diaphanum reflexum, ad organum uiſus, in neruum opticum ubi fit ſenſatio, ad ſenſũ communem, ubi ut inquit Ariſtotelis fit iudicium, & diſcretio colorum.

Auditus eſt exterior ſenſus auribus percipiẽs qualitatem ex aeris commotione prouenientem ſ. ſonum. Cuius obiectum eſt ſonus; organum eſt auris foris patula, intus autem tortuoſa, & flexuoſa, ne facile elabatur ſonus, cum pellicula ſuper os auris extenſa Myringa apellata, connaturali aere repleta, quæ ſonum

tranſmittit ad communem ſenſum per neruum; ꝙ quaſi a cerebro bifurcatim ad ambas diſcinditur aures: medium eſt aer extrinſecus.

Guſtus eſt potentia ſenſitiua exterior apprehændens ſapores per linguam, medio humido ſaliuoſo. Cuius obiectum eſt ſapor, q eſt qualitas guſtabilis ex humido digeſto in ſicco terreſtri per calorem ſolis uel qualemcunq; & quia diuerſo modo, humor ille cōcoquitur, ideo diuerſæ ſunt ſaporis ſpecies, organum eſt lingua cum ſuo guſtante neruo, qui ſecundum aliquos medicos eſt ſuperior pars linguæ.

Olfactus eſt ſenſus externus naribus appræhendens odorē medio aere uel aqua, cuius obiectum eſt odor, qui eſt qualitas odorabilis ex ſicco cōdocto per uim caloris in humido, organū eſt ſub cerebro proxime ſuper naſum in iūctura frontis & Naſi, vbi sūt duæ carunculæ cauæ, poroſæ, ſicut anteriores mammillæ; quæ cooperiuntur pellicula recipiente & remittente aerem odoriferum aſſidua reſpiratione inſtar follis. Medium eſt aer: & hæc de exterioribus ſenſibus.

De ſenſib. interioribus.

Senſus interior eſt potentia ſenſitiua in animato corpore, qui ſpecies rerum ſenſibilium abſentes & præſentes percipit, diiudicat, diſcernit, comparat, & diutius conſeruat: & eſt quadruplex uel quintuplex, ſ. ſenſus communis, phātaſia, imaginatiua, cogitatiua, & memoria ſecundum aliquos, ſed tres puto ego tā tū eſſe formaliter, reductiuè uel in ſpecie ratione modi quattuor & quinque: ſ. ſenſum communem, phantaſiam, & memoriam cætera ad phantaſiam reducuntur.

Senſus communis eſt potentia ſenſitiua interior apprehændens ſibi tranſmiſſas ſpecies ſenſibilium, quæ ſenſibus particularibus exterioribus ſunt oblatæ, offerens eaſdem phantaſiæ: cuius obiectum eſt quælibet paſibilis & ſenſibilis qualitas, cuius ſpecies abſtracta, & multiplicata per ſenſus exteriores tranſmittitur ad cerebrum, cui inſidet ſenſus communis. Organum eius eſt anterior pars cerebri, ſuper dextrum oculum in primo cerebri uentriculo, ſitum (tres.n. habet ventriculos uel Cællulas) qui cū ſit humidior cæteris, aptus eſt ad omnes ſpiritus ſenſibilium recipiendos, ut cera mollior in receptione figuræ ſigillaris: diciturq; omnium ſenſuum radix, & origo; ab eius.n. cētro oēs nerui ſenſitiui exteriorū ſenſuū ſ. opticus, uiſiuus, auditiuus guſtatiuus ēt olfactiuus ꝓgediunt: actus eius eſt cognoſcere, appræhendere, & differentias inter ſenſibilia ſenſuū exteriorum

riorum ponere.

Phantaſia eſt potentia interior ſibi imprimens altius ſpecies ſenſibilium præſentiũ, & abſentium, atque ex iis ſimiles ſpecies ſenſibiles aut intentiones, conceptuſq́; eliciens, ſi ouis uiſo lupo conceptum inimicitiæ elicit, ita canis baculo uiſo, ita equus audiendo ſono claſſico.

Cuius organum eſt medius uentriculus cerebri paulo ſiccior anteriori, vt ſpecies receptas a ſenſu communi per neruos diutius retineat, ſicut cera ſicca diutius retinet impreſſas ſpecies: & actus eius eſt quintuplex, primus eſt, altius ĩprimere ſpecies ſibi a ſenſu communi oblatas, etiam in abſentia obiecti. Secundus diſcernere & diiudicare ſubſtantiam particularem & ſingularem, & quodq́; ſingulare: Tertius incognita a ſenſu communi certius diiudicare: Quartus concipere ſpecies ſimiles & diſſimiles obiectis ac etiam non obiectis a ſenſibus exterioribus, ut ſunt ſpecies centaurorum, &c. & ideo quartus eſt componendi & comparandi ſpeciem cum ſpecie: quintus eſt ex ſpecie ſenſibili elicere imaginarium cõceptum vel intẽtionem, quæ eſt ſpecies rei nõ corporeæ, neq́; ſenſu exteriori perceptæ; ſed tãtum imaginatione ut patet de oue uiſo lupo concipiente inimicitiam quæ non eſt ſenſibilis. Actus phã taſiæ quintuplex.

Memoria eſt potentia ſenſitiua exterior, quæ ſpecies rerum ſenſibilium ab aliis ſenſibus interioribus receptat & reſeruat. Cuius obiectum eſt ſenſibile perſe ſenſatum vt conſeruabile, ipſa.n. conſeruat ſpecies, quas concipit imaginatiua, cogitatiua, vel phantaſia: organum eſt poſterior cerebri ventriculus. Actus, conſeruare intentiones.

Præter autem hæc corporea, & ſenſibilia quæ homini tamq̃ ſubiecta inexiſtunt materia, reperitur, & altera eius compaginis concurens linea curua, Anima ſ. Rationalis; quam pro uiribus Democritiorum, Cyrenaicorum, & Epicureorum turba deſtruere conata eſt, horum.n. conſideratio in hac corporum mole finiebatur. Contra quam opinionem, ſunt multæ auctoritates; Ariſtotelis; Platonis; Lucretij, Lactantij; Anaxagorę; Socratis, Galeni; Auicenæ; legis diuinæ eſt poſitiuæ, ciuilis, & canonicæ. De intellectu ſeu humana mẽte.

In primo de anima t.c.25. vbi docet animam intellectiuam non pendere à materia.

In primo de anima t.c.65. d. intellectus videtur innaſci, ſubſtantia quædam exiſtens, & non corrumpi, &c.

In primo de anima t.c.66. dum diuinam & impaſſibilem eſſe

ipſam

ipſam atteſtatur,non.n.de Deo intellexit Ariſt. vt ex verus præced.clarum apparet;& ſi poſuit ly fortaſſe,dubitatiuum terminum, id non quia dubitaret, ſed quia nondum demonſtrauerat.

In primo de anima t.c.82. Rationabiliſſimum.n.eſſe hunc, antiquiſſimum,& diuinum ſecundum naturam.

In primo de anima t.c.92.d. humanum intellectum nullam corporis partem continere,ex eoq; ſeparabilem eſſe.

In ſecũdo de anima t.c.xj.d.ſeparabilem eſſe, vegetalẽ autẽ, & ſentientem inſeparabiles eſſe, illam vt intellectum aſſerens non eſſe actum corporis; vt Animam, in t.6.dixit eſſe actum corporis.

In ſecundo de anima t.c.21.videtur & aliud genus animæ eſſe,& hoc ſolum poſſe ſeparari,ſicut perpetum a corruptibili; in 22.ſubdens ꝙ reliquæ partes animæ ſeparabiles non ſunt.

Primo de aïa t. 19.Et ſi Ariſt. utatur verbo illo uidetur, non officit,inquit.n. Aueroes,ꝙ utitur eo loco certitudinis in locis, in q̃bus certitudo eſt famoſa, & reſiduus ſermo eſt manifeſtus, ut de anima,eam.n. inſeparabilem & perpetuam eſſe famoſum erat apud antiquos.

In ſecundo de anima t.c.32. de ſpeculatiuo autem intellectu alius ſermo eſt.

In ſecundo de anima t.c.162.d.Animam ꝓpter egritudinem & ſomnum obtegi, ſe non pati.

In tertio de anima t.c. 1. & 3.d. eam eſſe ſeparabilem & impaſſibilem paſſione corruptiua.

In tertio de anima t.c.10.d.intellectus obiectum eſſe ipſam rei eſſentiam, igitur eſt abſtractus.

In tertio de anima t.c.12.facit dubitationem,dicens,ſi intellectus eſt ſimplex, & impaſſibilis, & nihil cum alijs habet commune ut d. Anaxagoras, quomodo intelliget? ſi intelligere eſt pati?

In tertio de anima t.c.13.habetur pro abſurdo intellectum eſſe compoſitum ex materia,& forma, ueluti materialia intelligibilia.

In tertio de aïa t.c.15.d. & ipſe etiam intelligibilis eſt, ſicut ipſa intelligibilia: in ijs.n.quæ ſunt ſine materia,idem eſt quod intelligit,& quod intelligitur,quod intelligendum uenit tãtum de ipſo intellectu dum ſe intelligit aut intelligitur, ſecus,materialis eſſet.

In

In tertio t. c. 16. d.ſine materia.n.potentia eſt intellectus talium.

In tertio t.c.20. d.ſeparatus autem eſt ſolum hoc quod quidem eſt, & hoc ſolum immortale eſt & perpetuū,quod de Deō intelligi non poteſt,ſtatim.n.ſubdit dubiū,dicens,cur poſt mortem non recordemur? & ſoluit dicens,quia intellectus paſſiuus .i.uirtus cogitatiua,ut Auer.Themiſtius, Phyloponus,& d.Thomas exponunt,eſt corruptibilis.

In ſecundo de ortu & int. t. c. 45.

In primo de animalibus cap. 1.

In quarto de partibus animalium cap.10.

In ſecondo de gen.animalium.c.3.

In ſexto Diuinorum,t.c.2.

In octauo Diuinorum,t.c.8.

In duodecimo Diuinorum t. cap. 17. & alibi pluribus in locis.

Aueroes.2.Meth. dicentis, deſiderium naturale non poteſt eſſe fruſtra, ſed homo deſideriū naturale habet ad ſemper eſſe.

Platonis in Thimeo, Animæ viuent poſt mortem, & poſtea, ad ſua corpora redibunt.

Lucretij,recedit idem retro de terra,quod fuit, ſed quod mirum eſt deforis id rurſum cœli ſulgentia templa receptant.

Lactantij Firmiani.7.Diuin.Inſt.contra gent.Cum pſens anima corpori ſenſum tribuat,& viuere id faciat, fieri non poteſt, vt non ipſa per ſe viuat, & ſentiat, quoniam ipſa eſt ſenſus, & Vita.

Anaxagoræ,cui in morte dictum fuit,vbi humari vellet;Nihil intereſt, aut hic,aut ibi, eadem enim ad inferos tantundem vbiq; eſt via.

Socratis,diſcipulis ſuis dicentis;Deſpicite mortem, & viuet anima veſtra,non timet eam,niſi qui multam fecit iniquitatē.

Galeni,in primo de ſpermate, ſicut lux Solis nullam patitur deciſionem,ſic anima,quæ incorruptibilis eſt.

Auicenæ,Animæ à corpore ſeparatæ, vtuntur quaſi pro organo cœleſtis corporis,quaſi animæ redeant ad compares ſtellas.

In ſacra Geneſi.15.Noli timere Abrahā, merces tua magna nimis.

In Exodo.12.In Leu.4.In Num.18.In Deut.32.

In Ioſue.22.Iud.5.Reg.2.c.1.Paralip.22.

In Thob.4.Iudith.10.Iob.19.Dauid Pſ.21.Prou.10.Eccl.6.

Sap.

Sap. 1. Eccl. 12.

In Iſaia. 32. Hier. 4. Exech. 18. Dan. 3. Ioel. 2. Amos. 5. Oſea. 2 Abdia. 2. Iona. 2. Abachuch. 2. Ageo. 2. Michea. 6. Nahum. 1. Zach. 23. Soph. 3.

In Matth. 6. Ioan. xj. Luc. 12. Mar. 8.

In D. Paulo Rom. 6. Cor. 3. Gal. 2. Eph. 1. Heb. 11. Coloſ. 1. Theſ. 1.

In l. Orfano C. de Ep. & cl. dicitur, omnia, quæ contra bonos mores, uel in pacto, uel in ſtipulatione deducuntur nullius momenti ſunt, propter animæ immortalitatem.

In Can. extra de Pæn. d. 2. c. qui vult, & per Roma. & d. 13. q. 2. c. pro obeuntibus, & c. animæ defunctorum; & c. tempus.

Omnes Theologi, poſitiui & ſcholaſtici, Epicureos, Alexandreoſq; redarguentes, dicunt, Animam rationalem, eſſe ſubſtantiam incorporeā, immortalem, a Deo de nihilo creatam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, ad uiuificandum, & per ſe informandum proprium corpus; demum ad perfectam beatitudinem per gratiam, & bona opera obtinendam.

*De immortalitate Animę.* Non igitur eſt corpus; nec quidem ut materia ſubtraſtum; ideoq; ex actione maxime conſtat, corpus. n. nec materia ex ſe non agunt; ut probat Phyloſ. in lib. de anima, ubi concludit eſſe formā, q. actas eſt, & duplex, primus & ſecūdus, ambo ſubſtantiæ, vt peroptime per cæteris animaduertiſſe auditui Eccellentiſſimum Archangelum Mercenarium iniquiens in talis conceptus explicatione; cum. n. Ariſt. 2. de anima t. 4. probaſſet q Anima non eſt corpus, quoniam corpus non eſt in ſubiecto; Anima uerò in ſubiecto eſt; in principio quinti cont. animæ colligens definit. iniquit Anima ſubſtantia eſt; ſubſtantia autem actus; Actus autem qui huiuſmodi corporis eſt, hic autem duplex eſt, igitur diuiduus ille actus, qui eſt ſubſtātia, in primū & ſecundum diuiſus: cuius eſt duplex modus intelligendi, Actiuè & Paſſiuè: unius eſt illuminare, & illuminando abſtrahere ſpecies ab his & nunc: alterius uero recipere imo vt facit intelligere hoc non intelligendo illud, eo q nō ſit ſui iuris puta materiale, vel ſingulare dicitur agens, vt vero potentia intelligibilis, actu intelligibilia intelligit, dicitur poſſibilis omnia quæ ſunt ſui iuris paſiuè intelligere potens, & cum potentia uolitiua, quæ dicitur potentia motiua animæ rationalis acceptat bona uel recuſat mala. Intellectus oſtendit, uoluntas elicit, & imperat. *Actus ſecundus de mēte Archangeli eſt ſubſtātia.*

Intellectus uerò uel anima rationalis de Ariſt. mente duplex eſt

eſt operatio ſimplex & diuiſiua uel compoſitiua, ſimplex eſt quando ſimplices appræhendet terminos ſub ſimplici ratione ſ. eſſe uel non eſſe; diuiſiua uero ſeu compoſitiua qua cognoſcit p comparationem ſeu collationem, propoſitionem ueram uel falſam, poſſibilem uel impoſſibilem qua motus eſt Ariſtoteles ad componendum ſex illos methodicos libros Logycales ſ. Prædicamentorum cũ Antepredicamentis tribus, & quinq; poſtp̃dicamẽtis ſ. ſubſtantia, quant. qual. rel. actio. Paſſio. vbi, qñ, ſitum eſſe, & habere: deffinitio, diuiſio, & regula, oppoſitio, prius, motus, ſimul, & habere. Perihermenias vbi de terminis ſimplicib. & compoſitis, de propoſitione in ſe, Cathegorica & Hipotetica, Cathegorica ſimplici, & modali, Cathegorica ſimplici de primo & ſcdo adiacẽte, vniuerſali, particulari, indefinita, & ſingulari, affirmatiua & negatiua cũ oppoſitionib. cõuerſionib. & æquipollentijs: De modali cum oppoſitionibus & Æquipollentijs à paucis bene intellectis, licèt ſint faciles cum ſuis regulis: De Hipotetica conditionali, copulatiua, & disiunctiua, cum regulis cõſequentiarum, de quibus omnibus explicitè & implicitè tractat Ariſt. in duobus libris, ſimul & de multiplicatione per difficilima propoſitionum in principio ſecũdi libri: & hi duo libri duodecim tm̃ capitibus cõtinentur, octo primus, & quattuor ſcds. Priorũ tractatq. in duos libros diuiſus, vbi de materia formali, de forma, figura ſ. & mõ cũ generib. oĩb. ſyllogiſmorũ & ꝓprietatibus tractat: poſteriorum, qui poteſt diuidi per libros; capita; contextus, in genere & in ſpecie, ſi per libros in duos: ſi per capita in 42. 27. in primo, 15. in ſecũdo: ſi per contextus, in genere in 310. 203. in primo 107. in ſecundo. Totus curſus Logicæ Ariſt. Compendium Prędic. Omnia in 18. cap. habitæ. Comp. Perihermen. Compendium Priorum & Poſteriorũ.

In ſpecie p cõtextus ĩ quinq; partes prima à 1. vſq; ad 56. vbi tractat de conditionibus quinq; principalibus demoſt. & pertinentibus ad neceſſitatem ſuam ſ. perſeitate, omneitate, & vniuerſalitate: à 56. vſq; ad 103. de duabus conditionibus ſuis, vt dem. eſt, quæ ſunt eſſe ex proprijs, & eſſe ex communibus contractis per terminos proprios, qui faciunt ſyllogiſmum verum, oppoſitum ſyllogiſmo ignorantiæ, qui omnibus ſpeciebus demoſtrationis oſtenſiuè oponi͏̃ aut ſit ſimpliciter potiſſima, qa vniuerſalis, particularis affirmatiua aut negatiua, cum illa ad impoſſibile ducente. A primo ſecundi vſq; ad 48. de proprietate Demõſtrationis, ut diffinitio eſt. à 48. vſq; ad 100. abundantius declarat prædicta. à 100. vſq; ad 7. de principijs.

Topicorum in octo diuiſus libros, in quibus uiginti & ſep-

Cōp. Thopicorum. tem tradit principalia loca arguendi, & comprobandi, quæ reducuntur ad duo tantum .ſ. intrinſeca & extrinſeca.

Elenchorum in duos diuiſus; ubi tradit duodecim principales modos fallaciarum, a quibus ſemper cauere debemus ueritati operatione ſecunda intellectus noſtri incumbētes: ideo Ariſt. compoſuit lib. Prædicamentorū, vt diſcamus modos prædicandi in ꝓpoſitionib. Perihermenias, cōficiendi ꝓpoſitiones cuiuſcūq; generis. Priorum, modum ordinandi terminos & propoſitionis concluſionē neceſſariā neceſſitatē formæ inferrentes, Elenchorum, ut caueamus; Topicorum vt abundemus; Poſteriorū vt uerè, propriè, & ſimpliciter ſciamus; qua ſcientia & cognitione gyrantes ſecunda Animæ noſtræ operatione uoluntate eiuſdem nobiliſſima potentia, bonum & ueritatem eligentes, & ſectantes, nedum omnia mundi miracula excedimus, ſed pares Angelis & Intelligentijs efficimur, D.O.M. ſemper in gyrum contemplantes.

Comp. Elenchorū Sophiſticorum.

SEXTVS

# SEXTVS
## SVBGYRANS GYRVS
### *Circa ſecundum principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

SEXTVS ſubgyrans Gyrus, qui eſt de homine, quoniam ſatis eſt gyratus cum Platone & Ariſtotele, circa eius Naturalia; iō penitus Naturalia ommittens, eorum vulnerationem, & gratuitorum ſpoliationem per peccatum tantum contemplor; oſtendens quid ſit peccatū; Quotuplex ſit peccatum: De exitio à peccatis nobis allato.

Circa primum dico cum Dauid Propheta, ꝙ Peccatum non eſt ſubſtantia; ideo D. P. Auguſtinus ipſum conſiderans in ratione ſubiecti, in quo ſit; in lib. de libero arbitrio, dixit, ꝙ eſt mala affectio animi voluntaria. **Peccati multiplex deffinitio.**

Non eſt ſubſtantia, ideo reſpectu materiæ vnde ſit idem contemplans dixit, ꝙ eſt actus incidens ex defectu bone.

Non eſt ſubſtantia, ideo dixit Sent. Magiſter in reſpectu eius circa ꝙ ſit, ꝙ eſt dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei.

Non eſt ſubſtantia, ideo dixit Diuus Anſelmus, ꝙ eſt carentia debitæ iuſtitiæ.

Non eſt ſubſtantia, ideo dixit, D. Ambroſius, quod eſt præuaricario diuinæ legis, & cæleſtium inobedientia mandatorum.

Non eſt ſubſtantia, quia eſt conuerſio uoluntatis indebita ad commutabile bonum.

Non eſt ſubſtantia, ideo dicitur opus deſtructionis, & defectiuum: ſex. n. ſunt genera operum.

Quando ex nihilo aliquid fit, & hoc eſt primum.

Sex geneſa operũ. Quando ex parua re fit aliqua maior: eſt alterum.

Quando ex pluribus eſſentiis indiuiſibiliter fit tantum una, eſt tertium.

Quando ex una tantum re, plures, ſed non in plus fiunt, eſt quartum.

Quando ex pluribus fit una tantum, ſed non in minus, eſt quintum.

Quando ex aliquo fit nihil, eſt ſextum.

Deſtructionis opus appellatur ſextum.

Coniunctionis quintum.

Separationis quartum.

Vnionis tertium.

Repletionis ſecundum.

Creationis primum.

Tertium cum primo & ſecundo ſemper eſt bonum.

Quintum cum quarto modo bonum, modo malum.

Sextum ſemper eſt malum, & ideo,

Sextum ſemper homini conuenit, Demones omittendo.

Quintum & quartum Deo & homini, Deo ſemper, cum bono & poſitiuo effectu: homini uerò, modo cum effectu, modo autem cum defectu.

Tertium, ſecundum, & primum, ſemper Deo O.M. ſoli conueniunt.

Primum conuenit Deo multis de cauſis.

Quia eſt cauſa libera, & hæc prima.

Quia eſt immediata, ſecunda.

Quia infinita, tertia.

Quia eius uoluntas eſt ſua Regula, quarta,

Quia ſe ſola poteſt facere, id omne quod cum ſecundis. quinta.

Quinta cauſa clara uobis eſſe debet lectores, quia cæteræ cauſæ aut ſint remotæ, ſeu proximæ: omnes contra ignaros naturales, non ſolum quantum ad actus ſuos ſecundos, ſed quantum ad eſſentiam, ad primam habent dependentiam eſſentialem.

Quartam vos ſcire credo; voluntas. n. ſola Dei O.M eſt firma, & inflexibilis, ac omnis uoluntatis creatæ & flexibilis norma.

Tertiam vobis detegunt Doctores; dum inter modos intrinſecos D.O.M. infinitatem ponunt, quæ ſolum eſſentialibus conuenit; & excluditur a notionalibus, identitè tantum infinitis, ratione Diuinæ eſſentiæ.

Se-

Secundam vobis ego expono ſimul cum ſubtiliſſimo Scoto meo dicens. Quia Deus eſt cauſa immediata immediatione cauſæ & effectus, in abſolutis. In relatiuis non tamen, impoſſibilitatem attendendo ex parte rerum.

Primam omnibus Moyſes demonſtrat dicens, In principio creauit Deus cœlum & terram.

Secundum opus quod Deo conueniat notum eſt etiam phyloſophis aut ſine Ionici, aut Italici.

Tertium & pariter. ſolus.n. Deus benedictus poteſt facere uires excedunt naturales.

Quartum & quintum quod ſemper in bono diuino conueniant fit clarum ex conditionibus allatis in primo opere.

Sextum quod Deo numquam, quia Deus duo facere non poteſt. Ea quę genita ſunt, ingenita; Nec peccata, quæ non ſubſtantiæ dicunt. Primũ non: quia implicat cõtrad. ex parte rerũ. Secũdũ uero quia a repugnat ſanctiſſimæ maieſtati diuinæ. quæ nõ ſolũ eſt ſubſtantia, ſed ſupraſubſtantia, & oĩũ a ſe ſubſtantiatũ principium, & ideo ſi peccaret, fieret non ſubſtantia, ſicut homines miſeri peccantes. Reducuntur .n. ad non ſubſtantiam, quia amittunt virtutem, gratiam, vitam, gloriam, gaudium, abundantiam, honorem, ſpem, & ferè eſſentiam, & ad nihilum reducuntur.

Exercuit Deus primum, opus, quando non ſolum diſtinxit, & fecit, ſed & ornauit mundum.

Secundum, quando ex parua Adæ coſta mulierem formauit.

Tertium, quando ſine aliqua naturarum mixtione, indiſſolubili nodo naturam humanam Verbo vniuit.

Quartum, quando diuiſit lucem a tenebris.

Quintum, quando aquas omnes in locum unum ſimul congregauit.

Sextum tunc incæpit exercere homo, qñ ex ſibi vetito fructu comedere auſus fuit, nõ obſtãte diuini creatoris præcepto: quod in primo homine fuit mortale & actuale, in nobis verò eſt originale, quæ quid ſint, vt ſcholaſticè vobis patefaciam.

Circa ſecundum propoſitum inſiſtens dico quod quattuor ſunt peccatorum ſpecies. *Quattuor ſpẽs peccatorum.*

Prima dicitur peccatum originale.

Secunda dicitur mortale.

Tertia dicitur veniale.

Quarta dicitur in ſpiritum ſanctum, quas omnes manifeſtauit

uit

nit Dauid in Pſalmo, Saluum me fac Deus. Primã dũ dicit intra uerent aquę vſq; ad animam meam, nam in nobis intrat a ſe, & .i. non contentiamus ęlicitiuè.

Secundam, dũ dicit infixus ſum in limo profundi.i. propria voluntate, &cæt.

Tertiã, dũ dicit veni in altitudinẽ Maris.i. vſq; ad naufragiũ.

Quartam, dũ dicit. Et tempeſtas demerſit me. A quib. homo propria libertate reſurgere nõ poteſt, ſed oportet eum habere coadiutorẽ D.O.M. influentiã ad minus vt cognoſcat peccatũ eſſe D.O.M. offenſiuum, impeditiuum premij, & inductiuum ſupplicij, cum clamore circunſtantionato moralibus circunſtantijs unde cauſatur attritio, & clamare ad D.O.M. pro auxilio; quod innuit & Dauid in loco citato, dicẽs, Saluum me fac Deus &c. clamaui & raucæ factę ſunt fauces meæ dũ ſpero in Deum meum.

Quid originale. Peccatum originale eſt carentia iuſtitiæ debitæ à Deo poſitæ in voluntate primi hominis, qua ratio Deo erat parens, rationi omnes inferiores potentiæ: homini cum recta ratione & iuſtitia originali cuncta parebant animalia quodam naturali inſtinctu obedientiæ, & vt vno verbo dicam, ſimplici hominis nutui, in ſui obſequium tunc iuſſa facere: ſed amiſſa per inobedientiæ peccatum, & in nobis miſerrimis poſteris debita facta: Non ſolum animalia in obſequiũ viſa, ceſſerunt in exitium: ſed in octo maximas pęnas incidit.

Octo penæ originalis peccati.

1 Euaſit illico ſui creaturis inimicus, hæc eſt prima.

2 Amiſit habitum originalis iuſtitiæ demerẽdo, hæc eſt altera.

3 Obſcurata facta fuit cogitatio ſua quæ erat per ſpeculum clarum, modo per ſpeculum in enigmate quæ eſt tertia.

4 Debitor mãſit temporalium pœnarum cuiuſmodi eſt mors, & huiuſmodi eſt quarta.

5 Expoſuit ſe periculo euidenti æterni ſupplicij, hæc eſt quinta.

6 Statim ſentiit ſtimulum ſenſus quæ eſt ſexta

7 Subiectus fuit ſentẽtiæ illi in ſudore vultus ſui q̃ eſt ſeptima.

8 Et in partu Mulier ineffabilibus præſſuris, quæ eſt octaua, iõ ſubtiles dicunt.

9 Peccatum originale eſſe defectum iuſtitiæ originalis debitæ in eſſe, in primis parentibus amiſſæ, ex tranſgreſſione legis ex actuali peccato primorum parentum in nos deriuata, ad duplicem pœnam obligans nos omnes: quod peccatum in omnibus

bus hominibus ex viro & muliere genitis repertum eſt, reperitur, & reperietur; Virgine ſanctiſſima & beatiſſima Maria Saluatoris noſtri matre digniſſima excæpta; in quod & ipſa incuriſſet, niſi manu Dei omnipotentis ex lege municipiali & condecenti præſeruata fuiſſet ab eo, quo factum eſt, vt ipſa immaculata fuerit iure optimo a fidelibus appellata, eo q fuerit per ſanctificationem præuenta: Quattuor vicibus .n. fuit a tota trinitate ſanctificata.

B. V. ſi-ma Virgo ſine peccato originali.

Prima vice in ſua conceptione, in qua fomes peccati fuit per præuentionem & præſeruationem totaliter extinctus.

Quater fuit B. V. ſanctificata.

Secunda in conceptione Chriſti, quando ab Angelo gratia plena fuit dicta.

Tertia in miſſione ſpiritus ſancti ſuper Apoſtolos, in qua habuit cumulatam.

Quarta in ſui Aſſumptione & glorificatione, in qua fuit gratia altimatè conſummata: Prima ſanctificatio ſatis fuit per liberationem peccati non in quo infuit, ſed in quo infuiſſet niſi præuenta fuiſſet.

Secunda, quantum ad conceptionem filij Dei, tertia, ad recipiendam gloriam in ſpe.

Quarta uero recepit gloriam in re & conſumatam.

In matris vtero prima ſanctificatione in quattuor fuit ſanctificata.

In vtero ī quattuor fuit ſancti ficata.

Primo in corpore uel in carne, ne umq̄ originale aut aliud contraheret.

Secundo in vegetatiua, in prima .n. ſanctificatione ſpiritus ſanctus contulit uim generatiuam Chriſti ſaluatoris.

Tertio in intellectiua, fuit .n. ſupernaturaliter & tunc illuminata.

Quarto in uoluntate, diuino .n. ſemper arſit ardore.

In ſecunda ſanctificatione in virgine ſanctiſſima ſex fuerè in uno & eodem inſtanti .ſ. ſanguinum puriſimorum collectio uirtute diuina, & hoc eſt primum.

Sex facta in ſecūda ſanct.

Formæ corporis introductio. & hoc eſt ſecundum.

Formæ ſanguinis expulſio, & hoc eſt tertium.

Corporis puriſsimi organizatio, & hoc eſt quartum.

Animæ Chriſti infuſio, & hoc eſt quintum.

Verbi cum tali natura & hoc eſt ſextum omnia inquam in vno, & eodem inſtanti, nec prius infuſa eſt anima quam verbum ſit vnitum; ſic .n. aſſupſiſſet perſonam & non naturam.

In tertia. In tertia ſanctificatione cumulatæ & immediatè diſpoſitiuæ ſunt ei gratiæ.

In quarta In quarta tria apparuere magna ſigna. Primum quia ſole fuit iuduta lumine gloriæ conſumatæ in anima & corpore. Secundum quia Lunam tenebat ſub pedibus eius, omnem ſ. corruptibilitatem & flexibilitatem excludens, ſicut excluſit & omne peccatum in tribus præcedentibus ſanctificationib. nā ante quadrageſimū diem creditur a fidelibus in corpore non incinerato, tota cæleſti comitante Angelorum caterua, & beatorum ſpiritū à D.O.M. fuiſſe aſſumptam. Tertium eſt quod ſtellis duodecim maximo cum ſtupore admirant' beati in cœlo, quæ ſunt duodecim prærogatiuæ de quibus in concionibus meis diſcurere promitto: Iſtæ verò ſanctificationes in cauſa fuerunt ut ipſa immaculata diceretur.

Quinque gradus ſāctifi. Quinq;.n.aſſigno gradus ſanctificationis ex ſacra Scriptura. Primos gradus, in quo nec gratia datur, nec culpa diluitur, ſicq; accipitur pro dedicatiōe: & hoc modo intelligitur illa auctoritas Exodi: Sanctifica mihi omne primogenitum.

Secundus gradus, in quo gratia eſt collata ſed non confirmata, ut in Samſone, qui poſtea ipſam amiſit per Dalidam.

Tertius, in quo gratia eſt collata, & confirmata, ſed non immaculata; cuiuſmodi fuit Apoſtolorum, q peccare potuerunt venialiter poſt confirmationem & ita intelligitur dictum D. Pauli de Diuo Petro, reſtiti in faciem, quia repræhenſus erat.

Quomodo B.V. fit & dicatur immaculata. Quartus, in quo gratia eſt collata, confirmata, & immaculata, & ſic B.V.M. fuit, quę ex priuilegio præſeruationis, nec originale, nec mortale, nec veniale habuit peccatum, nec habere potuit, ſtante ſemp diuina circa ipſam præſeruatione, & ideo hac ratione Eccleſia eam immaculatam & ſanctam, ſanctā imò & immaculatam iure optimo appellat. Sanctam, quia ſanctificata cum præuentione, immaculata, quia in quarto gradu ſanctificatur.

Quintus, in quo omnia prædicta, & vltra ad redundantiam gratia datur, vt fuit ſanctificatio Chriſti, quæ in nos abundè redundauit: quarum omnium ſanctificationum ſi ſcire cupitis lectores differentiam, adnotetis quòd ſanctificatio fit ſecundum quadruplicem proportionem: eſt.n. quædam ſanctificatio, quæ eſt a capacitate naturæ diminuta: & tamen eſt capacitati naturę proportionata, ſicuti eſt ſanctificatio Angelorum, eſt.n. diminuta, quia Chriſtus merito, angelos excedit: eſt autem & pro-

Sanctificatio fit ſecundum quadruplicē proportionem.

por-

portionata; quia ſecundum meritum, habent gratiam.

Quædam vero alia, quæ eſt à capacitate diminutæ, & capacitati naturæ improportionata: vt beati Petri & aliorum ſanctorum: eſſent.n. capaces gratiæ, ſicut Beatiſſima Virgo, & Angelus: tamen hoc poteſt plus, & minus, cum tamen omnes ſm eandem proportionem ſint capaces.

Quædam eſt, quæ eſt proportionata adæquatè naturæ, ſed non vltimatè conſumata & perfecta, quia non eſt in ſummo, vt Beatiſſimæ Virginis.

Quædam poſtremò adæquata, naturæ proportionata, & vltimatè perfecta, vt ſanctificatio Chriſti, quæ tanta fuit, quantam ſibi dare Deus potuit, & ita patet quomodo Beatiſſima Virgo à primo genere peccati, & cæteris fuit immunis, cæteri autē homines ex viro & muliere naſcētes, ipſum originale contrahunt, ſicut.n. ex fonte infecto non poteſt de communi lege & naturali potentia exthrai aqua non infecta, ita nec vllus, homo naſci poteſt ſine originali, & carētia debitæ iuſtitiæ in primo ammiſſæ.

Peccatum mortale eſt, quādo libera voluntate actu D.O.M. vel proximum offendimus, ſi non adſit libera voluntas, vt dixit Dauid canens, infixus ſum à meipſo; ſed coactio non eſt peccatū mortale, imò ſi coactio circa actum patienter propter iuſtitiæ defenſionem ſufferatur, cædit in meritum, vt innuit beata Lucia ad Paſchaſium dum vellet eam duci ad Lupanar; dicens ſi me inuectam violabis caſtitas mihi duplicabitur ad Coronam. Quid mortale peccatum.

Peccatum qđ appellatur veniale, eſt, quando aliquid fit contra conſilium, qđ contingit duobus modis. Vno modo poſitiuè contemnendo conſilium, & ſic eſt peccatum mortale. Alio modo negatiuè non exequendo conſilium, & ſtat cum gratia; quod ideo dicitur veniale quia habet cauſam veniæ ſemper, ſ. infirmitatem & debilitatem virtutis. Vel ſecundo, quia cito venit, & faciliter committitur, Vel tertio, quia faciliter recipit veniam per contritionem, quod ſi cum mortali eſt annexum, numquàm diminuitur, niſi prius dimittatur mortale: Quod ſolitis ſum ego in concionibus aſſimilare caniculis, a quibus dum homo tranſit latrantibus, niſi aliquo modo ſilentio dentur, faciliter excitantur maioris, qui latrant & ipſi, ſed & occidunt de domo exeuntes: ita peccata venialia niſi deleantur ab habente remediis Eccleſiaſticis, ita latrant, & male diſponunt, quòd ſępe ac ſæpius excitant mortalia, latrantia & accidentia: Similia Quid veniale. Exempla pulchra de veniali. Primum exemplū.

Secūdum exemplū. ſunt etiam aquæ intranti in Nauem per rimulas, niſi claudātur viæ talis parui ingreſſus;aliquando ſubmergitur Nauis: Item ſimilia aquæ trapiſanti aggerem fluminis per rimulas, quæ ſi terra non repleantur, fiunt temporis progreſſū ſæpe magnæ, & magnum per inundationem afferunt exitium. Ita venialia ſæpe ſimilia ſunt etiam guttulis aquæ frigidæ proiectis in aquam calidam & ebullientem, quæ penitus non extingunt caliditatē & ebullitatem, ſed tepidam reddunt: Nam venialia non extinguunt ardorem charitatis & bonorum operum,ſed reddūt hominem tepidum in operibus charitatis.

Tertium exemplū.

Peccatum verò in Spiritum ſanctum illud eſt, ꝙ ex malitia committitur excludente principia remiſſionis per auerſionem & conuerſionem,auerſionem à Deo,& conuerſionē ad Creaturas: pro cuius notitia aliqua vobis digna adnotetis lectores beniſſimi: quorum primum eſt,ꝙ peccatum non dicitur in Spiritum ſanctum,quia fit contra perſonam Spiritus ſancti,& non contra alias actualiter,vel virtualiter,quia virtualiter eſt contra omnes; nec minus quia fit contra ſpirationem paſſiuam:ſed q̄a aut eſt actualiter contra perſonam Spiritus ſancti, aut contra appropriatum Spiritus ſancti,ſ.voluntatem,bonitatem,& miſericordiam,quam excludunt ſic peccantes.

Quid peccatum in ſpiritum ſanctum.

Quare dicatur in Spiritum ſanctum.

Secundum eſt,quòd dicitur ex malitia & ex certa malitia, quia & ſi homo peccator ſciret ꝙ Deus talia non remitteret, tamen committeret.

Tertium ꝙ dicitur peccatum irremiſſibile,non quia non poſſit remitti: nam quotieſcunque ingemiſcit peccator,Deus bonitate ſua remittit: ſed quia excludit auxilia Dei & præcipue miſericordiam principium formale ex parte Dei remiſſionis peccatorum. Secundo quia excludit ſpem veniæ, quæ eſt principiū diſpoſitiuum ad remiſſionem; Credens miſer peccator non ꝙ Deus non poſſit, ſic enim eſſet infidelis, ſed quòd nolit, & ita deſperat.

Quare dicatur irremiſſibile ex Scoto.

Quartum ꝙ cum ſex ſint auxilia quibus ſic peccans opponitur,ſex etiam ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Primum auxilium per Dei miſericordiā eſt miſericordia ipſa reſpectu promiſſorum,vt quotieſcumque ingemuerit, &c. in Spiritum ſanctum peccans deſperat, ſicut legitur de Cayn & Iuda.

Sex ſpecies peccati in Spiritū ſanctum.

Secundum auxilium eſt diuina iuſtitia reſpectu puniendorū, de quo dicitur, niſi conuerſi fueritis,gladium ſuum vibrauit & tetendit

tetendit illum; peccator autem pœnitentiam excludens & dolorem commiſſorum,nimis præſumens de diuina miſericordia impænitens remanet, & peccat in Spiritum ſanctum, & ita præſumptio eſt ſecunda ſpecies peccati in Spiritum ſanctum.

Tertium auxilium eſt,quod diuina voluntas hortatur peccatorem ad contemplandam peccati commiſſi vilitatem,& conſequenter ad deteſtationē, iuxta illud, vos eſtis ex nihilo,& opus veſtrum ex eo quod non eſt: homo verò huic ex certa malitia ſe opponens, ſemper progreditur peccans, maxime faciens terrenas delitias, & ita conſtituitur tertia ſpecies propoſitum ſemper peccandi.

Quartum auxilium eſt,quando diuina voluntas mouet cum libertate hominem ad contemplationem breuitatis peccati, & delectationis,quarta autem ſpecies fit talis peccati, quando tali obſtinatione opponitur.

Quintum auxilium eſt, quando Deus ſua bonitate facit cognoſcere veritatem in iuſtificatione iuſtorum, & punitionē malorum; quam veritatem cognitam peccator impugnans pro ſemper, ſeq; tali auxilio opponens in Spiritum ſanctum peccat, & conſtituit ſecundam ſpeciem talis peccati.

Sextum auxilium eſt, communicatio charitatis,& bonorum operum,quia per orationem iuſti,iniuſti conuertuntur,iuxta illud, particeps ſum ego omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua, cui ſe opponens peccator inuidens de bonitate, & charitate proximi, cupiens ipſum ſibi eſſe ſimilem peccat in ſpiritum, & conſtituit ſextam ſpeciem. Quæ omnia peccata, originale ſ.mortale, veniale, & in Spiritum ſanctum ratione ſubiecti & potentiæ ſunt vnum,quoniam in voluntate, ac etiam ratione malitiæ, quoniam in omnibus eſt exitioſa: differunt autem ratione effectuum.

Differentia autem à priori mortalis, venialis, & in Spiritum ſanctum, quattuordecim gradibus cognoſcitur. *Differentia à priori peccatorum per quattuordecim gradus.*

In primo gradu ex fomite fit motus quidam titillationis in carne ad inordinatas voluptates.

In ſecundo gradu mouetur ſenſitiuus appetitus ſenſui coniunctus motu delectationis circa illud, ad quod caro titillat.

In tertio mouetur motu deſiderij ad proſequendum illud in opus, quem motum ſenſu mediante appræhendit ratio ſimplicis intelligentiæ.

In quarto mouetur voluntas motu delectationis, condele-

ctando appetitui ſenſitiuo.

In quinto mouetur motu in delectationem.

In ſexto mouetur deſiderio conſenſus ſubreptitij, & cito cupiens exequi tale opus, & hic eſt limes venialis peccati.

In ſeptimo eſt voluntas aſſentiens delectationi per aliquòd ſpatium temporis cognoſcens id eſſe peccatum, & hic eſt infimus gradus, in quo mortale ponitur ex delectatione moroſa.

In octauo eſt verus, plenus, & liber conſenſus in delectatione.

In nono eſt conſenſus in opus, & ſecundùm Auguſtinum de ſermone Domini plenum peccatum, notum Deo in corde noſtro.

In decimo ſi facultas adeſt, ſequitur operis exequutio.

In vndecimo ex frequentatione peccati naſcitur conſuetudo.

In duodecimo ex conſuetudine oritur deſperatio.

In tertiodecimo ex deſperatione obſtinatio.

In quartodecimo finalis impenitentia. Vnde dicebat D. P. Auguſtinus in ſermone de Pharaonis obduratione ex multitudine peccatorum deſperatio naſcitur, & ex deſperatione obduratio generatur iuxta illud, peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.

Quorum omnium fundamentale eſt originale: in primo, ſecundo, & tertio, gradibus; in quibus ſunt motus primi primò primi quæ in voluntate non ſunt, & ideo ijs nullum committitur peccatum: in quarto, quinto, & ſexto in quibus concurrit voluntas, licet ſubita & ſubreptitia, conſiſtit veniale peccatum: in ſeptimo, octauo, nono, decimo, & vndecimo, in quibus plena concurrit libertas in aſſentiendo, exequendo, & proſequendo, conſiſtit mortale: in duodecimo, tertiodecimo, & quartodecimo, in quibus voluntas peccatrix media, & auxilia, vel principia remiſſionis, ſ. miſericordia, & ſpes veniæ, conſiſtit peccatum in Spiritum ſanctum.

Oēs ſpēs peccatorū à Dauid demōſtrātæ in Pſalmo 68.

A primo vſque ad tertium cum fundamento, ſcilicet originali cum fomite dicere poſſumus cum Dauid intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.

A tertio vſque ad ſextum pro veniali: Veni in altitudinem Maris.

A ſexto

A ſexto vſq; ad vndecimum incluſiuè pro mortali. Infixus ſum in limo profundi.

Ab vndecimo vſq; ad decimum quartum pro irremiſſibili, Et tempeſtas demerſit me: & ita pro computo habetis lectores à cauſa & à priori quid ſit originale, mortale, veniale, & in ſpiritum ſanctum.

Quintum & vltimum circa hunc gyrum eſt ꝙ multa affert exitia. Exitia à peccatis allata.

Peccatum.n. mentem indurat. Induratum eſt cor Pharaonis. 1

Aufert ſtabilitatem ab anima. Peccatum peccauit Hieruſalem propterea inſtabilis facta eſt. 2

Spiritum captiuat. Sentio aliam legem captiuantem me in lege peccati. 3

Rapit à populis abundantiam. Miſeros facit peccatum populos. 4

Occultat ueritatem. Quæretur peccatum illius & non inuenietur. 5

Introducit mortem. Stipendia peccati mors eſt. 6

Onerat conſcientiam. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum. 7

Deſtruit merita. Qui in vno peccat, omnium factus eſt reus. 8

Excitat deſperationem. Peccator cum in profundum peccatorum veniet, contemnit. 9

Opponit ſe omnib. Creaturis, & illis ſemper contrariatur nã. Peccatum omnib. rebus oponitur.

| | |
|---|---|
| Terra germinat | Peccatum vero eſt ſterile |
| Aqua lauat | Peccatum maculat |
| Aer dat vitam | Peccatum mortem |
| Ignis inflammat | Peccatum infrigidat |
| Luna refrigerat | Peccatum adurit |
| Mercurius eſt facundus. | Peccatum mutum |
| Venus eſt læta | Peccatum triſte |
| Sol eſt lucidus | Peccatum obſcurum |
| Mars eſt fortis | Peccatum debile |
| Iupiter benignus | Peccatum malignum |
| Saturnus grauis | Peccatum leue |
| Primum mobile regulare | Peccatum ſine ordine |
| Empireum firmum | Peccatum inconſtans. |

Si Creaturis opponitur igiť Deo ẽt: igiť & peccator eſt Dei inimicus; ſtudeatis ꝑpea lectores oĩb. cum hominib. ab originali mundati per ſacrum baptiſmatis fontem; mortale, veniale & in

in ſpiritum ſanctum abhorere, ſed in modum gyri facti lineis perpendicularibus ad infima relictis & omiſſis; veſtræ creationis & conſeruationis D. Optimo Maximo regyrantes, gratias ſummas agatis; qui vt ab hoc nos liberaret maximum & ipſe pro ſua bonitate fecit gyrum per incarnationem, de quo in ſequenti.

# SEPTIMVS
## SVBGYRANS GYRVS

### *Circa tertium principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

SEPTIMVS in ordine ſubgyrans Gyrus, quem nec Plato, nec Ariſt. voluntate fideli gyrantes dignouerũt, vt ex eorum ſcriptis ſatis clarum apparet, (ad ſextum.n.vſq; tãtum prælibatũ naturalibus, & medicis alis attigerunt) eſt de incarnatione, & humanatione verbi æterni, æterni patris filium, qui vt alter Hæliſeus manens in Carmelo monte cœlorum, ad mortem Sunamitidis filij, videns ꝙ Iezi ſeruus ſuus, ſ. Moyſes cum baculo legis à morte peccati, & perpendiculari linea liberare non poſſet, miſericordia motus maximum fecit gyrum, à monte ad domum Sunamitidis ſ. naturæ humanæ, cui ſe cum commenſuraſſet per vnionem ineffabilem, puerumq; viuificaſſet, & lineam perpendicularem poſſe recuruare eidem meruiſſet, iterũ ad mõtem, vñ venerat regyrans, pfectum faciens gyrum, reuerſus eſt: non poterant homines peccati obſtaculo, ad cœlum regyrare, vnde ſpiritus & animæ venerant, niſi filius Dei carnem aſſumpſiſſet humanam, cœlumq; per merita illis aperuiſſet: deſcendiſſet vtiq; & ſi non fuiſſet peccatum, ſed non vt redemptor, vt tantum glorificator. ſic.n. videtur dicere ſymbolum Nicenum, vbi habet hæc verba; *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis*. Prius propter homines glorificandos, ſed poſt peccatum propter eorum ſalutem.

Nota conceptum de Aduentu Chriſti & ſi Adã nõ peccaſſet.

Idem claré patet per hiſtoriam Euangelicam de Cæco nato,

to, vbi dicitur: Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate, igitur in itinere erat pro hominum glorificatione, quando hominem peccato obcæcatum vidit; & de Matthei vocatione dicitur: Præteriens Ieſus vidit hominem ſedentem in Thelonio. igitur & vt glorificator, & vt redemptor: pro cuius ineffabilis gyri notitia ſeptem modis Verbum incarnatum contemplor ratione humanitatis ſ. vt

est {
Ex matre
In matre
Cum matre
A' matre
Pro matre
Sub matre &
Ad matrem.
}

Sed prius contemplor quis ſit ille, qui eſt ſeptem modis, & qualis ſit generatio eius æterna, de qua & in ſecundo ſubgyrāte gyro ſecundum Theologos non pauca dixi: tertio qualis ſit generatio temporalis vel vnio Hippoſtatica, cū ſeptem modis.

Circa primum propoſitum adnotetis lectores, ꝙ illæ qui æternè & temporaliter generatur eſt Dei filius, Verbum dictū à ſanctiſſimo Ioanne Euangeliſta in initio Euangelij ſui, dicente in principio erat Verbum, & inferius, & Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis.

Verbum eſt filius Dei, ſed non humanum, nōn Creatum, non cauſatum, non factum, ſed diuinum, increatum, incauſatū, benè tamen eternè generatum & temporaliter, in temporis plenitudine humanatum.

Verbum eſt filius Dei non tamen vt vocale vel mentale noſtrum, eſt. n. accidentale, tranſitorium, multiplicabile, imperfectū, & explicabile: ipſum verò eſt ſubſtantiale, permanens, vnicum, perfectum, inexplicabile, incompræhenſibile, & inenarrabile, noſtrum omnium tamen amore caro factum: ſimile verbo noſtro mentali, quod emittere non poſſumus, ita vt intelligatur, niſi voce cooperiatur & tegatur; ita verbum æternum oculis corporeis videri non poterat, niſi velatum carne in mundo appareret.

De Verbi æterni æterna generatione diſcurſus.

Verbū eſt filius Dei, igitur Deus, nō Deus pater, aut ſpūs ſan. ſed alius à Patre, & ſpū Sancto, non alietate Eſſentiæ, cum vna ſit, & ſingulariſſima in tribus, ſed alietate perſonæ, & hoc nonniſi æterna originatione intellectiua, aut generatione, quæ in

Creaturis

Creaturis triplex eſt in genere.

Prima dicitur per diffuſionem.

Altera dicitur per expreſſionem.

Tertia dicitur per propagationem; & omnes iſtæ tres diuerſum ſortientes effectum, aliquid oſtendunt æternæ generationis verbi.

Triplex modus generatiōis in creaturis.

Prima, quæ eſt per diffuſionem eſt quadruplex.

Quia lux generat ſplendorem.

Ignis generat caliditatem.

Fons generat flumen.

Nebula generat pluuiam.

Ita verbum Dei filius à patre generatur,

Vt ſplendor à luce: qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.

Vt calidum ab igne. Rubus ardebat, & non comburebatur.

Vt flumen à fonte. Fluuius egrediebatur de loco Paradiſi.

Vt pluuia à nebula. Quomodo imber deſcendit de cœlo, ſic erit verbum meum.

Sed multo ijs perfectius, cum eis multa deficiant nam

Splendori deficit æqualitas, cum clarus non ſit ſicut lux.

Calido deficit intrinſicitas, igni. n. accidit, non eſt ſubſtantia.

Flumini deficit perfecta ſocietas, totus. n non oritur ſimul.

Pluuiæ deficit integritas, quia nõ integra, ſed guttatim cadit.

Verbi autem generatio æterna eſt, æqualis, intrinſeca, & ſubſtantialis, perfecta, & integra.

Altera quæ eſt per expreſſionem fit quattuor modis, quia

Obiectum generat ſpeciem.

Sygillum generat Imaginem.

Homo generat vocale verbum.

Mens generat cogitationem: ita verbum æternum Dei filius generatur.

Vt ſpecies ab obiecto. Spetioſus forma præ filijs hominum.

Vt imago a Sygillo. Imago eſt bonitatis illius.

Vt verbum ab homine. Semel loquitur Deus & ſecundo non repetit.

Vt cogitatio à mente. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram.

Sed multo perfectius, cum ijs multa, vt ſupra deficiant. nam

Speciei deficit veritas, nam ſpecies lapidis non verè lapis eſt in oculo.

Imagini deficit ſimplicitas, non.n. eſt in indiuiſibili puncto, ſed habet diuerſas partes.

Verbo deficit ſtabilitas, cito.n.tranſit, & non permanet.

Cogitationi deficit ſubſtantialitas; mentis .n. conceptus eſt accidens, verbi autem generatio, eſt vera, ſimplex, permanens, & ſemper ſtans, & ſubſtantia.

Tertia quæ fit per propagationem eſt & ipſa quadruplex, quia

Germen generatur à ſemine.

Arbor à radice.

Proles à Ventre.

Filius ab actione patris: ita verbum æternum a patre generatur.

Vt Germen à ſemine. Erit germen domini in magnificentia.

Vt arbor à radice. Lignum vitæ eſt ijs, qui appræhenderint eam.

Vt proles a ventre. Ex vtero ante luciferum genui te.

Vt filius ab actione patris. Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Sed multo perfectius, quia ijs multa deficiunt, nam

Semini deficit ſpecioſitas, cum ſit informe & confuſum.

Radici deficit conformitas, nam alia eſt forma radicis, alia arboris.

Ventri deficit actio; in creaturam .n. paruam habet actionem.

Filio deficit tempus, ante.n. filium eſt pater in tempore.

Generatio autem verbi eſt pulchra cum diſtinctione, conformis, æterna, & æqualis, imo de ſe neceſſaria vt in ſecundo gyro dicebamus.

De ſecunda Verbi generatione diſcurſus.

Secunda autem generatio fuit libera, & *propter noſtram ſalutem*. Nam

Secundum humanitatem, propter nos.

Ex matre carnem, ſ. hominis accipiens, Dei eſt & hominis filius.

In matre vero nouem ſtetit menſibus decurſis.

Cum matre paſſibilis & mortalis, *Crucifixus*, *Mortuus*, & *ſepultus*.

A matre Virgine in virginitate fuit genitum, de ſpiritu Sancto conceptum.

Pro

Pro matre, Ioſeph & fabri filius nominari uoluit.

Sub matre ſemper ſubditus ſtetit.

Ad matrem virginem in cruce eſt loquutus, & ita virgo uirginum, virgini comendauit.

Ex matre carnem aſſumens factus eſt caro præter carnem: iuxta carnem:

Infra carnem: ſupra carnem: contra carnem: propter carnem.

Præter carnem, fuit n. tantum opus ſpiritus ſancti, vt dixit Angelus; Spiritus Sanctus &cæt.

Iuxta carnem propter maximam vnionem naturarum in ſuppoſito Deus: factus eſt enim ex ſemine Abrahæ ſecundum carnem.

Infra carnem; propter maximam ſuam humilitatem; qua ſe vſq; ad mortẽ humiliauit, vt dixit D. Paulus. Factus eſt obediẽs vſq; ad mortem.

Supra carnem. eius. n. caro corruptionem nunquàm cognouit. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem.

Contra carnem, quia docuit nos cauere a carnalibus concupiſcentijs, & fortiter præliari. Vos perſequutionem patiemini &cæt.

Propter carnem, quia propter nos homines & propter noſtrã ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de ſpiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt.

In matre habitãs tria fuerè priuilegia: Primũ fuit ꝙ in ea fuit homo ſm ſe totum, de ſubſtãtia matris intelligatis li de, dicit cauſam materialem: nam beatiſſima virgo talem benedictam prolem totaliter cauſauit, quia ibi nulla alia materia concurrit, niſi puriſſimi ſanguinis eius, non tamen omnino digeſtum: ſed ſpiritus Sanctus illũ ſanguinem ultimatè digeſſit; vt ſic haberet ſufficientes ſpiritus actiuos ad digerendum. & ideo dico ꝙ beatiſſima virgo cooperata eſt ſpiritui ſancto ad formam.

Carnis ſolum, non tamen ad tranſubſtantiationem ſanguinis vel ad introductionem organizationis, illa. n. tantum à Deo fuerunt vt ab efficiente.

Secundum priuilegium fuit, ꝙ decem menſibus ſtetit in vtero matris, & hoc eſt illud ꝙ ſcriptura in perſona Chriſti dicit, decem menſibus in vtero matris alitus ſum: quia duo tantum menſes excluduntur, in quibus Chriſtus non habitauit in Virgine, ſcilicet Ianuarius, & Februarius.

Tertiũ fuit ꝙ in utero matris verè potuit nutriri, & augeri ſine diſcretione.ſ.vel grauidatione,ꝙ aliquib.parum difficile vr̃.

Cum Matre Chriſtus natus ante paſſionẽ multa fecit miracula,& præcipuè Transfigurationis, dotes oſtendens gloriæ ſuæ, quam habuit ab inſtanti ſuæ conceptionis in vtero Matris: ſemper enim fuit perfectè beatus.

A Matre conceptus fuit ſine peccato,& ſine dolore extra gemitus,Virgine ipſa remanente,non obſtante quòd tantam quantitatem habuerit,quantam alij pueri communiter habere ſolẽt. eius tamen corpus in Matris vtero habuit uerè ordinem partiũ in toto,& non in loco,ſicut in hoſtia,ideo nõ erat ibi diſtinctio localis: ſed ſolum diffinitiuè:& tunc potuit egredi de vtero Virginis per clauſtra,ſine ipſorum apertione: Nec oportet ibi ponere nouum miraculum,quòd duo corpora fuerint in eodem loco localiter: ſed vnum corpus fuit diffinitiuè in alio.

Notanda doctrina.

Pro Matre, ne lapidaretur à Iudæis, filius fabri noĩari uoluit;

Sub Matre ad hominum omnium exemplum humiliter ſubditus ſterit.

Ad Matrem in Cruce loquens,& dicens.*Diſcipulo,Ecce Mater tua*: non eſt dicendum,quòd ipſam voluerit facere Matrem naturalem,ſicut ſuiipſius.

Ex Matre,Chriſtus corpulentam aſſumpſit ſubſtantiam: non tamen ſecundum rõnem ſeminalem,& ſecundum cõem naturę curſum: ideo ſanctiſſimus,& puriſſimus fuit.

In Matre,quia habuit plenitudinẽ gratiæ: Intellectus animæ eius omnia videbat in verbo. Vnde adnotetis Lectores has octo Concluſiones,quarum

De cognitione Intellectus aĩæ Chriſti.

Prima eſt. Intellectus animæ Chriſti perfectiſſimè nouit omnia notitia intuitiua,quæ eſt in Verbo, quia quidquid perfectionis potuit facere Deus in anima Chriſti,fecit: & hoc modo non proficiebat in ſapientia.

Scoriſtica expoſitio.

Secunda: Intellectus animæ Chriſti cognouit omnes quidditates in proprio genere abſtractiuè habitualiter: habuit enim ſpecies intellectuales omnium quidditatum, & ſic nec potuit proficere.

Tertia: Intellectus animæ Chriſti cognouit omnia ſingularia abſtractiuè habitualiter in proprio genere: taliũ enim dico probabiliter habuiſſe ſpecies,& ideo nec ſic proficiebat.

Quarta: Intellectus animæ Chriſti non cognoſcebat omnia Notitia abſtractiua actuali; quia virtus naturalis Intellectus ani

mæ

mæ Chriſti non poterat ſe extendere ad omnia, quorum ſpecies habebat, ſed modo cognoſcebat vnum, modo aliud, & ita proficiebat ſapientia.

Quinta; Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia in proprio genere intuitiuè habitualiter; Non enim cuiuſcunque obiecti ſimul habebat præſentialitatem: & ſic proficiebat ſapientia.

Sexta: Intellectus animæ Chriſti non cognouit omnia intuitiuè actualiter in proprio genere, quia multa obiecta non erant ſibi præſentia: non enim me talia ſcribentem ſic cognouit, quia præſens non eram.

Septima: Intellectus animæ Chriſti nõ cognouit omnia, quo ad notitiam habitualem imperfectam; quia multos actus elicere poterat ſpeciem cauſantes, quos numquam elicuit: & ſic proficiebat.

Octaua: Intellectus animæ Chriſti cognouit omnia notitia intuitiua actuali imperfecta; quia non recordabatur omnium, quorum recordari poterat, & ſic proficiebat in matre adhuc in primo inſtanti ſuæ conceptionis exiſtens.

Cum Matre in vtero, & extra ſe transfigurauit: pro cuius mirabilis myſterij notitia adnotetis quęſo lectores, quòd Chriſtus quatuor vicibus ſe transfigurauit. Quadruplex Chriſti transfiguratio.

Prima vice, quando bonitate ſua immenſa, corporea ſe tegẽs figura, factus eſt homo, vt nos in ipſum ſic transfigurari pulchritudinem formæ nobis in Paradiſo datam repręſentaremus.

In hac prima transfiguratione grauans caro effertur, & ideo in Euangelio transfigurationis Euãgeliſtarũ dicitur, Aſſumpſit. Prima trãſfiguratio

Renouatur imago, ideo dicitur, *Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, &c.* Cõceptus de transfigur. 1.

Homines Chriſti virtute adumbrantur. Et nubes lucida obumbrauit eos: & ita cum ipſe in nobis omnia euaſerit: in nobis non debemus alium habitantem quærere præter Ieſum, vt dicatur. Neminem viderunt niſi ſolum Ieſum, & hic modus transfigurationis Chriſti in nos, & noſtrum omnium in Chriſtum, eſt vndecunque admirabilis: eò quòd eius cauſa nulla eſt diuiſio inter marem & fœminam, ſed omnes vt vnica ſpecie contenti ſic transfigurati in Chriſto erunt Angeli Dei, non ratione loci, ſicut inter barbaros & Scytas, ſed omnes vnum erunt ratione loci, ſcilicet cœli, hæredes facti Dei, & cohæredes Chriſti.

Nec minus rõne ſeruitutis, & libertatis; ſed oẽs vnum erunt

ratione

ratione gratiæ,& gloriæ conſummatæ, imaginem Dei, & Chriſti tantum portantes. Expoliantes veterem hoīem, & nouum induentes forma ſpūali; & hoc eſt myſterium à nullo Scotiſtarum noſtri temporis, nec prius, ut patet ex ſcriptis eorum intellectū, neſcientium ſoluere dictum illud Scoti Doctoris ſubtiliſſimi 2. Sent. diſt. 20. q. 2. quòd, ſ. in Reſurrectione, mulier reſurget vir; intelligātis Transfigurari hac prima Chriſti transfiguratione, qua omnes cum omnibus in Chriſtum transfigurabuntur, ſi ſalui erunt.

Notate lectores dubij nobiliſſimi ſolutionē quo modo in Reſur. mulier reſurget Vir.

Secunda transfig.

Secunda Chriſti transfiguratio fuit, quando cum matre, & hominibus conuerſans tot modis, admirandis equidem, humanitate ſua, Theſauros diuinitatis ſuæ cælabat; quod conſiderantes creaturæ, legitur ꝙ ceciderunt in facies ſuas, videntes ꝙ homine Deum transfigurabat, & maieſtate diuinam carnem.

Quod erat homo & quod erat Deus ſimul.

Quia hominem carnem ex matre aſſumpſiſſe aſſerimus. Et verbum caro, &cæt.

Quia Deus. Ex patre ante luciferum eſt genitus.

Quia homo. Iacuit uagiens in præſepio.

Quia Deus. Gloria in altiſſimis & in terra pax Angeli canūt.

Quia homo, circunciditur.

Quia Deus dixit Simeon: Nunc dimittis ſeruum tuum domine &cæt.

Quia homo. Ieiunauit Quadraginta diebus & noctibus.

Quia Deus. Acceſſerunt Angeli & miniſtrarunt ei.

Quia homo, cum Phariſeis manducauit.

Quia Deus, Magdalenæ peccata dimiſit pęnitenti.

Quia homo, ad Lazari amici monumentum humani generis miſeriam fleuit.

Quia Deus, in Lazari reſuſcitatione nos omnes ſuſcitaturū ſe pollicetur.

Quia homo, dixit Apoſtolis Petro, Iacobo, & Ioanni, ſe moriturum.

Quia Deus, ſuper Thabor ſe transfigurauit & hæc eſt

Tertia transfig.

Tertia eius transfiguratio qua ſe eſſe Deum Apoſtolis dictis manifeſtauit, quando nubes lucida obumbrauit eos. Audierant vocem patris, Moyſem & Eliam cum eo loquentes, & gloriæ dotes ſecunda transfiguratione coopertas viderunt, ideo eo loco dicitur,

Et transfiguratus eſt ante eos: non transfigurauit ſe in Angelum

gelum lucis.

Non cum illuſionibus nec fictitijs carnib.;non mutauit,ſubſtantiam hominis.

Quomodo in monte Thabor ſe transfigurauit, & concionatoribus.

Non corporis qualitates,non figuram,non quantitatem : ſed in facie in qua gloria redundauit, in vnione facta perfecte beata; dignior,& glorioſior apparuit qualitas.

Et transfiguratus eſt ante eos: non quod prius Anima Chriſti nō fuerit pfectè beata, quia talis ab inſtāti ſuæ conceptionis fuit, ſed ordinatione,& diſpoſitione diuina corpus non ſemper fuit glorioſum;famē,ſitim,defatigationes,dolores,& mæſtitias ſufferens: vnde gloria abintus exiſtens diſpenſatiuè fuit dilata vſq; ad id tempus, quo ipſam Apoſtolis oſtendit apertè.

Et transfiguratus eſt ante eos: quia claritas gloriæ animæ Chriſti,à diuinitate & anima Chriſti diffuſa fuit, & per totum extra corpus,vt dixerunt Auguſtinus, Dioſcorus, Damaſcenus,& Alexander Halenſis.

Et transfiguratus eſt ante eos: non immortalitatem præſentē oſtendens, quia cum matre fuit tunc paſſus & mortalis, ſed immortalitatem futuram.

Et transfiguratus eſt ante eos:vt iniquiunt Alexander Hugone confirmante, quia ſubtilitatem a virgine naſcendo oſtenderat,agilitatem ambulans ſuper mare; impaſſibilitatem oſtenſurus erat in inſtitutione ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ: claritatem ſuper Thabor tantum oſtendere debebat,vt fecit.

Quarta transfiguratio.

Quarta transfiguratio fuit in morte & reſurrectione glorioſa,de qua in ſequenti gyro: Cum matre igitur paſſibilis & mortalis mortuus & reſurgens quattuor vicibus ſe transfigurauit.

Quando aſſumpſit carnem, quando ſe cælauit in carne, quando oſtendit gloriam, quando poſtremo ſurrexit à mortuis: vel vt dixit doctiſſimè Damaſcenus.

Optima contēplatio D. Damaſceni.

Ante vnionem.

In vnione.

Poſt vnionem.

Poſt reſurrectionem.

Ante vnionem in filio Dei ſex erant; conuenientia ſ.naturæ & conſubſtantialitas cum Patre, qui ſe transfigurans dixit,ego in Patre, &c.

Secundum erat Hypoſtaſis, filius Dei eſt caracter ſubſtantiæ eius, Ioann.14.

Tertium erat reciprocus ſtatus Hypoſtaſis vel circũinceſſio.

Quartum

Quartum ſtatus immobilis, vnde dicitur Verbum ſapientia, virtus, ſplendor.

Quia Verbum in mente, ſapientia in intellectu, virtus in potente, ſplendor in luce immobiliter ſtabiliuntur.

Quintum transfiguratio eius vt principij à principio. Ego ex patre exiui.

Sextum ut complementum paterni beneplaciti, operatione ſua mediante.

In vnione transfiguratur Chriſtus, quando in eo contemplamur carnis deificationem, aut opus verbi, in collatione ſupernarum diuitiarum carni coniunctæ, aut quando inferioribus terminis puta humanatione, paupertate, & exinanitione: aut quando ab vtroq; moti dicimus in Chriſto, vnionem, communionem, vnctionem, coniunctionem, conformationem.

Poſt vnionem transfiguratur Chriſtus, quando aliqua de eo dicimus inſinuatiua diuinæ naturæ: ea.n. omnia quæ ante vnionem Chriſto conueniebant, & poſt conueniunt; hoc tamen excepto, ꝙ nondum carnem, ſuaſq; proprietates non aſſumpſerat: aliqua autem quæ oſtendunt humanam, vt, quid me quæritis interficere? oportet exaltari filium hominis, &c. & tunc transfiguratur Chriſtus quãdo cum ſit perfectè beatus, dicimus ſitim, famem, dolorem, lachrimas, mortem, &c. pati, quæ tamen ſunt paſſiones corporis, non autem diuinitatis vnitæ, noſtram ſic diſpenſantis ſalutem. Tertio aliqua quaſi fictitia non tamen repugnantia veritati, vt patet de muliere Emmoroiſſa illum tangente, de qua etſi eam ſciret, dixit, quis me tetigit, vt eo actu Deus glorificaretur, & fides circumſtantium firmaretur, eum hominem ratione illius inſcitiæ, Deum ratione ſubitæ ſanationis: ideo dicebat D. Criſoſtomus, vult omnia ab alijs diſcere, & rogatus facere, vt ab omni ſuſpitione eripiatur ſignum, & hic eſt pulcherrimus transfigurationis modus.

Maxima autem transfiguratio fuit eius in Cruce, quando ſe in perſonam omnium noſtrum transfigurans, dixit, Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me? Luce.n. clarius eſt ꝙ nunq̃ eum dereliquit pater, ſed nos derelinquimur ob peccata noſtra, quorum pœnalitatem poſuit Deus ſuper humeros Chriſti.

Maxima poſt Reſurrectionem, quando ei aliqua attribuuntur non ſecundum naturam, ſed veritatem, vt cicatrices & ſumptio ciborum. Aliqua uerò ſecundum veritatem & naturam, ingredi in domos Apoſtolorum ianuis clauſis, & cœlum aſcendere,

re,

re,cuius figura fuit Thabor,tanto repletus, & conſperſus dulci ſplendore,& decore,quòd Petrus loca inferiora nihil faciens,dixit: *Bonum eſt nos hic eſſe.* totam Chriſti vitam cum Matre reme morans,quam vobis Lectores cũ Matre contẽplandã relinquo.

A Matre Chriſtus fuit genitus Magnus,Paruulus, Admirabilis,Conſiliarius,Deus fortis,Pater futuri ſæculi,Princeps pacis, Natus,& Datus. Diſcurſus ꝑdicabilis

Magnus,quia eſt filiũs Dei Angelico nuncio,& Spiritus Sancti operatione conceptus in Matris vtero,dum ſibi naturam vniuit humanam,Angeliſq; canentibus,Paſtoribus viſitãtibus, Magis adorantibus, ſtellis apparentibus, Præfectis timentibus, in hiemali ſolſtitio extra genitus fuit.

Paruulus, quia & homo plorans, & vagiens inter arcta fuit poſitus præſepia,& manus eius, pedes, & crura ſtricta fuere faſcia.

Admirabilis,quia lux non lucebat: Erat verbum Dei, & non loquebatur;erat fons aquæ uiuæ, & ſitiebat;erat calidum oĩbus fouens,& frigus patiebatur; latitudo coarctatur, & longitudo anguſta facta fuit,altitudo in ipſo humiliata videtur. Potentia regitur & timet; ſapientia eruditur: abundantia indiget; fortitudo infirmatur; triſtatur lætitia; patitur ſalus; moritur vita. Admirabilis,quia in morte dat vitam: in triſtitia lætitiam; in paſſione ſalutem; in infirmitate fortitudinem; in indigentia abundantiam; in eruditione ſapientiam; in timore fiduciam; in humilitate exaltationem; in anguſtia longitudinem;in coarctatione dilatationem; in frigoris paſſione amoris caliditatem: in ſiti aquã viuam: in ſilentio eloquentiam mellifluam; in tenebris lucem.

Conſiliarius,quia & factis prius; verbis poſtea maxima ſalutis conſilia præbet.ſilens prohibet verboſas, & otioſas loquutiones; iacens in præſepio inter duo animalia,inhibet ambitionem ſuperbis primarum cathedrarum, & primorum recubituum in menſis,cum cæteris myſterijs,quæ vobis Lectores ad malorum affectuum depreſſionem diſcutienda relinquo.

Deus fortis,& ideo perterruit Phariſæos cum Principibus,& Præfectis, & ideo à longe vocat Orientales reges,&c.

Pater futuri ſæculi,ideo vocatur Ieſus,vt ſaluum faciat populum à peccatis eorum.

Princeps pacis,& ideo canunt Angeli: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Chriſtus datus, & natus.

Natus & Datus; natus ſibi,datus nobis;Datus ut Deus,natus

 vt ho-

vt homo; datus nobis; verbum incarnatum: natus nobis, ſapientia increata : natus nobis, potens mori : datus nobis, ſemper viuens: natus ſibi, & natus nobis: natus ſibi, ante omne tempus: natus nobis, in plenitudine tēporis : natus ſibi à Patre, ſine Matre: natus nobis à Matre, ſine Patre : Natus ſibi principium omnis vitæ: natus nobis mortis finis: natus ſibi Creator mundi maioris: natus nobis recreator mundi minoris: natus ſibi vt Deus: natus nobis vt Deus & homo: natus ſibi infinitus: natus nobis finitus: Quem.n.cęli capere nō poterant, Beatiſſima Mater ſuo gremio contulit.

Pro Matre, nedum ſe humilians filium fabri.ſ.Ioſeph permiſit nominari; ſed & in Cruce paſſus eſt; qua non redemit eam Redemptione ſubleuatiua, vt cæteros homines, ſed præſeruatiua, quomodo etiam legitur de Abraham, quòd redemptus fuit de Hur Chaldæorum, in quo frater ſuus poſitus fuit. Nō enim in Hur poſitus fuit, & poſtea de eo ſubleuatus, & redēptus: ſed præſeruatus fuit ne in Hur mitteretur, ſicut & fraternita Beatiſs. Mater vtique per Paſſionem filij præuiſam, fuit redempta præſeruatiuè ne cōciperetur in originali actualiter, ſicut cæteri homines.

Nota de conceptione.

Sub Matre, legi non ſubiectus, ſed adimpletor ſemper ſubditus fuit, iuxta illud legis *Honora Patrem, & Matrem tuam, &c.*

Ad Matrem, ſæpe ac ſæpius, & prius crucifixione fuiſſe loquutum eſt credendum; quæ tamen loquutiones omnes non fuere ſcriptæ ab Euangeliſtis, ſicut nec omnia opera, ſicut dixit Ioannes ſanctiſſimus Euangeliſta: Multa & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, ſed illa tantum, quæ faciunt ad fidei incipientis tunc ſufficientiam: & ita ſeptem modis contemplatus filius Dei ratione Vnionis, & humanitatis.ſ. Ex Matre: In Matre: Cum Matre: A Matre: Pro Matre, & ad Matrem ſeptimus meus girans girus girare finit.

OCTA-

# OCTAVVS

## SVBGYRANS GYRVS

### *Circa tertium principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

OCTAVVS ſubgyrans Gyrus, quo mediãte diuina ſic diſponente & aſpirante volũtate, homines perpendicularem lineam recuruare poſſunt, eſt de paſſione incarnati verbi: ea n. ſolutũ fuit redemptionis humanæ pretium, & ianua aperta cœlorum; quẽ miſtice innuit Ezechiel Propheta viſione illa mirabili quatuor animalium cum diuerſitate vultuum & facierum, alterum n. duorum primorum erat cum humana facie, ſecundum cum leonina, tertium bouis, quartum Aquilæ in altum volantis, quæ omnes facies oſtendebant diuerſitatem actionum, quibus Chriſtus ſaluator noſter diuerſimodè ſe habuit in paſſione ſua ſanctiſſima. Nam ab inſtitutione ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ in cæna vſq; ad hortum in monte Oliuarum poſitum & ſituatum, vbi ter orauit ad patrem, & uidens ſe debere breui horarum ſpatio compræhendi, & ignominiæ tradi, imo flagellis, & colaphis cedi, ſputis cõſpui, & poſtremo morte accerbiſſima, Crucis necari, factus eſt in agonia, & ſudorẽ ſanguineum ſudauit triſtans, & timens, ſe cũ humana facie q̃ in vtero matris aſſumpſerat oſtendit. Qñ autẽ ſponte occurrit Iudæ proditori & cohorti cum fuſtibus & lanternis & oĩbus eũ male quærentibus & dixit eis Ieſum quæritis Nazarenum, ego ſum, ligatuſq; intrepido animo adductus fuit ad Annam, Caypham, Herodem & Pilatum, præfectos, & Sacerdotes reſponditq; ad interrogata ſecundum opportunitatem, tunc leonem.

Figura actuũ paſſiõis Chriſti.

Compendium paſſionis ad quattuor cap. redactum.

Flagellatus autem & percuſſus portans ſpineam Coronam in capite, & arundinem in manu, totus ſanguine perfuſus, & à Pilato crucifigendus in manus Iudæorum traditus, & Cruci patienter affixus ferreis clauis ſic ſe bouē vel vitulū mactādū.

In altum autem eleuatus Aquilæ volantis ſimilitudinē geſſit iuuentutem humanæ naturæ in paradiſo amiſſam per meritorum æquiualentiam, renouans.

Quæ diuerſæ actiones pro paſſione perfectè adimplenda fuerunt expedientes multis de cauſis.

Vndecim de cauſis fuit paſſio Chriſti expediens.

Primò, vt humanum genus à peccatorum ſordibus lauaretur, & ideo dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo: ſicut. n. Cardus per ſui conſumptionem purgat, & complanat pannum, ſic Chriſtus per actiones mortis & paſſionis ſuæ abſtergit rubignē peccatorū, de quo Malachias. Et ipſe erat quaſi herba fullonū.

Exemplū primum.

Secundo vt homo de poteſtate Diaboli liberaretur, uel ut dixit Apoſtolus, vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, ſicut. n. dum armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt omnia quæ poſſidet, ſi autem illo fortior ſuperueniet vniuerſa arma aufert, ita Chriſtus fecit uires Diaboli ſuperans, dum diabolus putauit occidere Chriſtum per paſſionem & mortem, ipſe remanſit occiſus, & ideo fecit ut bos Silueſter, qui uidens, rubeum pannum extenſum putans occidere venatores irruens in rubeū pannum incidit in foueam abſconditam ſub panno rubeo, & ita ipſe remanet captus, ſimiliter Diabolus putauit irruens in Chriſti ſanguineam, & rubeam carnem per mortem & paſſionem illatam ab Hebreis, ipſe tamen miſer captus remanſit, ab eo enim virtus trahens & impellens fuit ablata.

Exemplū ſecundū.

Exemplū tertium.

Tertiò vt eius morte per ſanguinis effuſionem facta mortui viuificaremur, ideo canit Eccleſia ſancta in diebus ſanctiſſimæ reſurrectionis. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Sicut enim Pellicanus ut filios ſuſcitet & enutriat percutiendo ſe roſtro in pectore, & ſanguinem ſuper eos fundendo, ipſe debilitatur ad mortem, ſic Chriſtus actionibus paſſionis & mortis ſuæ uſq; ad totius ſanguinis effuſionem, ideo, in eius perſona dixit Dauid. Factus ſum pellicano ſimilis.

Quartò ut ardor ebullientis concupiſcentiæ minueretur, iuxta illud Diui Pauli ad Rom. ſcribentis, vetus homo ſimul Crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ideſt concupiſcen-

tia

tia carnis; ſicut enim per immiſſionem alicuius rei frigidę aqua ebulliens ab ebullitione feruenti minuitur, ita per immiſſionem cruoris infrigidantis Saluatoris noſtri in paſſione effuſi in animam noſtram carnalibus deſiderijs non aſſentiens infrigidat, ideo in altum fuit eleuatus Chriſtus, vt homini æſtuanti vmbram faceret in figuram cuius dicitur in Cant. Cant. ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi. Exemplũ quartum.

Quinto vt ſancti Patres de limbo educerentur, ſicut enim filij ſæpe detinentur ex debito parentum in carcere nec inde egredi poſſunt, niſi debito per alium amicum ſibi ſoluto, ita ſancti Patres & qui bene deceſſerunt in legibus præcedentibus in carcere limbi poſito primorum debito, nec habentes unde ſoluerent tale infinitum debitum, per Chriſti amici veri paſſionem & mortem fuit ſolutum & ideo liberati. Vnde dicebat Zacharias Propheta. Tũ autem in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Exemplũ quintum.

Sexto ut Deus maximam charitatem quam in Euangelica lege ſeminare uolebat in agro cordis humani oſtenderet, ſicut enim Abraham proprium immolare uoluit filium hac motus charitate, ita & multo eminentius Deus proprium & Vnigenitum filium morti & Cruci accerbiſſimæ tradens: ita enim dixit Paulus ad Rom. ſcribens. Commendat autem Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum inimici eſſemus reconciliati ſumus per mortem filij ſui. Exemplũ ſextũ ſcripturale.

Septimo vt ianua cœli nobis aperiretur, & deinceps aperta maneret, ſicut enim Samſon moriens inimicos debellauit, ita Chriſtus morte, morti uim faciens: ideo dicebat: O Mors ero Mors tua. Exemplũ ſeptimum Scripturale.

Octauo vt Eccleſia eius ſponſa, donis & maximis diuitijs ditaretur, ideo dicebat: cum exaltatus fuero omnia traham ad meipſum. i. ad participationem bonorum meorum: faciens ſicut uir moriens, qui vxorem dimittit dominam totius domus ſuæ, ut etiam fecit Alexander cum pueris ſuis. Exemplũ octauum.

Nono ut ſpiritus Sanctus fidelibus mitteretur, per quem deinceps ſpiritualiter uiueretur, ideo dicebat Saluator, expedit vobis ut ego vadam. i. moriar: ſi enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos. Atteſtat.

Decimo vt & ipſe Chr̃s, (pro confuſione malignãtiũ) ad gloriam reſurrectionis exaltaretur: ſicut enim granum frumenti in terram cadens niſi mortuum fuerit, ſolum manet, & nullum af- Exemplũ nonum.

fert

ſert fructum; ſi verò moritur, reſurgit pulchrum cum virentib. folijs,& cum ſpica: ita Chriſtus (ſic diſponente voluntate Dei) per mortem attulit nobis gloriam Reſurrectionis: vnde dicebat Apoſtolus. Ille mortuus eſt propter delicta noſtra& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

Vndecimò, vt adimplerentur figuræ, & dicta Prophetarum, quæ omnia à deuoto catholico à concionatoribus in die Paraſcæues audienda relinquo.

Qūo primò cū humana facie.

Cum humana facie ſe oſtendens maximam ſentiit pœnalitatem intenſiuè,& extenſiuè, ideo dicitur in Threnis Hieremiæ: *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.* Intenſiuè ſex modis. Ratione complexionis delicatæ. Ratione cauſæ, quia pro collatis beneficijs occiſus fuit; vnde dicebat. Multa bona opera oſtendi vobis, propter qđ horum vultis me lapidare? Ratione gentis, quia à gente ſua. Gēs tua,& Pontifices tui tradiderunt te mihi. Ratione derelictionis omnium amicorum. Et omnes eo relicto fugierunt. Ratione matris compatientis. Et tuā ipſius aīam doloris gladius ptranſibit. Poſtremò ratione perditionis multorum (proh dolor) Chriſtus pro omnibus erat mæſtus, triſtabatur, ſanguinem ſudabat,& mori erat paratus, ideo videns, quòd multi obſtinati propter eius mortem damnarentur,& nullus actualiter tunc temporis uiuēs adhuc in Cruce, ſaluaretur niſi vnus latro, internum maximūq; ſentijt dolorem. Extenſiuè autem, quia à planta pedis, vſque ad verticem capitis non erat in eo ſanitas. In capite coronam ſpineam, vſque ad cerebrum penetrantem. In oculis velamina. In vultu alapas. In fronte ſputa. In auribus clamorem clamantiū. Crucifige. In ore fel & acetū. In humeris, & dorſo tot flagella innumera. In pectore vulnus cum lancea. In pedibus,& manibus claues configentes: multaq, & alia flagella, quæ totum corpus humanum, ſanctiſſimumq, afflixerunt, contemplari poteſtis Lectores deuotiſſimi.

Maximus dolor Xp̄i duplicitez

Cū facie leonis primò nouies ſe oſtēdit.

Cum Leonina facie ratione promptitudinis moriendi,& virilitatis in non timendo, nouem vicibus ſe oſtendit.

Prima vice in ternaria oratione concludens libenter pati, & dicens: *Pater ſi poſſibile eſt, transfer calicem hunc à me, ſin autem, fiat voluntas tua*: dicendo Pater,&c. oſtendit mundo, quòd homo erat, talem, & tantam acerbitatem paſſionis, & mortis timens: dicendo verò, ſin autem, fiat voluntas tua, oſtendit continuam promptitudinem, quam ſemper habuit patiendi, & moriendi,

riendi, ſciebat enim patrem ſic ſtatuiſſe, & ipſe ſic ſtatuerat, cũ eſſet & Deus, & ſemper voluit:cum vt homo ſemper ratione re ctam,& inflexibilem habuerit ratione ſanctiſſimæ vnionis; qua ab inſtanti ſuæ Conceptionis cæpit pati mortem actu interiori, quo ipſam exhibuit pro illo tunc; Et ideo vanam prorſus puto opinionem aliquorum, aſſerentium Chriſtum aliquando recuſaſſe paſſionem,& mortem,& mori noluiſſe, eo quòd ſic Patrẽ rogarit;neſcientium verba illa exprimere timorem humanũ, nõ autem nolitionem. Notaexpoſitionẽ electam. Opinio Gabrielis Barilettæ

Secunda vice,quando Iudæis occurrens oſtendit non iracundiam,ſed maximum & conuerſiuum amorem, amicum illum toto affectu,& cordis magnanimitate appellans,& dicens, *Amice ad quid veniſti?* & ſe oſculari oſculo proditorio ſinens.

Tertia,quando ter interrogans cohortem, dicens *Quem quæritis?* tanta, ſcilicet rabie, & cupiditate occidendi? eam in terram cadere fecit: ſeque (poſtquam eandem ſua potentia inſuperabili ſurgere fecit) ligari, & in ligatione affligi viriliter ſuſtinens.

Quarta vice,quando ad Annam primò adductus, & de duobus interrogatus; de diſcipulis,& doctrina interrogatus,ad primum tacuit,ad ſecundum viriliter reſpondit, & ad ſeruum dantem alapam,dicens; *Si bene loquutus ſum cur me cædis?*

Quinta vice,quando adductus ad Caypham,& interrogatus an eſſet filius Dei viui:reſpondit,nihil prorſus timens,*Tu dixiſti*, & hic expoliatus,velatus oculis,alapis ceſus ad columnã ligatus, ꝑcuſſus,& à Petro negatus,vt leo fortiſſimus in libẽtiſſima paſſione verè apparuit;& quia ſine licentia Romani Præſid. morti tradi non poterat,ideo

Sexta vice,quando ſe Leonem oſtendit, adductus fuit ad Pilatum,ita viriliter ſe geſſit,in repulſione falſitatum ſibi oppoſitarum, quòd Pilatus dixit *Nihil inuenio in homine iuſto iſto*, & lauit manus,dicens.*Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.*

Septima uice,quando adductus ad Herodem Præſidem Galileæ;cui Chriſtus ad interrogationes factas nihil reſpondit: ipſe autem eum ſpreuit cum omni domo ſua,& indutum veſte alba ad Pilatum remiſit.

Octaua vice, quando in domo Pilati acerbiter fuit flagellatus,& veſte purpurea indutus, portans ſpineam coronam, cum arundine in manu, & foras adductus, dixit Pilatus; *Ecce homo.*

Nona

Nona vice quando Iudæis impijs clamantibus crucifige Pilatus eum crucifigendum tradidit, voluntati eorum ſatiſfaciens.

Cũ facie vituli primo.

Vitulo autem ſe ſimilẽ oſtendit, quando crucem ſibi impoſitam, maximè oneroſam portauit, & exiens extra ciuitatem, exutuſq; veſte carni ſanctiſſimæ conglutinata ob cruorem ſparſum in flagellis, clauis durißimis omni poſſibili impietate fuit crucifixus & mactatus, vt adimpleretur figura illa legis, offerat populus pro peccato ſuo vitulum immaculatum, pellem cum inteſtinis offerat extra caſtra.

Aquilæ poſtremo quando in altum fuit crux eleuata.

Cum humana facie ledo.

Cum humana facie & vt homo habens corpulentam ſubſtantiam, quam aſſumpſit in virgineo ventre. Necnon & animam cum voluntate creatam in horto dixit, triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, ꝙ dictum declaratur nouem propoſitionibus, quarum.

Optimus ſcotiſticus diſcurſus de Christi mæſtitia, triſtitia, & dolore.

Prima eſt in Anima Chriſti fuit verus dolor ſecundum partẽ ſenſitiuam.

Nam appetitui ſenſitiuo Chriſti fuit appoſitum obiectum natura diſconueniens.

Secunda in voluntate animę Chriſti vt eſt portio ſuperior ſtrictè ſumpta non fuit triſtitia de illo obiecto, quia volũtas animæ Chriſti non potuit nolle illud obiectum ſ. diuinam eſſentiam vel deitatem in ſe, triſtitia .n. eſt de iis tantum, quæ nobis nolentibus accidũt, & patet, quia voluntas Chriſti fuit ſemper impeccabilis.

Tertia in voluntate animæ Chriſti, vt eſt portio ſuperior largè ſumpta non fuit triſtitia de iſto obiecto, ꝙ eſt carentia fruitionis, hoc.n.non euenit Chriſto, ab inſtanti .n. conceptionis non fuit interruptio viſionis eſſentiæ diuinæ & fruitionis.

Quarta in voluntate animæ Chriſti vt eſt portio ſuperior fuit triſtitia, etſi non de peccatis, quia peccatum non fecit; bene de alienis, ideo dicebat D. Ambroſius. ***Domine non tua ſed mea peccata doles.***

Quinta in voluntate animę Chriſti vt eſt portio ſuperior, & vt natura; (notate punctum lectores ſic.n. hæc ſuperioribus nõ repugnare cognoſcetis) fuit triſtitia de iſto obiecto, ꝙ eſt paſſio, quia nolebat iſtam paſſionẽ, eo ꝙ eſſet vnum diſconueniens ſ'm affectionem commodi.

Sexta voluntas animæ Chriſti, vt portio ſuperior non triſtabatur de iſto obiecto, ꝙ eſt paſſio, triſtitia conſequente nolitionem

nem abſolutam, quia numq̃ noluit Chriſtus paſſionem, imò sẽper efficaciter uoluit propter Deum.

Septima voluntas animæ Chriſti vt eſt portio ſuperior triſtabatur de obiecto ꝙ eſt Paſſio, triſtitia conſequente nolitionem conditionatam, ſ. ſi ſecus & equè bene fieri poſſet.

Octaua voluntas animæ Chriſti, tribus triſtabatur de peccatis electorum ſuorum triſtitia conſequente voluntatem vt naturam tertio nolitionem conditionatam.

Nona voluntas animæ Chriſti vt portio inferior, & vt natura compatiebatur appetitui ſenſitiuo, & triſtabatur propter colligantiam potentiarum, quia voluntas nata eſt condelectari vel contriſtari appetitui ſenſitiuo, & omnibus iſtis intelligi poſſunt Chriſti verba illa, ſemper factum attendentes cum volitione efficaci ratione affectionis iuſtitiæ.

Vt leo fortiſſimus ſuſtulit clamorem dicentium tolle tolle, crucifige, crucifige eum, & impiam ſententiam Pilati. Vnde circa reduplicationem illam vocum tolle tolle. adnotetis piè mecum diſcurrentes corde. Cum facie leonis ſecundo.

Tolle tolle, crucifige crucifige bis repetebant Iudæi uolentes inferre duplicem, crucifixionem, cordis quam iam conceperât, & operis, quam exequi toto anhelabant affectu. Sex ſũt cauſis bis repetebant, tolle tolle crucifige eum.

Tolle tolle, vel quia numquàm impij conuerti debebant.

Tolle tolle at ſi dicerent. Aut ſit homo ut tu dicis, aut ſit Deus vt det ipſe, aut ſit rex, aut ſit ſubditus, aut amicus, aut inimicus, ſeu ſit Iuſtus ſicut aſſeruiſti tu, ſeu peccator vt dicimus nos; vel ſit Propheta vt dicunt turbæ, vel ſit ſeductor vt dicimus nos, aut ſit Meſſias vt dixit Samaritana aut legiſlator eum occiſum volumus & omnino extinctum.

Tolle tolle, at ſi dicerent, hucuſq; caſtigaſti eum, vt tibi placuit, modo vt nobis placet cum crucifixione caſtigandum nobis trade.

Tolle tolle, quia nolebant nec Chriſti fidem nec amorem.

Tolle tolle, clamabant, quia duobus mouebantur, Ira ſcilicet & Inuidia.

Adnotetis ſecundo lectores quod iniuſtiſſimè, & contra omnem rationem, fuit flagellatus, & morti deſtinatus.

Nam flagellantur veſtimenta pro pulueris excuſſionem. Quare diuerſa flagellentur.

Flagellantur pueri vt ſapientiam addiſcant & bonos mores.

Flagellantur ſtulti vt de periculis admoneantur.

Flagellantur vrſi vt pingues fiant.

Flagellantur canes vt ſint exempla perterrendi leones.

Primo modo Deus flagellauit homines excutiens puluerem imperfectionis vt promptiores ſint in laudibus diuinis, iuxta illud: Tu autem flagellatus annuncia mirabilia Dei.

Secundo vt diſcerent neceſſaria flagella, & doctrina omni tēpore ſapientiam.

Tertio vt à peccatis retraheret. Quoniam tu flagellas & ſaluas.

Quarto vt multa acquirerent merita: Quoniam ego in flagella paratus ſum.

Quinto vt malorum actiones reprimeret. Si hoc in viridi, quid in arido?

Chriſtus nulla qnque cauſa rū debuit flagellari.

Chriſtus non poterat prima ratione flagellari, quia corpus ſe habens vt veſtis, & indumentum diuinitatis erat ſanctiſſimum gemmis non pulueribus repletum aut fimo: gutta ideo ſanguinis pluris æſtimanda fuit q̃ mille mundi.

Non ſecunda, quia omnia cognouit ab inſtanti ſuæ conceptionis vt ſupra dictum eſt.

Non tertia, quia de paſſione ſæpe ac ſæpius erat loquutus. Ecce aſcendimus Hieroſolimam, &c.

Non quarta, quia ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfectè beatus.

Non quinta de iure, ſed propter nimiam charitatem talia pro nobis ſuſtinuit patienter.

Quinque de cauſis præcipuè aliq mortì deſtinātur.

Morti verò deſtinantur per legem,

Qui violant & ſpernunt diuinas ſanctiones.

Qui homicidia perpetrant.

Qui perſequuntur totis viribus veritatem.

Qui magiæ ſupranaturali dant operām.

Qui blaſphemant. Nulla autem iſtarum rationum Chriſtus poterat per legē morti deſtinari, ſicut dixit Pilatus; Accipite eū vos & ſecundum legem veſtram iudicate eum.

Non debuit Chriſtus morti deſtinari.

Non prima, ipſe.n. publicè ſic eſt teſtatus, non veni ſoluere legem, ſed adimplere, imò nō ſubiectus legi, ad exēplum noſtrum eam ſeruauit.

Non ſecunda, quia ipſe pro vitæ collatione venit, ideo dicebat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Non tertia, quia omnes docuit veritates.

Cœli, dicens. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Terræ,

Terræ. In mundo pręſſuram habebitis.

Mundi. Teſtimonium perhibeo, quia opera eius mala ſunt.

Inferni. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, ideo ad eum dixerūt Hæbrei: Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

Non quarta, quia ſemper diabolicas prohibuit actiones & conuerſationes. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli.

Non quinta, quia contra blaſphemātes & inhonorātes Deū, dixit: Ego honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me, & ideo fortiter hic ſufferens, ſimilis poteſt dici fuiſſe leoni.

Tertio adnotetis quòd cauſis duodecim Chriſtus ſpineam coronam maximo cum dolore portauit. Duodecim d cauſis Chriſt° ſpineā portauit Coronā.

Prima, quia cū impij roſis coronentur iuxta illud: Venite coronemus nos roſis; ipſe verò vt tales purgaret delitias, & impietates, ſpineam portauit coronam: aut vt oſtenderet ſe habere ſeminarium Roſarum.i. gratiarum, de quarum plenitudine dicebat d. Ioan. omnes nos accepimus.

Secunda, vt oſtenderet ſe in capite portare pœnalitatem pro peccato Adæ, cui fuit dictum Maledicta terra in opere tuo, tribulos, & ſpinas germinabit tibi.

Tertia, vt oſtenderet cauſam occaſionalem ſuæ mortis fuiſſe repræhenſiones & obiurgationes, quibus improperantibus, tanq̄ ſpinis pungebantur hębrei qui idcirco eum morti tradere, & primò ſpineam coronam deferre condelectabantur.

Quarta, vt oſtenderet præcipuè ſe à diuitibus auaris & impiis contra pauperes pungi, diuitiæ.n. ſpinis comparantur. Et ſpinæ exortæ ſuffocauerunt illud.

Quinta, vt oſtenderet qualitatem ſui Regni, quod eſt plenum tribulationis, ideo dicitur: Oportet per multas tribulationes intrare in regnum cœlorum.

Sexta, vt oſtenderet quòd ſua Paſſione fructum dulciſſimum, & pretioſum producebat, & rem magni valoris. Nam Cinamomum inter fructus ſaluberrimum, & roſa inter flores vagiſſima inter ſpinas oriuntur.

Septima, vt oſtenderet, quòd cum eſſet totus charitas, & ignis amoris, expectabat vt in eo ſpinæ ſcælerum.i. pœnæ pro ſceleribus ponerentur.

Octaua, vt oſtenderet Regna & ſtatus cum omnibus generibus imperiorum multas habere ſpinas.

Nona, portans ſpineam coronam, vt faceret ſicut facere ſolēt boni agricolæ, q aliquod viridarium perpulchrum habentes, ne in eo frondes, herbę, flores, & fructus ſurripiantur, ſpinis illud totum circundat, ita Chriſtus habens viridarium ſanctæ Eccleſiæ in quo poſuit flores & fructus, vt idem ab inimicis defenderet, ſæpe ſpinoſa paſſionis ſuæ ſepiuit & vallauit.

Decima, portans ſpineam coronam, facit vt alij reges facere ſolent, qui ex auro & gemmis ſibi à ſubditis tributis contexunt coronam, dum ex ſpinis peccatorum & culparum ſibi tributis pro deletione ſpineam contexuit, & portauit coronam.

Vndecima, vt oſtenderet principibus, ſe maximè ab eorum diuitiis & iniuſtitiis contra ſubditos pungi & affligi.

Duodecima, vt ſciant vanæ mulieres, & homines effeminati, quotquot faciunt ornamenta, & fucos, tot configunt Chriſti capiti ſpinas, quarum omnium pœnalitatem cum ſpinea corona vt leo fortis ſuſtinuit.

Cum facie vituli ſecundo. Vt vitulus immaculatus pro peccatis noſtris, tertio loco mactatur & Crucifigitur: quàm Crucifixionē cum ſuis pęnoſis actibus Euangeliſtæ vnico tranſeunt Verbo, dicentes, & Crucifixerunt eum, & nil aliud, & id puto ego quattuor de cauſis.

Quare Euāgeliſtæ vnico Verbo deſcribant Crucifixionē. Prima, quia tanto horrore, & terrore fuit plenus finis Meſſiæ & Chriſti in Crucifixione, ꝙ Euangeliſtę eum nō auſi ſunt ſcribere, & ideo vnico Verbo pertranſierunt dicentes, & Crucifixerunt eum.

Secunda, quia tale ac tantum eſt plagarum in Crucifixione illatarum miſterium, ꝙ vocibus non poteſt exprimi humanis.

Tertia, quia quando ad miſteriū Crucifixionis peruenerunt, tot fuerunt lachrimæ, & fletus curſus, vt nec atramentum nec cartam quibus id exararent viderent, pectora tremuerunt, palpitarunt viſcera, vires defuerunt, ita quòd vix ſcribere potuerint hæc pauca verba; Et crucifixerunt eum.

Quarta & vltima, vt etiam anſam pręberent fidelibus męrendi, dum actus omnes in paſſione occurſos in humilitate, fide, & pietate meditantur in hoc Verbo: Et crucifixerunt eum.

Cum facie Aquilæ ſecundo. Vt aquila in altum volans in Crucis eleuatione ſepties eſt loquutus verba ſeptem, quibus ſeptem mirabilia euenerunt.

Primum Verbum fuit profundę humilitatis Deus Deus vt quid dereliquiſti me? *Sol obſcuratur.*

Secundum ſummæ benignitatis. Pater ignoſce illis, ijs 500. hominum conuerſi ſunt *Et Petræ ſciſſa ſunt.*

Tertium

Tertium magnificæ largitionis. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo. *Monumenta aperta ſunt.*

Quartum ſummæ ſapientiæ. In manus tuas domine commendo ſpiritum meum *Velum templi ſciſſum eſt.*

Quintum ſanctæ prouidentiæ: Ecce filius tuus, Ecce mater tua. *Surrexerunt mortui dicentes.*

Ecce parati ſumus ſeruire matri tuæ.

Sextum ſummæ paupertatis; Sitio. Monumenta theſaurorum reſerrata ſunt, quaſi dicerent hominibus Accipite theſauros, qui apud vos latent, & emite vinum, & quæ neceſſaria ſunt Domino indigenti: antiquitus. n. ſolebant theſauros ſepelire.

Septimum ineffabilis, & vniuerſalis perfectionis. Conſummatum eſt *Commota eſt terra:*

Quaſi diceret, de imperfectione, inoueor ad perfectionem omnia enim perſectabilia ſunt perfecta.

Conſummabilia, conſummata.

Conſumptibilia conſumpta

Cõſummatum eſt peccatum ſuperbię per humilitatem. *Deus Deus meus &c.*

Conſummatum eſt peccatum iræ per caritatem diuinam. *Pater ignoſce illis.*

Conſummatum eſt peccatum Inuidiæ. *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Conſummatum eſt peccatum Accidiæ. *In manus tuas commendo ſpiritum meum.*

Conſummatum eſt peccatum Luxuriæ dum Virgo Virginum Virgini Virginem cõmendauit dicendo. *Ecce filius tuus.*

Conſummatum eſt peccatum gulæ: Sitio.

Conſummatum eſt peccatum Auaritiæ: conſummatum eſt

Conſummatum eſt etiam & quid? ſacrificium, ſcriptura, natura, pœna, vita, gratia, gloria, hi ſunt perfecta.

Conſummatum eſt etiam peccatum & mors. Oſeæ, ô mors, ero mors tua.

Poſtremo poſt eleuationem & euolationem Aquilinam Chriſtus quaſi defeſſus caput inclinauit, & ſpiritum ſanctiſſimum tradidit. Vnde adnoteris lectores, quod *Octo cõcetpus quare Chriſtus in fine inclinauit caput.*

Inclinauit caput, quia elatio capitis contra Deum in ſupbiã, velle ſcire bonum & malum fuit in cauſa, cur omnes homines perirent: ideo Chriſtus uolens per humilitatem profundam illi mederi

mederi caput inclinat patri obediens.

Inclinauit caput: Reges in ſignum ſuperbiæ titulos in capite ſolent tenere, & quia Chriſtus nihil curabat mundiales iſtas dignitates ab eo abſtraxit caput.

Inclinauit caput: quia venerat tanquam mediator Dei & hominũ, ideo poſtquàm ſua morte patrem placauerat, offerens hominibus pacis, & reconciliationis oſculum, caput inclinauit.

Inclinauit caput: non potuiſſemus per nos ipſos in cœlum aſcendere, ideo Chriſtus quaſi ſcalam faciens caput inclinauit, iuxta id, Portauit eos in humeris ſuis.

Inclinauit caput: oſtendens ꝙ ſponte ipſe ſe morti tradidit.

Inclinauit caput: reconciliauerat Deum cum hominibus, nil aliud remanebat niſi liberare limbum, ideo illum reſpiciens ad quem illico iturus erat.

Inclinauit caput: nunq̃ quieuit Saluator à debellatione inimicorum noſtrorum, donec ipſos uicit, ideo ipſis uictis & ſuperatis cupiens à duello quieſcere.

Inclinauit caput: Quando quis licentiam quærit ab aliquo, volens ab eo diſcedere ſemper de more caput ſuum inclinat, & quia Chriſtus à nobis moriens diſcedere volebat, & de hoc mũdo, quaſi dicens valete, caput ſanctiſſimum ſuum inclinauit. Et quia Chriſtum patientem vt hominem ſimilem in fortitudine leoni, in ſacrificio vitulo, in ſuccolatione, vocum emiſſione, & capitis inclinatione ſatis ſum contemplatus deuotis cum diſcurſibus raggyrans, vobis caput inclinans licentiã & facultatem quieſcendi ab hoc octauo gyro quærens, corde dico valete.

NONVS

# NONVS

## SVBGYRANS GYRVS

### *Circa tertium principalem Gyrum ſecundum Theologos.*

NONVS ſubgyrans Gyrus, eſt de ſeptem virtutibus.ſ. fide, ſpe, charitate, iuſtitia, temperantia, fortitudine, & prudentia, quarum tres dicuntur Theologales, quatuor verò ſubſequentes, Cardinales: à Theologalibus incipiens, dico breuiter quòd fides eſt credere ea quæ non videmus, vt poſtea videamus ea quæ credidimus, cuius myſterium innuit Zacharias Propheta ille dicens. Ego Zacharias uidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter mirteta quæ erant in profundo &c. quam in Concionibus meis longo declarans diſcurſu, meipſum illi conformans dixi, ꝙ omnia miſteria titanentia aut ad opera intranea trinitatis ſanctiſſimæ, aut extranea vt Theologus & fidelis, vidi, ſed **Viſio modum fidei commonſtrans.**

Vidi ego Trinitatem ſanctiſſimam Patrem, Filiū, & Spiritum S. ſed
Vidi ego quomodò Pater generat filium, fœcūda ſcilicet Memoria, ſed
Vidi ego quomodo Pater generat filium ſibi coæqualem, conſubſtantialem, & coæternum, ſed
Vidi ego quomodo Pater generando cōmunicat filio, omnia quę ſuæ proprietati perſonali non repugnant: ſed

} Per noctem

Vidi

Vidi ego quomodo Pater, & Filius, vt vnum ſunt in voluntate fœcunda ſpirant Spiritum S. ſed
Vidi ego quõ Filius, & Spiritus S. licet originent à Patre non tamen ſunt ipſo poſteriores, ſed
Vidi ego quomodo tres Perſonæ illæ realiter hipoſtaticè ſunt diſtinctæ, ſed
Vidi ego quomodo illarum per circuminceſſionem vna eſt in alia, ſed
Vidi ego quomodo in Deo ſunt relationes, cõmunes, & Propriæ, ſed

} Per noctem

Vidi per noctem {

Quomodo in Deo ſint intrinſeci modi, infinitas ſcilicet, exiſtentia, neceſſitas, & huiuſmodi.
Quomodo ei etiam cõueniant negatiua prædicata.
Quomodo in eo ſint omnium rerum poſſibilium Idææ.
Quomodo omnium Idæarum vna eſt tanta Idæa, ſ. eſſentia Dei
Quomodo Deus nõ intelligit huiuſmodi poſſibilia, quia ſint intelligibilia, ſed ideo sũt intelligibilia, quia à Diuino intellectu intelliguntur.
Quomodo Deus cœlum, & terram creauit.
Quomodo naturam Angelicam, & Humanam.
Quomodo natura Angelica cadens fuit obſtinata: illa verò conſtans confirmata.
Quomodo natura humana cadens fecit ad ma lineam perpendicularem.
Quomodo eam recuruare non poterat, niſi filius Dei incarnaretur.
Quomodo mortem eſt paſſus vt homo, Leoni, Vitulo, & Aquilæ ſimilis.
Quomodoq; in eo erant virtutes Theologales, & Cardinales, & vt vno verbo dicam, omnia myſteria fidei, vidi & video, ſed per ſpeculum in enigmate, vt optimè dicebat Paulus Diuus Apoſtolus ille, appellans fidem ſubſtantiam ſperandarum rerum, argumentumque non apparentium:

Ita

Ita enim profunda, immenſaq;, altiſſima, actualiſſima, puriſſima, & ſimpliciſſima extat Dei Opt. Max. natura, ſubſtantia, & eſſentia, quòd à mentibus creatis, (& ſi ſimul) nequaquam cóprehendi poteſt.

Quo fit, vt nec Dialectica omnium ſcientiarum inueſtigatrix, aut demonſtratione demonſtrare, aut definitione definire, aut ſyllogiſmo cócludere, quid ſit Deus poſſit. Neq; Deũ Ariſtot. in ullo ſuorum decem Prædicamentorum, in quibus omnia mundi creata quæcunque ſint, continentur, collocare potuit.

Non in Prædicamento Subſtantiæ, quia quoad eſſe exiſtétiæ cum accidentibus ſubſtet, accidentia, & in D.O.M. ponerentur, à quibus maximè diſtat: omne enim quod eſt in Deo, eſt radicaliter ipſemet Deus. **Deus non poteſt per aliqd Prædicamẽtũ cognoſci.**

Non in Prædicamento Quantitatis, ſic enim eſſet, aut linea, aut ſuperficies, aut corpus trina dimenſione figuratum, ſeu motus, locus, & tempus.

Non in Prædicamento Qualitatis, cui contrarietas ineſt.

Non in Prædicamento Relationis licet enim in Deo ſint relationes, tranſeunt identicè in eſſentiam licet remaneant ſemper ſecundum ſuas formalitates, ſecundum quas nec ſunt formaliliter finitæ, aut infinitæ ut dictum eſt de modis intrinſecis dũ loquerer.

Non in Prædicamento Actionis, aut Paſſionis: omne enim tali actione agés in agendo repatitur quæ repaſſio ob imperfectionem annexam in Deo non ponitur: eſt enim impaſſibilis eſſentialiter.

Non in Prædicamento Vbi, cum loco non circunſcribatur, ſolum enim corpus facit latera continentis diſtare.

Non in Prædicaméto Quando, eſt enim reſpectus in re derelictus ex adiacentia temporis: Deus verò eſt æternus, ideſt omni tempori, & parti eius habens neceſſariam coexiſtentiam.

Non in Prædicamento Situs, cum Vbicatione paſſiua iuxta partium corporearum ſituationem; & diſpoſitionem omnino careat.

Non in Prædicamento Habitus, qui eſt reſpectus quidam extrinſecus eorum, quæ ſunt circa corpus ad ipſum corpus: modo Deus nec eſt corpus, nec habet corpus, nec ueſtibus aut ſimilibus indiget: & vt uno Verbo dicam. Quia prædicamenta sũt metra, & menſurę limitatæ, limitata & finita menſurantes, modo Deus eſt infinitus, illimitatus, & nullis limitibus clau-

di poteſt, ideo in prædicamentis nullo pacto collocatur, nec formaliter nec reductiuè, ut aliqui aſſeruerunt, & conſequenter cum intellectus naturalis naturalibus uiribus innixus, ea quæ ſunt in prædicamentis ſpeculatione ſua actiua, & naturali, cognoſcere poſſit tantum, & non vlterius, vbi ius non habet; Deus Opt. Max. ſeu diuina eſſentia cum ſuis myſterijs, non niſi per fidem, hic Viatoribus mærentibus, & demęrentib. cognoſci poteſt.

Fidei multiplex acceptio.

Sed adnotetis Lectores, quòd hic terminus fides ne in æquiuoco laborare videar, multipliciter ſumi poteſt.

Primò pro fide probatoria, de qua Pontif. lex, titu. de fide inſtrumentorum.

Secundò, pro fide auxiliatoria, de qua Horatius: Nos hominum, Diuumq; fidem clamore ciemus.

Tertiò pro fide promiſſoria de futuro; de qua extra de ſponſalibus c. primo.

Quartò, pro fidelitate; de qua extra de léga. & fideicomm.

Quintò, pro fide tranſactoria, pacti, & compromiſſi, de qua extra de pact. & iureiurando.

Sextò pro iuramento, & ſic intelligitur dictum illud Apoſtoli, Fides infidelibus ſeruanda eſt.

Septimò pro ſponſione, ſicq; intelligitur dictum aliud Apoſtoli. Fideiuſſorem habemus apud patrem Ieſum Chriſtum.

Octauò pro aſſenſu ſicque quadrupliciter.

Primò obiectiuè, & hoc modo Deus Opt. Max. eſt obiectum fidei.

Secundò pro ſubiecto fidei, & ita eſt intellectus: fides. n. ſubiectiuè eſt in intellectu viatoris.

Tertiò pro actuali aſſenſu propoſitionis credibilis.

Quartò pro aſſenſu habituali inclinante intellectum certitudinaliter, & ſine formidine de oppoſito ad aſſenſum alicuius credibilis: de qua extra de Trin & fide Cath. cap. fidei cath. fundamentum, in Clemen. ſicq; capta fides eſt duplex. Vna appellatur infuſa; quæ cauſis mediantibus naturalibus acquiri non poteſt. Acquiſita appellatur altera, quę cauſis naturalibus mediantibus acquiri poteſt, puta per doctrinam, & prædicationem, vt quod Deus eſt trinus, & vnus.

Fides hēt decem gradus.

Et ita fides habet gradus multos. Nam dicitur, Fides infuſa: Acquiſita: Habitualis: Actualis: Implicita: Explicita: Mortua: Viua: Informis: Formata. Formata cū charitate: Informis ſine charitate:

ritate : viua, in gratia: Mortua, in peccato: explicita in doctrina: Implicita, in ſimplicitate: Actualis in confeſſione: Habitualis in anima: Acquiſita à nobis: Infuſa, à D.O.M.

Secundò adnotetis quòd fidei infuſæ ſunt quinq; conditiones. Quinque cond. fidei infuſæ.

Prima eſt, quòd ea aſſentimus vni credibili per aliud. ſ. propter Deum reuelantem, & hoc dupliciter intelligi poteſt, cauſaliter, vel formaliter, cauſaliter quia fides eſt cauſa aſſenſus, quo credimus credibile: formaliter, quia eſt, quo aſſentimus actualiter & ſic non: vel non habitualiter & ſic intelligitur, quia articulis fidei aſſentimus per aliud, puta per reuelantem nobis tales articulos fidei.

Secunda eſt, quòd Deus id ꝙ aſſerit reuelat. i. cauſat aſſenſum in intellectu eius cui reuelat, inclinans ad aſſenſum actualem, vel habitualem alicuius credibilis, & ita cauſatur habitus fidei infuſæ.

Tertia eſt, ꝙ fides infuſa eſt certus aſſenſus, quia aſſentit certitudinaliter, quæ certitudo eſt maior quam ſcientiæ, licet euidentiam non habeat ex obiecto.

Quarta eſt, quod in enigmate eſt & in obſcuro & per noctē non enim talis cauſatur à rebus, aut ex intuitione terminorum ſeu rerum immediatè, ſed eſt à Deo reuelante, mediatè, vel immediatè.

Quinta eſt, ꝙ omnium credibilium eſt una fides infuſa, quia talis notitia fidei eſt à reuelante, & talis eſt vnus, qui eſt verax, & non poteſt in nobis cauſare aſſenſum falſum, quia nec fallit, nec falli poteſt.

Quinq; conditiones ſunt pariter fidei acquiſitæ. Quinque conditiones fidei acquiſitæ.

Prima, quod per vnum credibile credimus alteri.

Secunda, ꝙ aſſerens credibile, reuelat alijs, quia ſibi eſt Deo reuelatum.

Tertia, quod eſt certus aſſenſus.

Quarta, quod eſt in enigmate.

Quinta, quod omnium credibilium eſt vna fides. Differunt tamen, quia infuſa immediatè eſt à Deo, acquiſita verò, mediatè de acquiſita aſſentiunt homines articulis, qui à D. Ot. Max. ſunt reuelati mediatè, vel immediatè. Sed fide infuſa ſupplente vicem obiecti naturalis, aſſentiunt articulis fidei immediatè, ex inclination fidei inclinantis intellectum noſtrum ad aſſenſum articulorum, quorum aliqui ſunt neceſſarij, & ſunt per-

tinentes ad Deum Ot. Maximum, adintra vt quod eſt trinus & vnus, &c.

Articuli 12. & 14. Aliqui vero contingentes, & ſunt pertinentes ad D.O.M. ad extra, vt quod Deus eſt incarnatus, &c. Qui articuli ſi conſiderentur reſpectu credibilium ſunt quatruordecim: reſpectu verò authorum primorum ſunt duodecim, ſicut duodecim fuerunt Apoſtoli authores, qui ſe veteri legi configurantes, ex eadē de Verbo ad Verbum eoſdem adimpletos extraxerunt.

Nam D. Petrus ſuum articulum adimpletum & manifeſtatū extraxit ab Eccleſiaſtico, Deuteronomio, Ieremia, & Geneſi: adnotetis quæſo lectores.

Articuli verbatim extructi ex veteri teſtamento. Credo, ab Eccleſ. ſecundo dicente: Qui timetis Dominum credite illi.

In Deum, à Deuteronomio ſexto: Audi Iſrael, quoniam Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.

Patrem, à Ieremia tertio: Patrem vocabis me, & poſt me vltrà ingredi non ceſſabis: omnipotētem, à Gen. 17. Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, &c. Creatorem cœli & terræ, à Gen. primo: In principio creauit Deus cœlum & terram.

Andræas verò ſanctus ſuū ab Abachuc & Dauid Prophetis.

Et in Ieſum, ab Abachuc tertio: Et exultabo in Deo Ieſu meo.

Chriſtum, ab Abachuc vltimo: Egreſſus es in ſalutem cum Chriſto tuo.

Filium eius vnicum, à Dauid Pſal. ſecundo: Dominus dixit ad me filius meus es tu, Dominum noſtrum, a Dauid Pſal. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius.

Ioannes ab Iſaia.

Qui conceptus eſt de ſpiritu Sancto, ab Iſaia 63. Spiritus ſanctus ductor eius fuit, natus ex Maria Virgine, ab Iſaia tertio: Ecce virgo concipiet, &c.

Iacobus maior ab Iſaia, Dauid, & Iob.

Paſſus ſub pontio pilato, ab Iſaia quinto: Corpus meum dedi percutientibus.

Crucifixus à Iob ſeptimo: Suſpendium elegit ſibi anima mea.

Mortuus, ab Iſaia 53. Tradidit in mortem animam ſuam.

Et ſepultus, ab Iſaia 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum.

Iacobus minor, à Zacharia, & Oſea.

Deſcendit ad inferos, à Zacharia nono: Tu autem in ſanguine

ne teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua.

Tertia die reſurexit à mortuis, ab Oſea ſexto: Viuificabit nos poſt duos dies, tertia die ſuſcitabit nos.

Philippus, à Dauid tantum.

Aſcendit ad cœlos, à Dauid, Pſal. 46: Aſcendit Deus in iubilo, &c.

Sedet ad dexterã Dei patris omnipotẽtis, ab eodem Pſal. 109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.

Bartholomeus, ab Iſaia.

Inde Venturus eſt iudicare viuos & mortuos, ab Iſaia tertio, Dominus ad iudicium veniet cum ſenatoribus terræ.

Mattheus, à Ioele.

Credo in ſpiritum Sanctum, à Ioele ſecundo: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.

Simeon, à Sophonia, & Sapientia.

Sanctam Eccleſiã Catholicam, à Sophonia vltimo. Reddam populis meis labium electum, vt vocent in nomine tuo, & ſeruiant ei in humero vno.

Sanctorum Communionem, à Sapientiæ ſeptimo: Sine Inuidia communico.

Thadæus, ab Ezechiele.

Remiſſionem peccatorum, ab Ezechiele 36. Effundam ſup vos aquam mundam.

Matthias, ab Ezechiele, & Daniele.

Carnis reſurrectionem, ab Ezechiele 37. Ecce ego aperiam tumulos, &c.

Vitam æternam, à Dan. 12. Qui in puluere dormiunt euigilabunt, alij in vitam æternam, alij verò in opprobrium ſempiternum: & omnibus iſtis ſingulis verbis ſuperenturæ hæreſes confundentur, ut optimè in Concionibus edendis declarabo.

Tertio adnotetis, ꝙ fides inter omnes virtutes, quibus meremur, eſt ſicut mater inter filias, ſicut ſtips inter frondes, ſicut caput inter membra exteriora, ſicut cor inter membra interiora, & ideo ſicut in natura ſm Ariſt. primò formatur cor inter omnia alia membra, ſic verè nobis debet eſſe principalis, & præcipua cura de fide noſtra primò bene formanda, & ordinanda. Exempla & ſimilitudines fidi.

Quia reuera fides eſt ſicut pes ad ſuſtentandum, per eã enim noſtra ſuſtentatur fragilitas, ſicut dixit Apoſtolus ad Coloſſ. 1. permanetis in fide fundati. Eſt ſicut oculus ad dirigendum: Infuſa ſicut Pes ſicut oculus.

ſuſa enim immediatè deceptioni opponitur,& ſecum errorem nô tenet,ſicut dixit Apoſtolus ad Hęb.12. Aſpicientes in authorem fidei,& conſummatorem Ieſum: & de iſtis duab. proprietatibus fidei dici poteſt loco fidei illud Iob 29. Oculus fui cœco,& pes claudo; Eſt tertio ſicut cor ad viuificandum; ea enim noſtra viuificatur mortalitas, ſicut dixit Apoſtolus ad Rom. 1. ad Gal.3.ad Hæbr.10.Iuſtus ex fide viuit; Vnde diabolus fidelibus inſidians fit ſimilis aſtuto luctatori; draconi deceptori, accipitri raptori: Vt luctator pedes ſocij ſupplantare quærit per infidelitatem,aut apoſtaſiam; Vt draco oculos eruere curat ne videre poſſint fideles veritatem: Draco enim cum Elephante pugnas,oculos ſibi (ſi poteſt)extrahit,vt cæcus efficiatur. Vt accipiter,qui capta præda,cor ipſius eradicat,vt exinde ſatietur;nihil enim ſapidius accipitri,quam cor comedere prædæ ſuæ,cor fidelium,& virtutum viuificatiuum.ſ.fidem eradicare conatur: toris enim viribus nititur nobis auferre pedem fidei ſuſtentantis; oculum fidei dirigentis,cor etiam fidei viuificātis;Scit enim diabolus,quòd ſine tali pede non ſtamus, vel in bono non perſeueramus; ſine tali oculo illa quæ ſunt credenda non intelligimus,nec conſideramus; ſine tali corde vitam gratiæ non habemus,nec continuamus.

Sicut cor.

De diabolo igitur,ò Lectores,benè præmonemur. 1. Petr. 5. Aduerſarius diabolus tamquam leo rugiens circuit quærēs quē deuoret: cui reſiſtite fortes in fide;diabolo enim eſt fortiter reſiſtendum: Quod tamen non faciunt, qui per errores,hæreſes, & ſortilegia,videntur pedem,oculum,& cor amiſiſſe,vt dixit Apoſtolus ad Timoth. A veritate ceciderunt, & ſubuerterunt quorundam fidem: Fecit tamen D.Paulus ad fidelium omniū exemplum,vnde ad Timothæum dixit ſcribēs: Bonum certamen certaui; curſum conſummaui,fidem ſeruaui; in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ:in quibus verbis oſtenditur, quòd per fidē mundi prælium ſuperamus, bonum inquit certamen certaui; Vitæ terminum conſummamus; curſum conſummaui; cœli brauium reportamus; In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: Dat enim fides conſtantiā robotantem; vnde dicitur, quòd Sancti per fidem vicerunt regna,ſicut apes facientes, qui vt inquit Auicennas,& D.Ambro.in Exame.pro defenſione ſui regis certant,& pugnant,& pro eo perire pulchrum putant: Serpens etiam ne caput ſuum lædatur,corpus objicit, corpora ſua tradiderunt ad ſupplicia propter Chriſti defenſionem, & propter

exempla.

Deum,

Deum,& ideo meruerunt habere coronas perpetuas,poſtquam curſum vitæ per operationem omnium virtutum conſummauerunt: ideo eadem fides dat etiam perſeuerantiam conſummatiuam,& præmiatiuam cœli gloriam,cum per eam ad eam dirigamur.

Quid plura? Fides Deum iratum placat; eſt enim ſignum Regis,quo viſo in prælio huius mundi, Deus cognoſcens deferentem eſſe ex parte ſua,parcit ei: Vnde dicebat Apoſtolus ad Heb. 11.ſine fide impoſſibile eſt placere Deo,& Eccle.1. beneplacitũ eſt Deo fides,& miſericordia. Nota effectus fidei in genere.

Fides ſecundò culpam purgat fidelis: ſicut enim aer luminis aduentu purificatur,ſic mens per illuminationem fidei, iuxta illud Prou. 15 Per fidem,& miſericordiam purgantur peccata;& per timorem Domini declinat omnis à malo.

Fides tertiò hominem ſaluat;vnde dicitur Luc.7. Confide filia,fides tua,&c.

Fides quartò vitam ſeruat,ideo inter virtutes locũ tenet cordis.Iuſtus,&c.

Fides quintò,donat ſalutẽ. 1.Pet. 1.Reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum: Vnde de fide loquens D. P.Aug.li.de verbis Domini, dicere ſolebat. Nulla inquit maior ſubſtantia, vel theſaurus,nullæ maiores diuitiæ, vel honores, quam ſit fides noſtra, hæc enim homines ſaluat, cæcos illuminat,infirmos ſanat,cathecuminos baptizat,fideles iuſtificat,pœnitentes reparat,iuſtos augmentat,martyres coronat,virgines & viduas caſto pudore conſeruat; clericos ordinat; ſacerdotes cõſtituit,homines poſtremò cum Angelis ſurſum locat.

Vnde ex ijs effectibus concludere potes Lector, de omnibus gradibus fidei,quòd fides infuſa mouet intellectum ad opus.

Acquiſita,progreditur ad opus. Effectus fidei in particulari.
Habitualis,facilitat opus.
Actualis,terminat opus.
Implicita,omne vult opus.
Explicita,omne declarat opus.
Informis,operatur ſine merito ſalutari.
Formata,operatur cum merito ſalutari.
Mortua,neſcit operari, &c.
Viua operatur,ſcit operari,ac de omnibus operibus, infinitã meretur retributionem.

Vnde Dauid iure optimo appellauit eam viam iuſtificationũ.

Viam,

Viam, quia mandauit in fidem,& credulitatem ſex articulorũ fidei, attinentium tamen ad diuinitatem, viam iuſtificationum, quia inclinat ad credulitatem ſex articulorum attinentium ad humanitatem incarnati verbi Dei, omnis noſtræ iuſtificationis cauſæ meritoriç.

Viam, quia opponitur infidelitati purè negatiuæ, quæ eſt defectus fidei in ijs, qui nunquam nominari audierant fidem, nec potuerunt, cuiuſmodi eſt paruulorum, ante baptiſmum, & adultorum, qui ſemper in inſulis remotis habitauere, de quibus D. Paulus ad Rom. x. Quomodo credent ei, quem non audierunt, & quomodo audient ſine prædicante? Quæ potius habet rationem culpæ, quàm pœnæ, ex peccato primorum parentum cum procedat.

Viam, quia opponitur infidelitati poſitiuæ aut quaſi priuatiuæ, qua articulis fidei reuelatis, cum contemptu, contrariatur.

Viam, quia opponitur infidelitati oppoſitæ fidei nunquàm receptæ, cuiuſmodi eſt illa paganorum, & gentilium.

Viam, quia opponitur deuianti infidelitati oppoſitæ fidei Chriſtianæ, tãtum in figura receptæ: cuiuſmodi eſt illa Hębreorum.

Viam, quia opponitur infidelitati deuianti ſeu diſtrahenti hominum cœleſtorum, qui poſt baptiſmalem ſanctiſſimam lotionem, & fidei receptionem, ſtatutis, & decretis orthodoxorum patrum, & Summorum Pontificum cum pertinacia, falſa aſſerentes, contraueniunt.

Viam iuſtificationum, ideo opponitur hæreſi, imò hæreticos cum fautoribus, defenſoribus, receptatoribus, occultatoribuſq; condemnat, vt extra tit. de hæret. in ſexto, cap. 20. quorũ primum eſt quoniam epiſcoporum numeros, &c.

Viam iuſtificationũ, iõ opponitur Symoniæ, & Symoniacos condemnat, vt extra de Symonia, cap. tua nos, cap. conſulere, & ca. nemo.

Viam iuſtificationũ, ideo Schiſma cum Schiſmaticos dãnat vt extra de ſchiſmaticis, in ſexto, cap. ad ſuccidendos infructuoſos palmites.

Viam iuſtificationum, ideo Apoſtaſiam cum Apoſtatis damnat, vt extra de Apoſtaſia, cap. 1. & cap. non obſeruetis, 26. q. 7. Viam iuſtificationum, ideo & ſortilegos cum omnibus ſortilegijs vt extra cap. ſortilegi, 26. q. 1. & q. 5. cap. aliquanti.

Viam iuſtificationum, ideo maledicentiam cum maledicis vt extra

extra D.63.cap.Salonitane.

Viam iuſtificationum, ideo & ſacrilegos cum ſacrilegijs ut lib.inſt.pont.lib.4.tit.de ſacrilegijs,& Abbas in cap.conqueſtus de foro competenti.

Viam iuſtificationum,ideo vitia,enormia crimina, & omnia peccatorum genera cum ſpeciebus damnat, homines ab ijs cum libertate arcet, ad cæteraſq; virtutes dirigit, quarum.

Secunda Theologica eſt Spes,quę ſecundum Theologos ſcolaſticos triplicem habet ſignificationem in ſcriptura Sacra: prima namq; ſumitur pro paſſione ipſius appetitus, ſicut Boætius de Con.metro vltimo, dicit gaudia pelle, ſpemq; fugato, nam gaudium eſt de obiecto præſente,ſpes verò de abſente. Altera, pro obiecto ſpei,& ſic dicimus de Deo, tu es ſpes mea, ſicut etiam Apoſtolus ad Titum 2.Expectantes beatam ſpem, & aduē tum gloriæ magni Dei. De ſpe.

Tertia,pro habitu Theologico inclinante nos ad diligendum Deum,mediante merito,& gratia: Vnde publici peccatores proprię non habent de Deo ſpem,ſed præſumptionem, vt dicit Aymo: Nam ſpes eſt certa expectatio de futura beatitudine, proueniente ex merito, & gratia: ideo ſentit Magiſter loco proprio inquit,quòd ſpes eſt virtus inclinans ad expectandum æterna, & ſpiritualia.

Adnotetis Lectores, quòd ſicut fides duplex eſt, ita & ſpes. Acquiſita, ſ. & infuſa: Acquiſita eſt, quam aliquis acquirit ex pluribus actibus expectandi à Deo: Infuſa eſt, qui in baptiſmo habet,& eſt hæc duplex: quædam actualis, & eſt actus elicitus, & eſt deſiderium vltimi finis: quædam habitualis, & eſt virtus, vel Theologicus habitus,qui vocatur ſpes, quam contra nōnullos ipſam à fide,& charitate non diſtinguentes. Dico eſſe virtutem Theologicam,vnicam,diſtinctam à fide,& charitate. Nam actus ſpei eſt in nobis diſtinctionis ab actu charitatis,& fidei: illum enim in nobis experimur cum eius actus ſit deſideratiuus, fidei aſſenſiuus, charitatis dilectiuus: iuxta conditiones tres ad ipſam requiſitas à Theologis aſſignatas, quarū prima eſt, quòd eſt deſideratiua boni infiniti in nobis,ideo iſte actus eſt reſpectu futuri: Altera,à Deo nobis liberaliter donante, non primo, ſed mediante aliquo alio, ipſum quia volumus mediantibus meritis:Tertia habet Deo O.M.pro obiecto; qua, & dicitur Theologica virtus,cuius tres aſſignantur conditiones,& quattuor proprietates. Spes duplex. Infuſa duplex. Tres conditiones ad ſpem.

Tres cōditiones ad virtutem Theologalem, & quattuor qualitates vel ꝓprietates.

Prima, quòd eius obiectum ſit Deus Op. M. ideo nulla virtus moralis, vel Cardinalis eſt Theologica.

Altera, quòd innitatur regulæ primæ, intelligatis Lectores Regulæ primæ externæ, ſ. voluntati Diuinæ tanq̃ obiecti habitus, non internæ, cum regula interna humanorum actuum ſit prudentia, vel dictamen prudentiale.

Tertia, quòd ſit à ſolo Deo effectiuè, ſic quòd ſit nata à ſolo Deo infundi, & non aliundè prouenire.

Proprietates virtutum Theologalium, per quas etiam à virtutibus Moralibus diſtinguitur, ſunt quattuor.

Prima eſt, quòd ſunt ſupernaturaliter infuſæ, non naturaliter acquiſitæ, quia dona Spiritus S. ſunt ſupernaturaliter infuſa, nec poſſunt per naturam acquiri.

Secunda eſt, quòd ſunt in ſuperiori portione animæ, non inferiori, quæ non ſunt duæ potentiæ animæ, ſed duo eiuſdem potentiæ officia ſecundum D. Auguſt. 12. de ten. cap. 4. Nam ſicut per virtutes morales homo inclinatur ad inferiora, ita per Theologicas ad ſuperiora, ideo dicuntur in ſuperiori portione animæ.

Tertia eſt, quòd non ſunt in medietate duarum malitiarum, vt virtutes morales, quia nullus poteſt nimis Deum diligere, nec ei credere, nec in eum nimis ſperare.

Quarta proprietas eſt, quòd virtutum Theologicarum idem eſt finis, & obiectum, quod non poteſt eſſe in Moralibus; quia Deus ſicut eſt obiectum charitatis, ita eſt eius finis; ſed temperātiæ obiectum eſt tactus, vel materia venenorum: finis verò fœlicitas: Deus autem eſt beatitudo noſtra, ideo & finis virtutum ſupernaturalium.

Et licet Fides, Spes, & Charitas, ijs conditionibus generalib. ſint vnum, & omnes Theologiæ habitus dicantur. Formalibus tamen diſtinguuntur, nam formalitas fidei eſt credere; ſpei ſperare, & charitatis amore affectione iuſtitiæ infuſa: Fides ornat intellectum; Spes memoriam; & Charitas voluntatem. Fides eſt in intellectu; Spes & Charitas etiam in voluntate; & ſpes eam ornat, & perficit ſecundum affectionem commodi; voluntas enim quæ ſequitur commodum, vult Deum, tamquam ſibi cōmodum: Charitas verò voluntatem perficit, ſecundum affectionem iuſtitiæ, quia vt ſic reſpicit Deum in ſe, non vt commodum.

Fides

Fides
- De futuris, & præteritis.
- De vniuerſalibus.
- Se habet per modum amicitiæ.
- De bonis, & malis.

Spes
- De futuris.
- De particularibus.
- Se habet per modum concupiſcentiæ.
- De bonis.

Adnotetis ſecundò, ad intelligentiam dictorum duo; quorũ primum eſt, quòd Amor duplex eſt, ſcilicet amicitiæ, & concupiſcentiæ.

Primus eſt ſuperior alio, & ſecundus inferior: Amor amicitiæ eſt velle aliquid propter ſe: Amor concupiſcentiæ eſt velle aliquid, quod alicui concupiſcitur. Actus charitatis eſt amor amicitiæ, nam perfecta charitas eſt amor in ordine ad ſe, vt per charitatem volo Deum in ſe, licet non me beatificaret: Actus autem ſpei eſt concupiſcentiæ, & ideo diſtinguuntur.

Alterum adnotandum eſt, quòd duplex eſt affectio, ſ. iuſtitię, & commodi. Affectio commodi eſt naturalis appetitus voluntatis: Affectio autem iuſtitiæ eſt libertas voluntatis, & eſt triplex iuſtitia. ſ. acquiſita, & eſt virtus moralis, per quam redditur vnicuiq; quòd ſuum eſt: Alia eſt infuſa, ſcilicet charitas, vel gratia: Nam in aliquo eſſe dicitur affectio iuſtitiæ, quia eſt in gratia: Alia eſt innata, ſ. libertas, qua libertate commodi affectionẽ moderari poteſt.

Addo & tertium, quòd ſpei à fide, & charitate diſtinctæ triplex eſt gradus: Altus. ſ. altior, & altiſſimus: Spei altus gradus eſt expectare cœleſtem hæreditatem, quam daturum ſe Deus nobis obligauit per pignus. ſ. Spiritum Sanctum in baptiſmo, qui eſt noſtræ hæreditatis pignus, vt dicit Apoſtolus. Altior verò eſt expectare beatitudinis eandem hæreditatem, quam nobis ſe daturum iuramento firmauit, iuxta illud, Iuſiurãdum, quòd iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis: Altiſſimus eſt expectare eandem beatitudinem, quam nobis ſe daturum in lege, & prophetis promiſit: vnde dicitur: Quòd oculus non vidit, &c. Gradus triplex ſpei.

In alto gradu ſpei eſt, quòd expectat æternam beatitudinẽ ex operibus miſericordiæ, & iuſtitiæ, in quibus ſe diu exercuit.

In altiori, qui expectat eandem ex paſſione Chriſti, qui nobis eam promæruit vt dixit deuotus ille Bernardus.

In altiſſimo, qui eam expectat ex mera Dei bonitate & miſericordia, qui nos ad ipſam creando prædeſtinauit, imò ante mũdi conſtitutionem.

In alto gradu ſpei eſt, quem certificat de æterna beatitudine bene diſcuſſa conſcientia.

In altiori, quem certificat veteris, & nouæ legis ſcriptura.

In altiſſimo, quem certificat diuina inſpiratio.

In alto eſt, qui expectat æternam beatitudinem ex multiplici interceſſione, in patria & via.

In altiori, qui eã expectat ex diligenti cuſtodia Angelorum.

In altiſſimo, qui eandem ex diligentiſſima Dei cuſtodia expectat: vnde Aug. perfectioribus adeſt ipſe Deus ad cuſtodiam, im perfectioribus verò ipſi Angeli adſunt.

In alto gradu, ratione actus virtuoſi, & gratioſi modi.

In altiori, ratione loci glorioſi.

In altiſſimo ratione fructus pretioſi, quæ omnia minuit Dauid propheta dicens: Spera in domino, & fac bonitatem, Ecce actum virtuoſum, & gratioſum modum, inhabita terram, Ecce glorioſum locum, Et paſceris in diuitijs eius: Ecce precioſum fructum.

*Optima expoſitio Pſalmi.*

Spera in domino. Nam ſpes eſt virtus, qua homo de ſeipſo non vult confidere, & qua, quòd à ſe habere non poteſt à Deo, ſatagit obtinere. Spera inquit in domino. Notate lectores, pulli videntes milluum, ad alas gallinæ confugiunt, ut defendãtur. Secundum philoſophum, & quamdiù ibi fuerint non læduntur, ſi verò exterius vagati fuerint rapiũtur: Etiã colũba exiſtens ſub vmbra arboris, quæ dicitur patrædion, draconem nõ timet; quòd ſi vmbram dimiſerit, draco ipſam rapiet, & occidet: Sic verè ſi ad alas protectionis diuinæ per ſpem, & fiduciam recurramus, & ſi ad vmbram ſuæ potentiæ refugiamus, & ibidem per ſpem, & deſiderium maneamus, draconem, & milluum.i. diabolum contra nos præualere non timebimus, ſed ab ipſo ſalui & liberi poterimus permanere.

*Exemplũ milluũ de ſpe.*

*Exemplũ ſecundũ.*

Spera in Domino, ſpes enim eſt propugnatrix fortiſſima, ſimilis euadens lapillo qui dicitur allectoria, q̃ facit homines inuincibiles, quia homo, qui in domino ſperauerit, nunquàm tribulationibus, & tentationibus uictus erit: ideo dicebat Dauid in Domino ſperaui & adiutus ſum: hoc patuit in martiribus, qui

*Exemplũ tertium.*

ſpem firmam in domino habentes, & in ipſo fortiter ſperantes, in pœnis & verberibus, numquàm deſuerunt, fortes namq; facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum, diſtenti ſunt, lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, & hi omnes fidei teſtimonio, digni inuenti ſunt iuxta illud Dauid dictum. Domus Iſrael ſperauit in domino, adiutor eorum & ꝓtector eorum eſt, & alibi, quoniã in me ſperauit: liberabo eum, protegam eum ⁊c.

Spera in domino eo quòd ſpes maximã affert ſperanti conſolationem, ſpes enim quam habet homo de diuina gratię acceptione, & æterna retributione in tribulationibus dulciſſimam illi tribuit, & confert conſolationem.

Sicut enim myrthus arbor, feſſa membra dicitur confortare cum ſit mitigatiuæ, & infrigidatiuæ naturæ, & ſm Plinium, noſcitur creſcere iuxta mare. Exemplũ quartum.

Sic ſpes ſancta mitigat, & temperat miſerias dolores & tribulationes refrigerat & confortat: & ideo ſtat iuxta mare, ideſt, in ſtatu tribulationis debet inueniri, vt poſſit nos conſolari: Vnde dicebat Iſaias 25. Quod dominus factus eſt fortitudo pauperi, ægens in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu. Et breuiter eſt ſicut papauer, qui patientem facit dormire, ſicut mandragora, quæ potantẽ facit gladium non ſentire: ſicut cignus auis, qui quando vult mori, ſolet dulciter canticum facere, & garrire. Hæc enim facit hominem quieſcere in labore. Caro mea recquieſcet in ſpe. Nihil ſentire de mundano dolore. In deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo, lætari & cãtare etiam in mortis periculo, & terrore, iuxtà illud Prouer. 14. Sperat autem iuſtus in morte ſua, & illud. Si me occiderit ſperabo in eum. Exemplũ quintum. Exemplũ ſextum. Exemplũ ſeptimũ.

Spera in Domino, cũ ſpes ſit doctiſſima procuratrix, iſta.n. uadit uſq; ad interiora velaminis & nobis apud ſummum iudicem procurat ſecuritatem, ſatietatem, & in bono ſtabilitatem. Effectus ſpei.

Diuinam miſericordiam, & bonitatem

De ſecuritate teſtimonium redditur Eccleſiaſt. 34. Qui timet Deum, nihil trepidat, & pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.

De ſatietate in Pſalmis. Oculi omnium in te ſperant domine, &cæt.

De perfecta ſtabilitate in Eſaia 40. Qui ſperant in domino aſſument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficient.

De miſericordia in pſ. Sperantes autem in Domino miſericordia

cordia circundabit.

Spera in domino, eo quòd ſpes ſperantium benè, ſit ſubleuatrix promptiſſima, iſta enim ante ſperantes Paradiſum vadit, eoſq; extollit, & ſubleuat, iuxta illud Prou. 29. Qui ſperat in domino, ſubleuabitur.

Spera in domino, inquit enim Gloſſa ſuper hoc: Spes eſt introitus fidei, & per ſpem intratur ad illud vidédum quòd creditur, dummodo cum ſpe bonitas fiat, iſte enim eſt rectus modus, ſperando in deo bene facere; quia ille qui non vult bene facere, non debet a deo ſperare, vbi enim bona facta, & bona mærita non præcedunt, bona præmia communiter non ſuccedunt: ideo additur, fac bonitatem, iuxta illud Matthei 7. Bona arbor bonos fructus facit: Seruitor enim ſtipendium, ſeu vt ita dicam, ſalarium non debet ſperare, niſi bene ſeruitium fecerit. Fac igitur bonitatem, ideſt exerce virtutem, vel virtutum copioſitatem, vt ſic poſſis à deo ſperare præmij æterni voluptatem, iuxta id Oſeæ 12. Miſericordiam & iuditium cuſtodi, & ſpera in deo tuo.

Spera in domino, ſed & inhabita terram ideſt per ſpem vel ſperádo cum bonis operibus incipias terram Paradiſi habitare, quàm perſeuerando re poſt mortem habitabis. Ceruus enim viget in ſenſu odoratus, intantum, quòd etſi terram, quæ eſt vltra ripam, non videat, ipſam tamen qualis eſt dicitur ſentire, & ad eam, ſecundum Plinium, transfretare; ſic & nos licet terram quæ eſt vltra ripam huius mūdi, minimè videamus, ſpei tamē odore ipſam cognoſcere debemus, vt ad eam per deſiderium mentaliter transfretemus, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. Quem non videmus ſperamus.

Spera in domino, quia paſceris in diuitijs eius, iuxta illud Ezechiel. 34. de beatis animabus: In paſcuis vberrimis paſcam eas & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcuæ eorum. Vos igitur lectores in fide, ſperate in domino mecum, bonitatem facite, terrā inhabitate, & ſimul paſcemur in delicitijs eius.

De charitate.

Tertia Theologica virtus eſt charitas, quæ à Theologis & ipſa diuerſa accipitur ſignificatione: Primo pro charitate actu, quæ ſecundo ſummi poteſt vnico pro actu acquiſito, alio modo pro actu infuſo. Primus dicitur actus amicitiæ humanæ, ſecundus actus vt diligendi proximum ex habitu infuſo. Altera ſignificatione pro charitate habitu Theologico inclinante ad diligendum Deum, ſuperiorem, & proximū, propter Deum:

& hæc ò lectores eſt margarita illa precioſa, quam emere oportet, ut habeatur regnum cœlorum: hæc namq; illa eſt, quæ diuidit inter filios regni & filios pditionis, affirmatiuè, negatiuè, & conuertibiliter, nam bene ſequitur, habet hic charitatem, igitur eſt filius regni, & e conuerſo; non habet charitatem, igitur eſt filius perditionis: Eſt inſuper charitas omnium virtutũ forma, intelligatis lectores, non quoad informationem, ſed quoad acceptabilitatem quia per habitum charitatis habetur acceptatio omnium aliarum virtutum, habitus enim continentiæ, ideo à Deo Op. Max. acceptatur, quia habitu charitatis eſt informatus: Vnde dicit D Gregorius Papa in homilia ſuper cap. 15. Ioannis. Cum cuncta ſacra eloquia, plena ſint dominicis præceptis, quid eſt, quod de ſola dilectione, quaſi de ſingulari mandato dominus dicit; Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, niſi quia omne mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia vnum præceptũ ſunt? quia quicquid pcipitur, in ſola charitate ſolidatur, vt enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, niſi manet in radice charitatis: & concludens inſtitutum dixit, multa ergo ſunt præcepta dominica, & vnum, multa propter diuerſitatẽ operis, vnum in radice dilectionis, vnũ, quia ille ſolus qui eſt ĩ charitate, eſt vnũ cum Deo, & Deus vnum cum ipſo, quia habet aſſociationem p comparationem ad Deum, vnde dixit Apoſtolus. Deus charitas eſt & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: & alibi comparans charitatem ad cæteras virtutes. Tria manent, fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas.

Nam domini lectores, fides & ſpecies in homine reperiuntur tantum, charitas verò in Deo, in Angelis, & hominibus.

*De maioritate charitatis diſcurſus prędicabilis.*

Fides & ſpes poſſunt tollere montes, mittereq; eoſdem in mare, Charitas verò montes, colles, fontes, flumina, ſtagna, & Maria fecit.

Fides & ſpes ſunt ſicut comitiſſæ duæ in terris.

Charitas autem in cœlo & terra imperat, & gubernat.

Fides & ſpes animam contemplatiuam reddunt eamq; verã lucem in tenebris quæritare faciunt.

Sed charitas eandem ardere facit propter Deum, & proximũ ſtatumq; mixtum perfectionis inſtituit.

Fides extra intellectum non ſe extendit corporis.

Charitas omnes animæ noſtræ vires, & corporis potentias cir-

circumambit.

Fides eſt virtus Theologica in enigmatibus ſemper inuoluta.

Charitas nullam ſecum tenet imperfectionem.

Fides & ſpes poſt hunc ſtatum deficiunt.

Charitas ſemper manet, & hic, & in patria.

Spes cum fide nos ad Deum attollit & dirigit.

Charitas cum Deo O. M. vnit & colligat.

Spes eſt virtus cum affectione expectandi.

Charitas autem eſt plena iucunditate, & lætitia.

Fortitudo eſt virtus moralis, metu, & timore mixta.

Charitas ab hominum corde omnino timorem expellit.

Iuſtitia eſt virtus terminos habens præfixos, & limitatos.

Charitas in agro latitudinis ſine terminis poſita videtur.

Prudentia eſt virtus, futurum ſolicitans, & curans.

Charitas omne bonum præſens ſecum defert.

Temperantia carnis, & pęnis abundat.

Charitas in loco ſpatioſo poſuit pedes ſuos.

Humilitas, lachrimis contemplatiuis humilis deplorat defectus.

Charitas igne ſuo cęleſti eoſdem cum conſumpſerit, in æternarum deliciarum meditatione lætatur.

Puritas conſiſtit in cautione à maculis maculare potentibus.

Charitas maculas, nec rugas timet.

Obedientia, hominum voluntates, & actus, vni homini ſupponit.

Charitas præcipuè magno, altiſſimoq; Deo.

Religio eſt ſecura intra muros clauſura.

Charitas intra, & extra latitudo ſancta.

Omnis alia virtus quæcunq; ſit, eſt finita, limitata, & ad terminos coarctata.

Gradus charitatis — Charitas eſt infinita, illimitata, alta, lata, & profunda.

Imò eſt Alta, Altior, & Altiſſima.

Alta, quia & ea homo amicum, à quo diligitur, honoratur, fouetur, & in omnibus adiuuatur diligit; & qui hoc non curat facere, contra naturam nititur laborare: diligere enim amantem naturæ eſt.

Altior, quia ea homo inimicum diligit ex corde, & viribus to

tis, propter Deum, qui eum ad imaginē ſuam Creauit, corpore, ſuo refecit, & ſanguine redemit, diligere enim non amantem gratiæ eſt; & qui hoc facere non curat, filius D.O.M. eſſe recuſat, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.

Altiſſima eſt etiam: quia ea homo inimicos beneficijs trahit ad amorem, vnde ſuper illud Matthei 5. Vt ſitis filij patris veſtri, inquit gloſſa, cumulus perfectionis, eſt inimicos diligere: & pro ipſis diligēter orare, ſicut & fecit Chriſtus, & alia gloſſa ſup illud Luc. 5. Benefacite &c. dicit. Non tantum ad amicos, ſed ēt ad inimicos extendit opera charitatis, vt amici eſſe incipiant.

Alta, quia ea homo amicorum cum proprio lucro quærit vtilitatem.

Altior, quia & cum damno rerum ſuorum amicorum commodum quærit.

Altiſſima, quia ea homo ſepæ cum propria morte bonū quærit amicorum, ſicut fecit Chriſtus, de quo dr̄. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Alta, quia ea quis diligit, & ſibi res temporales auferentem.

Altior, quia ea quis diligit auferentem ſibi honorem.

Altiſſima, quia ea quis diligit quærentem auferre Deum cū donis ſuis, auferentem cum martirio ſibi Corpus & Membra.

Similis eſt charitas Theologica virtus, Magneti, Carbunculo, & Chriſopaſſo lapidibus pretioſis: ſicut enim magnes attrahit ferrum etſi duriſſimum, ita charitas, D.O.M. durum & auſterū ob peccata hominum, ad aſſummendam humanam naturam: in vnitate ſuppoſiti, ideo dicitur charitas, quaſi cara vnitas, iſta. n. D.O.M. fecit taliter carum, ꝙ de vtroq; factus eſt vnum, abſq; commixtione, & diuiſione, ideo dicitur in ep. Ioa. 1. c. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Sicut pariter Carbunculus ignei coloris, ita ardenter rutilat, ꝙ nocte non extinguitur ſplendor eius, ſic charitas erga Deum & proximum eſt ita firma, vera; & tenax, quòd non ſolum in die proſperitatis, ſed & in nocte tribulationis, debet lucendo, & rutilādo apparere: ſicut poſtremo Chriſopaſſus de die apparet aureus, de nocte verò igneus: ita charitas tempore fœlici gratiæ, pallet ſicut aurum; tribulationum aurē tpe ſplendet & ſcintillat ſicut ignis, & ita omni tempore charitas viget, iuxta illud Prou. 12. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Et quoniam vigere poteſt tripliciter, incæptiuè, profectiuè, & pfectiuè, triplicem

Similitudines.

Triplex charitas.

Similitudo. triplicem vobis propono charitatem, lectores, Incipientem, proficientem; & perfectam; ſimilem ſigno cœleſti illi gemini dicto, cui Aſtronomi triplicem aſignant aſpectum, Iouis primum, Saturni alterum, Lunæ tertium.

Incipientium charitas aſpectu Iouis appropriatur, in ſuperiori enim planetarũ parte deorſum deſcẽdẽdo, planeta primus, beneuolus, & benignus effectuq; calidus, eſt Iouis, ita primus gradus amoris & dilectionis erga Deum, & proximum, eſt incipientium charitas.

Proficientiũ verò aſpectui Saturni, ſub quo naſcentes ad augmentũ diuitiarum ſunt proni; ita in ſecundo charitatis gradu, in gratiarum, & donorum augmento proficiunt.

Perfectorum poſtremò aſpectui Lunæ, cũctis humidis, aquiſq; maris præcipuè dominanti, charitas enim perfectorum cunctis dominatur tribulationib., iuxta illud Apoſtoli. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, fames? nuditas? anguſtia? gladius? &c. quaſi diceret, ſi charitatẽ perfectã habuerimus fratres, cũcta & ſi grauia, nobis erunt leuia: ſtudeamus igitur lectores ſanctiſſimo huic Theologico habitui cæteros præcellenti, vt in hac lachri marũ valle, miſeriarum ſede, tribulationumq; mari, à Dei Opt. Max. amore, proximiq; beneuolentia & beneficentia non deſiſtamus, ſic enim habuiſſe fidem, & ſpem, cæteraſq; virtutes nihil prodeſſet.

De virtutibus Cardinalibus. Prima moralium ſeu Cardinalium virtutum eſt iuſtitia legalis, intelligatis lectores, ordine generationis, nã cuilibet virtute prædito, vt faciat quod facit, pro bono virtutis, eſt inſerta: ſed prius quàm vlterius progrediar, in vniuerſali tria propono, quorum primum eſt, quòd iſtæ virtutes dicuntur Cardinales, primò, propter ſtabilitatem, cardo enim ſtabilis manet, licet in eo oſtium vertatur, ita anima noſtra, licet mutabilib. vtatur, ijs ſtabilitur: ſecundo ſicut oſtium cardini immititur, ſic tota conuerſatio bona ijs quattuor virtutibus, quæ conuerſatio bona conſiſtit in faciendo bonum, & patiendo malum; bonam.n. uitam exiſtimo ego, lectores, mala pati, & bona facere, & ſic vſq; ad mortem perſeuerare.

Quare dicatur cardinales.

Figura virtutum cardinalium prima. Alterum eſt quòd iſtæ quattuor virtutes figurari poſſunt in ſacra Scriptura in quatuor illis fluminibus de Paradiſo ègrediẽtibus terreſtri, de quibus dicitur in ſacra Geneſi, quòd totam irrigabant terram, & temperabant, ijs enim quattuor virtutibus, cor infunditur, & irrigatur, quo fit vt ab omni deſideriorum carna-

carnalium æſtu temperetur : Secundò in quatuor coloribus, quibus cortinæ tabernaculi decoratæ fuere, Exodi 26. Scilicet Iacynthino, Biſſino, Purpureo, & Croceo: Crocus, ignei coloris ad iuſtitiam pertinet, & Zelum ipſius: Purpura ſanguinei coloris, ad fortitudinem, quæ parata eſt pro Chriſti amore ſanguinē fundere. Biſſus habens candorem, ad Temperantiam, quę cādidam, puramq; animam reddit. Iacynthus aerei, & cœleſtis coloris, Prudentiam, qua Dominum, & angelos ſpecialiter imitamur. Figura ſecunda.

Tertio & vltimò in figuris quatuor Animalium: In hominis leonis, vituli, & aquilæ: In homine iuſtitia, quæ vinculum eſt humanæ ſocietatis: In leone, fortitudo, iuxta illud Prouer. 30. Leo fortiſſimus animalium, ad nullius pauebit occurſum: In vitulo, Temperantia, in lege enim pro iuſtiſſima ira Dei contra homines temperanda vitulus immolabatur: In aquila, Prudentia, cuius eſt vigilare in rebus diſcernendis; aquila enim viſum habet acutum. Figura tertia.

Tertium eſt ꝙ iuſtitia tripliciter ſummi poteſt: large ſcilicet, ſtrictè, & ſtrictiſſimè, large ſumitur ꝓ bonitate, & ſecundū hanc acceptionem inquit D.P. Auguſtinus, quòd duæ ſunt partes iuſtitiæ, ſcilicet declinare à malo, & facere bonū, iuxta gloſſam illam ſup illud, Dilexiſti iuſtitiam, ideſt omne bonū, & ſup illud Matthei. 6. Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, inquit gloſſa, iuſtitia regni eſt omnia, quæ Chriſtus ſaluator nr̄ dilexit, obſeruare; ſic & ſumitur, cū dicimus impiū iuſtificari. Strictè verò, pro virtute reddēte vnicuiq; ꝙ ſuum eſt, & ita ſub iuſtitia pietas continetur. Strictiſſimè poſtremò, pro inflictione pœnnarum, ſic dicebat Bernardus. Nullū nomen Dei eſt, q; non ſonet, aut iuſtitiam, aut pietatem: prout Cardinalis virtus eſt, ſumitur generali, quę ad imperandos, & eliciendos actus cæterarum virtutum ſufficit ſola, non tamen ad exequendum. Hanc Domini, commendat natura tripliciter. Primò, quia rectitudo, quam dedit corpori humano, monet ad rectitudinem iuſtitię. Secundò, quia ea quæ ſunt iuſtitiæ, pro magna parte, naturali in hominum cordibus ſcripta, & inſita ſunt. Acceptio iuſtitiæ triplex.

Tertiò, quia natura docet & bruta animalia, multa eorum, quæ ad iuſtitiam pertinent videlicet concordiam & pietatem, ad animalia ſui generis: commendat eam pariter & ſcriptura Sacra, primò admonendo in Pſalmo 50. Sacrificiū iuſtitiæ, &c. In Sapientia Cap. 1. Diligite iuſtitiam, &cæt. In Eccl. 4. Vſq; ad

mortem certa pro iuſtitia;& cap. 13. Ante obitum operare iuſtitiam. Secundò, oſtendendo eos eſſe bonos, qui iuſtitiam eſuriunt, & ſitiunt, iuxta illud. Beati, qui perſequutionem patiunt, propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Tertiò, quia D.O.M. eſt multum grata: homini verò multum nociua: de primo dicitur. Iuſtus Dominus & iuſtitiã dilexit. Et Prou. 15. Qui ſequitur iuſtitiã, diligetur à Domino. Nociua eſt, quia à malo culpæ defendit, propter quòd lorica dicitur, ad Eph. 6. State induti loricam iuſtitiæ: pariter & quia appetitum boni trãſitorij reſtringit, ideo uocatur zona iuſtitiæ: Zona iuſtitiæ circũcinxit Aaron, dicitur in Eccleſ. 45. Nociua eſt in futuro, & maximè in diſtricto illo iudicio, in quo Dei iuſtitia iudicabit: vnde dicitur: Non permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Amplectamur igitur ò lectores iuſtitiam, à malo declinantes, & bona facientes, Deo quòd eſt dei, ſanctis quòd ſanctorum, cæteriſq; quod cæterorum reddentes, ut pro iuſtitia, iuſtitiam cœlorum triburiuam ſaluatoris iuſtitia ſortiamur, eius enim tanquam ſcalarũ in cœlum ducentium multi ſunt gradus, altus ſcilicet, altior, & altiſſimus.

Gradus iuſtitiæ. Altus eſt, reddere proximo ius ſuum, ſcilicet cõgratulationẽ in proſperitate, & in aduerſitate compaſſionem, iuxta illud Apoſtoli. Gaudere cum gaudentibus &c.

Altior eſt, reddere ſibimet ius ſuum, ſcilicet dolorem de malis commiſſis, iuxta illud Propheticũ. Dole quaſi parturiens: & cautelam contra mala committenda, iuxta illud. Nõ ſolum à malo ſed ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

Altiſſimus eſt, reddere Deo Opt. Max. ius ſuum, ſcilicet timorem, quia Deus iuſtus eſt, & amorẽ, quia pater bonus eſt. Vnde Dominus dicit: Si ego Dominus, ubi timor meus? ſi pater, ubi amor meus?

Altus, Altior, Altiſſimus.

Altus eſt, reddere vnicuiq; bonum pro bono.

Altior eſt, reddere bonum pro malo.

Altiſſimus eſt, reddere optimum pro peſſimo.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, iuſtificare omnes operationes, vt Deo placeant.

Altior eſt, iuſtificare omnes loquutiones.

Altiſſimus eſt, iuſtificare omnes voluntates. In iſtis tribus gradibus fuit Chriſtus, ideo dixit: Ea quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Altus

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, diſcere iudicare omnia opera ſua, qua intentione, & ad quem finem fiant.

Altior eſt, iudicare verba vtrum ſint vtilia, vel nocina.

Altiſſimus eſt, iudicare conſcientiam vtrum recta vel erronea ſit.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, exhibere naturalem iuſtitiam omnibus viuis, ſcilicet, quòd tibi vis fieri, &c.

Altior eſt, exhibere iuſtitiam omnibus mortuis cõſanguineis in orationibus & eleemoſinis.

Altiſſimus eſt, exhibere iuſtitiam omnibus extraneis, & ita lectores cariſſimi triplices modos iuſtitiæ ſi exhibuerimus, in tertio gradu iuſtificatore Deo Op. Max. nos iuſtificante, ſedebimus in cœlis.

Secunda virtus Cardinalis eſt Fortitudo, quæ ſecundum Scholaſticos multifariã accipi poteſt. Vnico, pro robore corporis, & ſic non eſt virtus, nã robur eſt potentia mouendi alterũ attrahentem, aut pellentem: eſt tamen aduertendum, quòd in ſubeundis periculis belli robur eſt aſpiciendum, ſecundum robur enim aliud, & aliud decet. De fortitudine.

Aliomodo pro animi firmitate in omni bono rationis habente difficultatem, & ſic non eſt uirtus ſpiritualis, eo quòd difficultas in bono rationis ſit communis cuilibet virtuti, vnde ad hoc quòd aliquis virtuosè operetur, oportet quòd ſit ſciens, eliciens & eliciens propter hoc: & vlterius quod firmiter, & immobiliter operetur. Et ad hoc quod aliqua virtus ſit virtuosè elicita, requiritur, quòd tam immobiliter, & firmiter iudicio fiat, vt operans velit nullo modo dimittere eam pro quocunque ſecundum rectã rationẽ: neque etiam pro morte, ſi hoc recta ratio dictet. Tertio modo, pro firmitate animi in reb. grauibus, difficilibus, & periculoſis, ſiue ſit ibi contrapugnatio, vt in bello, ſiue non, & ſic eſt virtus communis magnanimitati, & fortitudini: quia vtriq; conuenit ſubire magna, laborioſa, & periculoſa, pp honeſtatem operis. Quarto modo, pro animi firmitate, rõne relata in ijs periculis, in quibus eſt contrapugnatio, quemadmodũ pericula mortis, & ſic eſt virtus q̃dã ſpiritualis, ſed tertio eſt Cardinalis, nã Eccellẽtiã virtutũ Cardinaliũ qua cæteræ virtutes præcelluntur, in tribus conſiſtit conditionibus. Prima eſt, quia ſunt in regimine mentis potiores. Secunda, Fortitudinis acceptatio quadruplex.

Excellen-tia virtu-tum Car-dinalũ tri-plex.

da, quia inclinant in actus alieni virtutum, & eos faciliores red-dient. Tertia, quia limitant actus, & opera aliorum virtutum: Prima ex phabitis ſatis patet. Secundam probo. Nam quæ eſt iuſtus, & habitum habet iuſtitiæ perfectè, faciliter aſſueſcit ad tollendam iracundiam, per quam alteri infertur iniuria, & faci-liter vitat omnia vitia oppoſita virtutibus humanæ communica-tionis: Similiter qui eſt fortis, & perfectè habet habitum for-ti udinis.& magnanimitatis, faciliter fit liberalis, propter con-temptum pecuniarũ, quem habet. Et qui eſt magnanimus, fa-ciliter eſt magnificus: Tertiam pariter vobis patefacio, quia agere ſecundum aliquam aliarum virtutum, & propter circum-ſtantias occurrentes, neceſſe eſt deſerere illud opus, vel contra aliquam harum virtutum peccare: vt ſi ſit pauperi ſuccurrendũ, & recta ratio dictet, ꝙ ego non poſſum ſibi ſuccurrere, niſi de-tinendo alienum, aut alteri iniuriam faciendo, teneor nulli iniu-riam facere: & ſi aliter pauperi ſuccurrere non poſſum, teneor ſuccurſum illum liberalem deſerere: ita de fortitudine, cuius actus ſunt, aggredi, expectare, cunctari, fugere, ſuſtinere, &c. li-cet recta ratio dictet, in terribili mortis periculo pro fide, fugã, quia non poteſt fieri ſine damno Chriſtianæ Reip. habitus forti-tudinis inclinans hortatur ad conſtantiam, patientiam, & tole-rantiam mortis, ſed ſi ſine exitio, ſed cum vtilitate, & ad fugam: in ijs quæ non ſunt fidei, actus fortitudinis eſt fugere, quia ali-qua ratione non eſt aggrediendum aut expectandum: imò eſſet audacia non fugere circa quam ſicut & circa timorem non eſt fortitudo, vt teſtatur Ariſt. 3. Eth. c de fortitudine.

De debel-latiõe qn qꝫ inimi-corum.

Hac nobiliſſima virtute pugnãdum nobis eſt cum Demone, Mundo, Carne, Vano Spiritu, & Morte, ſunt enim inimici, qui nos maximè in continua dimicatione perterrent.

De Demo-nis tenta-tione.

Nam Demon inſidijs nobiſcum pugnat, transformans ſe in Angelum lucis, ſub ſpecie alicuius boni, malum ſuadens: Modo ſub ſpecie boni corporis, vt tentauit Chriſtum in deſerto, quando dixit: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant: Mo-do ſub ſpecie amicitiæ & amoris, alteri gloriam debitã eripiens, vt cum eodem ſalu. noſtro fecit dicens: Mitte te deorſum, &c. modo ſub ſpecie boni fortunæ, ſicut quando Chriſto oĩa mun-di regna oſtendit dicens: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adora-ueris me, & vt vno verbo dicam, quærit ſe conformare homi-num voluntatibus, vt poſtea ipſi ſe conforment. Sicut legitur in Romanorum hiſtoriis de ſceleſto Catilina, qui contra Remp.

Exẽpla & ſimilitudi-nes.

Rom.

Rom. Coniurare volens, cæpit ſingulos primates Rom. blanditiis ad ſe trahere, illis varia, & conuenientia impendens dona; nam illis, qui armis delectabantur, relucentes donabat enſes, deauratos pugiones, ferreas loricas, Galeasq; perpulchras: Illis, qui in ſtadio currere, agiliſſimos equos: virtuti contemplatiuæ deditis, integras ſelectorum librorum bibliothecas, & ſimilia ſimilibus: ita Demon inimicus noſter, qui omnibus vnam non proponit eſcam, ſed ſecundum varietatem inclinationum, vt auceps diuerſis auibus, varia tendens retia, diuerſasq; proponens eſcas, nã ad auaritiã inclinatis proponit modos fænerãdi, &c. & ita apparet quomodo vt alter Prothæus, Periclimenus, & Cameleon, variè ſe transformat: cuius terribiles ictus, fortiter permanentes in fide, & ſuſtinere repellendo, & repellere ſuſtinendo debemus, fortitudinis Clypeo virtuoſo muniti:

Mundus pariter, ſicut Scorpio faciens, qui brachiis blanditur, cauda autem veneno plena ferit; aut ſicut fluuius, cuius initium ſi conſpiciatur, quando à fonte ſcaturiente ex aliqua montis cauerna eſt dulcis, & ſplendidus; finis vero, (in mare enim intrat) amarus; aut ſicut cratera aliqua aurea quæ viſu & aſpectu delectabilis, dulciſſimo repleta uino, intus tamen latet virus, & crudele venenum: ita poteſt videri; nam in principio amatoribus ſuis totum ſecatum, dulcem, nobilemq; oſtendit; finis tamen eius eſt inimicus, amarus, mortiferus, & ignobilis; ducens eoſdem ad inferni exitium æternum: huius terribiles ictus, impulſionesq;, fortitudine fulti pariter repellere poſſumus & debemus. Mũdus ſecũdus inimicus.

Caro eſt inimicus potentiſſimus à nobis nobiſcum familiariter nutritus, ſpiritui bono ſemper reſiſtẽs, vt dicebat D. Paulus: Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ; cui per fortitudinem cauſatam à ieiuniis, & orationibus reſiſtere debemus. Caro tertius inimicus.

Spiritus vanus interius & exterius totus eſt vanitas, hoc enim gloriatur homo in veſtibus ſericis, in pellibus precioſis, in poſſeſſionibus, in regnis, auri, argentiq; multitudine, quorum omnium cauſa homo Dei honore, amoreq; depoſito, multa nefanda aggreditur; neſciens ꝙ ſericum eſt aĩalium vilium ſtercus; pelles ꝓcioſæ æſtimatæ, ſunt in ſeipſis nullius precij & valoris, poſſeſſiones, & Regna ſunt terra. Aurum & Argentum fex terræ: contra hunc fortiter armati ſpe cælorum per contemptũ aggredi debemus. Spiritus van' quartus inimicus.

Mors,

Mors mala quintus inimicus. De mortis bonæ nobilitate

Mors, quæ tanquàm noſtrum omnium inimica ſæuiſſima eſſe videtur, eo ꝙ curſui Naturæ, quę ſe perpetuare cupit, totaliter ſe opponit, à fortibus timeri non debet: imò cum Paulo Apoſtolo intimo deſiderari affectu; vita enim hac noſtra mortali, imò potius morte vitali longe eſt melior, & amica magis. Ille enim noſter eſt amicus, qui nos à præſentibus, imminentibusq; liberat malis, ad fruitionéq; æternorum bonorum nos conducit, mors eſt illa, quæ noſtros ſpiritus innoxios, a vinculis continentibus, & detinentibus, a coniunctione vltimi finis diſſoluit, ſe obligans ad ſimplicem nutum Deo Opt. Maxi. & corpus reddere, iuxta reuelationem illam. Et mors, & infernus dederunt mortuos ſuos. Mors nos ponit in ſtatu ſecuritatis, periculum peccandi prorſus excludens, abſoluenſq; à miſerijs humanis, quæ ſunt ſeptem,

Septē humanæ miſeriæ.

Generatio vilis eſt prima.
Duratio breuis eſt altera.
Conſolatio parua eſt tertia.
Complexio debilis eſt quarta.
Vis infirma eſt quinta.
Subſtantia vana eſt ſexta.
Conditio mutabilis ſeptima.

Quas omnes complexus fuit Iob quando dixit. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet.

Septimam dicens, & nunquàm in eodem ſtatu permanet.
Sextam dicens, & fugit uelut umbra.
Quintam dicens, & conteritur.
Quartam dicens, qui quaſi flos egreditur.
Tertiam dicens, repletur multis miſeriis.
Secundam dicens, breui viuens tempore.
Primam dicens, homo natus de muliere.

Quid plura? ſi omnia in mundo nos affligunt? Saturnus triſtitijs, Iupiter tirannide, Mars tumultibus, Sol ambitionibus, Mercurius curioſitatibus, Venus libidinibus, Luna incoſtantia; Ignis uiolentis incendijs, Aer ventorum agitationibus, imò fulminibus, grandinibus, pluuiis, glaciebus, & pruinis: Aqua inūdationibus, terra, quæ pro infinitis ferè laboribus, paucis ſimos reddit fructus, producens ſpinas, tribulos, herbas mortiferas, & animalia fera generans, ſuſtentans, & enutriens.

Quid plura? ſi omnes hominum conditiones, miſerijs ſunt plenæ: nam ſi vir eſt vxoratus, & habet diuitem mulierem, & proſapia illuſtrẽ, illa eſt ſuperba, audax, incorrigibilis, honoris, & facultatum exitium, ſi verò pauperem, & vilem: ſemper eſt inepta, immorigerata, indiſciplinabilis, & indiſcreta. Diſcur ſus prædicabilis de miſerijs humanis per fortitudinem vincendis.

Si verò eſt pulchra zelanti nimio amore non quieſcit. Si turpis, non eſt contentus. Si ſolus viuit, ſerui eum deprædant.

Mulier vxorata cum mercatore, ſemper timet facultatum deperditionem.

Si cum milite, timet vitam.

Si cum doctore ambit honores, vt oleum lucerna.

Si cum nobili, & ille eſt ſuperbus.

Si cum paupere, & ille eſt deſperatus.

Si cum iuuene: & ille eſt ſtultus.

Si cum ſene: & ille mille ſemper ſuſpectibus eſt plenus.

Mercatores, omnes ſuas merces ſemper ferè habent intra ludos fortunæ.

Milites, ſemper habent animam, vt vulgò dicitur intra dẽtes.

Artifices tanto uiuunt tempore, quanto laborant.

Nobiles venena timent.

Doctores, humoribus tumidi greſſu quaſi bouino gradiũtur.

Presbyteri ſæculares aliqui cærebrum diſtillant, in beneficiorum expectatione.

Fratres & clauſtrales omnes nunquàm quieſcunt, ſed ſemper gyrant.

Moniales ſunt viuæ quaſi in monumentis mortuorũm tumulatæ. Non plura, Non plura Domini lectores fari intendo de vita noſtra mortali, quæ tantum diligenda eſt, quia ea verám vitam acquirere poſſumus, bonis operationib. mediantibus: in reliquis odio habenda, & eorundem cauſa, mors ſummopere, (cæteris paribus) diligenda, & pro noſtra amica eſt tenenda: Peccatorum tamẽ eſt timenda, iuxta illud: Mors peccatorũ peſſima: hanc fortitudinis gratioſæ auxilio cum cæteris nos proſequentibus ſuſtinentes & repellentes, triplici, fortitudinis cauſa, corona gaudebimus in cælo, ſicut fortitudinis triplex eſt etiam gradus.

Altus, Altior, Altiſſimus.

Altus eſt, vincere mundum, & delitias eius contemnendo, ſicut dixit Apoſtolus. Omnia inquit arbitratus ſum ſtercora. Grad⁹ fortitudinis.

Altior eſt vincere carnem, & concupiſcentias eius reſtingue-

re, vt Apoſtolus, qui dicebat: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.

Altiſſimus eſt, vincere ſeipſum ſimpliciter, & ſponte vſq; ad mortem obediendo. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, fortiter reſiſtere peccatis corporalibus, vt ſunt Luxuria, Gula, &c.

Altior eſt, fortiter reſiſtere peccatis ſpiritualibus, vt ſunt, Placentia propria, diſplicentia aliena: Hypocriſis; perſonarum acceptio: ingratitudo.

Altiſſimus eſt, fortiter reſiſtere occaſionibus tam corporaliũ, quam ſpiritualium peccatorum: vt munuſcula, & familiariter, &c.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, non conſentire peccatis operationis.

Altior, non conſentire peccatis loquutionis.

Altiſſimus, non conſentire peccatis cogitationis.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, fortiter laborare in hoc mundo, pro ſancta vita, quę conſiſtit in bona conſcientia, & in bonis operibus, & moribus.

Altior, laborare pro ſocietate Angelica.

Altiſſimus, laborare pro D.O.M. vnione in vita æterna. Suſtineamus igitur conſtanter, & magnanimiter repellentes, induti fortitudinis Cardinalis vel moralis virtutis loricam, ictus & incuſſiones quinq; inimicorum, & in altiſſimo fortium ſedebimus ſolio, in excelſo cælorum habitaculo ſituato.

*De Temperantia. Quid virtus moralis. Triplex effectus virtutis moralis.*

Tertia virtus, Cardinalis eſt Tẽperantia, q̃ dupliciter ſummi poteſt. Primò pro temperie, & moderatione, & ſubditione operationum ſenſibilium appetitus ſenſitiui, & ſic eſt communis omni virtuti morali, quæ triplicem effectum habet ſuper affectus ſenſibiles, vel appetitum ſenſitiuum; Primus eſt, qui refrenat ipſum appetitum ſenſitiuum, ne cito ad proprium iudicium moueatur, ſed expectet iudicium rationis. Secundus ſubdit eundem, & trahit ad iudicium rationis. Tertius eſt, q̃ temperat triſtitias & delectationes. Secundò pro temperatione & moderatione triſtitiarum, & delectationum circa guſtum, & tactum, & ita eſt virtus ab alijs diſtincta. Nõ exiſtimetis tamẽ ò lectores, temperantiam eſſe circa delectationes animales, quia in Ethicis dixit Ariſt. quòd qui delectantur circa honores, pecunias,

nias, narrationes fabularum, vel amicos, non dicuntur neq; temperati; neq; intemperati: nec minus circa delectationes viſus, auditus, & olfactus, eodem dicente: Qui delectantur circa figuras, ſonos, & odores, non dicuntur neq; temperati, neq; intemperati, niſi referantur ad tactum, bene tamen pro certo teneatis de mente Ariſt. & Theologorum temperantiam eſſe circa delectationes guſtus, & tactus, eo ꝙ circa tales dicatur eſſe intemperantia omnes. n. luxurioſos; & guloſos appellamus intemperãtes. Eſt etiam (credatis mihi) circa delectationes aliorum ſenſuum; prout referuntur delectationes, & cõcupiſcentias tactus, quia virtus moderans circa finem, debet moderari circa media ad finem, & moderare illa, quæ dant impedimentum ad finem.

Huius ſanctæ virtutis ſociæ ſeu filiæ ſunt. Abſtinentia, Caſtitas coniugalis, vidualis, & virginalis, cum Clementia, Manſuetudine, & Modeſtia & alijs conſequentibus, de quibus non habeo ſermonem, ne prolixior fiam, remittens vos ad tertium Ethicorum Ariſt. vbi de ijs nobiliſſimum texuit tractatũ; ſed ad Abſtinentiam rediens, dico, quòd tres habet actus. Sociæ ſeu filiæ temperantiæ.

Primum, Priorem, & Potiſſimum.

Primus actus eſt, vitare ſuperflua oblectamenta corporis in victu, & in veſtitu, aliiſq; commoditatibus. Abſtinentiæ grad⁹.

Prior eſt, vitare oblectamenta ſpiritus, quæ ſubito veniũt, & ſubito terminantur, vt contingit in luxuria; in choræis, & cum quis delectabiliter loquitur mendacia pernicioſa, & detractiones.

Potiſſimus eſt, vitare delectabilia ſpiritus, quæ ſæpe veniunt, & diu permanent, ſicut eſt in ornatu ſuperfluo, & amicitia carnali, & in gaudio temporali.

Primus, prior, potiſſimus.

Primus eſt, libenter vitare illicita oblectamenta, quæ homo non poteſt habere vel difficulter habere poteſt.

Prior eſt, ſponte vitare delectabilia, quæ habet, vel habere poteſt.

Potiſſimus eſt vitare licita delectabilia, quæ habet, & quæ habere poteſt, & quibus meritoriè vti poteſt, vnde dicitur.

*Eſt virtus licitis abſtinuiſſe bonis.*

Vt ſolent Monachi volẽtes ieiunare, quib. vt p obediẽtiã maius acquirant meritũ Abbas prohibet tale licitũ & meritoriũ.

Primus, prior, potiſſimus.

Primus eſt, ſponte vitare delectabilia in vtilibus & nociuis.

Prior eſt, vitare delectabilia in raris, & caris ad tempus, & quę fiunt cum multa diligentia, & quæ magnis ſumptibus comparantur.

Potiſſimus eſt, vitare delectabilia in raris, & caris, omni tempore.

Primus, prior, potiſſimus.

Primus eſt, conſolationem tranſitoriam nō admittere in omnibus viſibilibus propter Deum. O. M.

Prior eſt, fugere conſolationem tranſitoriam in Angelis, & in uiſibilibus propter Deum; ſicut dixit Maria Magdalena. Non quæro Angelos, ſed eum, qui fecit me, & Angelos.

Potiſſimus eſt, vitare ad tempus conſolationem, quæ poteſt haberi in ipſo creatore propter ſalutem proximorum, ſicut dixit Apoſtolus. Optabam Anathema eſſe pro fratribus. Et cupio diſſolui, & eſſe cum Christo.

De excellentia virginitatis. Caſtitatis in genere triplex eſt ſpecies & triplex motus, ſpecies ſunt Caſtitas coniugalis, cui debetur fructus triceſimus; Caſtitas vidualis, cui ſexageſimus, & virginalis, cui centeſimus.

Cōiugalis caſtitas ē bona, vidualis melior, virginalis optima.

Coniugalis bona ob generationem prolis.

Vidualis melior, ob liberam deuotionem; dummodo non ſit verboſa, otioſa, & curioſa.

Virginalis optima, quia numerum beatorum auget in cœlis.

Coniugalis bona, cum ſit ardoris concupiſcentiæ medicina.

Vidualis melior, cum ſit maioris caſtitatis inditium.

Virginalis optima, quia corpus & animam ſanctificat.

Coniugalis bona, quia includit ad viuentem virum ſuum intenſum amorem.

Vidualis melior, quia includit, ad mortuum virum, intenſiorem; ſicut legitur de Valeria, quæ mortuo viro ſuo, rogata vt ſecundo nuberet, ſe non poſſe reſpondit, quia vir eius adhuc in corde ſuo per amorem viuebat.

Virginalis optima quia amorem intenſiſſimum includit ad D.O.M. in æternum viuentis.

Coniugalis bona, quia cum viro ſimul fit vna caro.

Vidualis melior, quia Domina ſui in pace viuit.

Virginalis optima, quia ſemper cum Chriſto viuit; Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, &c.

Coniugalis bona, quia multas habet conſolationes, ſed mixtas.

Vidualis

Vidualis melior, quia maiorem conſolationem habet, cum ad D.O.M.ſeruiendum ſit libera magis.

Virginalis optima, quia maximam conſolationem habet & perpetuam, iuxta illud. Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu.

Manent igitur tres ſpiritus Caſtitatis, quarum maxima in dignitate & bonitate eſt Virginalis, quæ Cedro in Libano exaltatæ, Roſæ in campis; lilio īter ſpinas, violis inter flores hordeo inter ſemina; lampadiq; inter relucentia vitrea vaſa, comparatur. Similitudines.

Cedro: Nam Cedrus, habet ſemper viriditatem, nunq̃ abijciens folia, hieme aut æſtate, & pulchra eſt aſpectu. Virginitas ſimilis Cedro.

Virginitas habet ſemper annexam viridem ſpem cœlorum, nunquàm folia virginalium cogitationum abiecit, hieme tentationum tribulantium, aut æſtate conſolationum attrahentium, & pulcherrima in Domini conſpectu iuxta illud Ecc. 42. Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus, & ſuper hæc virides ſationes.

Cedrus procul tenet odore ſuauiſſimo ſuo ſerpentes, & à tineis pannum quodcunq; deſendit.

Virginitas procul arcet Demones, & à tineis concupiſcentiæ defendit.

Cedrus eſt triplicis ſaporis, propè Corticem Dulcis, propè grana acerbus in medio temperatus.

Virgines debent eſſe in conuerſationibus dulces & mites.

Interius acerbæ per pœnitentias: In corpore temperatæ in moderata aſperitate.

Cedrus ſapientiæ illa dicitur exaltata in Libano monte.

Virginitas à D. O. M. in ſuperno fælicitatis ſolio collocatur.

Roſę ſecundò comparatur Virginitas, iuxta dictum illud Cātici Canticorum: Quaſi flos roſarum in medio verni, virginitas enim in medio verni concupiſcentiarum, ſemper in oculis Domini, rubicundo colore perpulcra videtur. Virginitas ſimilis Roſæ.

Roſa odore ſuo olfactum, conſequenterq; cæteros confortat ſenſus: virginitas odore ſuo totam conſcientiam virginum, iuxta illud dictum: Et Domus replera eſt odore vnguenti.

Lilio tertiò aſſimilatur virginitas; & maximè albo, rubicundo, ſeu rubore tincto. Virginitas ſimilis Lilio.

Virginitas ſecundum puritatem carnis albiſſima eſt, & candi-

diſſima

diſſima, ita enim d. Eccl. 40. Puritatem candoris eius admiratur oculus. Sæpè autem per martirium voluntarium, & propter fidem ſeu iuſtitiam (martirij enim ſunt iſtæ duæ conditiones) ſanguineo rubore tingitur. Vnde in Eſaia 43. legitur, Quare rubrum eſt indumentum tuum?

Lilium niſi tangatur, & frangatur magno fragorat odore, ſi autem cum fractione tangatur, magnum, acutumq́; emittit fætorem.

Virginitas ſi inuiolata ſeruatur, & cuſtoditur, eius odori cędunt odores Arabi, & ꝓfumi Sabæi; ſi yerò violetur eius fætor vſq; ad nares Deo Opt. Max. profuſus aſcendit, vindictæq; ſagittas expectat.

Lilium ſeptem habet candidiſſima, & ſimul in trunco iuncta folia.

Virginitas ſeptem virtutes Theologicas: & Cardinales ſcilicet Fidem, Spem, Charitatem, Iuſtitiam, Fortitudinem Temperantiam, & Prudentiam ſimul in anima vnitas & iunctas.

Lilium in medio foliorum ſeptem habet grana aurei coloris.

Virginitas cum ſeptima virtutibus, habet & ſeptem ſpiritus ſancti dona, virtutem habentia inflãmandi animam, quæ flamma eſt precioſa, ſicut aurum.

**Virginitas ſimilis violis.** Violis quatto proportionatur Virginitas.

Violæ ſunt frigidæ, aquoſæ, & odorifetæ.

Virginitas frigida ab ardore carnis, aquoſa lachrimis pœnitẽtialibus & bono fragrans exemplo.

Violæ refrigerant cerebri calorem; ſpiritus animales confortant, & ſomnum excitant.

Virginitas refrigerat carnis titillationem, animam confortat, & quietem ſanctam, ad contemplationem diſponentem, inducit.

**Virginitas ſimilis hordeo.** Hordeo, quinto nam

Hordeum inter ſemina, primum ſeminatur, & primum colligitur.

Virginitas in homine prior alijs virtutibus fuit ſeminata, in cœlo, etiam in Chriſto Virgine aſcendente primò, prima collecta fuit.

Hordeum ſeminatur in terram ſolidam & ſiccam.

Virginitas in mente ſolida, & firma, & in carne ſicca, ab humore carnis.

Lampadi poſtremò, nam

Lampas,

Lampas, niſi oleo ſit repleta non lucet. — Virginitas ſimilis Lampadi.

Virginitas ita ſine charitate.

Lampas ſi frangatur, amplius non poteſt ſic reparari.

Virginitas violata, non poteſt integrari: hic eſt Theſaurus abſconditus domini lectores, quem vt pro manibus habere poſſint hominis, omnia vendere debent, vt agrum emant; in quo re poſitus manet, non eſt homo qui virgines, mente, & corpore non diligit, & in ipſis virginitatẽ ſanctiſſimam non obſeruet, & colat, hoc enim cultu, amore, & obſeruantia ad altiſſimas nobiliſſimaſq; ſpeculationes excitatur.

Caſtitatis motus triplex eſt: Breuis, breuior, breuiſſimus, vel velox, velocior, velociſſimus. — Caſtitatis motus triplex.

Breuis eſt, motus deteſtandi geſtus, & tactus impudicos.

Breuior eſt motus deteſtandi verba impudica, & adhuc breuior, deteſtandi voluntatem, vel concupiſcentiam impudicam, ſicut dixit Sara. Nunquàm concupiui virum

Breuiſſimus eſt, motus deteſtandi cogitationem impudicam vt dicit Iob. Pepigi fœdus cum oculis, &cæt.

Breuis, breuior, breuiſſimus.

Breuis, cum homo vitat ſuſpectos locos.

Breuior, cum homo vitat homines ſuſpectos.

Breuiſſimus, cùm homo vitat familiaritates ſuſpectas, & ea quæ prouocant familiaritates ſuſpectas, ut ſunt Epiſtolæ amatoriæ dulciſſimæ, ſalutationes dulces, dulcia verba, & crebra muſcula, de quibus D. Hyeronimus inquit. Crebra munuſcula, & dulces litteras, & ſudariola, & cibos prægustatos, ſanctus amor non habet.

Breuis, breuior, breuiſſimus.

Breuis eſt, habere caſtitatem per munditiam carnis.

Breuior, eſt per munditiam mentis.

Breuiſſimus eſt, caſtitatem amplecti, & ſequi, per motum imitationis Chriſti.

Moderatricis autem temperantiæ omnium dictarum virtutũ matris triplex eſt modus. — De gradibus temperantiæ.

Intenſus, intenſior, intenſiſſimus.

Intenſus eſt quo quis ſe moderat in omnibus exterioribus. ſ. victu, habitu, ſomno, inceſſu, verbis, factis, & moribus, omnia moderatè faciens propter Deum.

Intenſior, quo quis ſe in interioribus moderat, non ſe occupans circa tranſitiua.

In-

Intenſiſſimus,quo quis ſe moderat in cogitationibus, extra Deum non vagans.

Intenſus, intenſior, intenſiſſimus.

Intenſus,quo quis ſe reſtringit ab illicitis exterioribus,& interioribus.

Intenſior,quo quis ſe reſtringit ab exteriorib.& interioribus licitis ad tempus.

Intenſiſſimus,quo quis ſe ab exterioribus & interioribus licitis abſtinet vſq; ad mortem.

Intenſus,intenſior,intenſiſſimus.

Intenſus, quo quis ſe moderat, non loquens de defectibus hominum coram ipſis.

Intenſior,quo quis ſe temperat non loquens de defectibus viuorum & mortuorum.

Intenſiſſimus,quo quis defectus viuorum, & mortuorum abſentium excuſare nititur cum ſic locum excuſationis non habeant. Hę ſunt partes temperantiæ ſecundum Theologos præcipuæ. De partibus ſecũdum Rhetores ſcilicet Clementia Continentia & Modeſtia de quibus M. Tullius in Rhet. & de partibus ſecundum Philoſophos minus principalib. vt ſunt verecũdia, paruitas,&cæt. videatur locus citatus Ariſt. interim appetitus ſenſitiui vires raggyrantes, in gyrum temperemus temperantia Cardinali virtute,ò lectores vt non in inferno intemperati vt diues Epulo & Sardanapalus cum Epicureis & ſequacibus, vocemur: ſed temperati in cœlo cum temperatiſſimis Angelorum choris, & innumerabilibus turbis beatorum temperatiſſimam in D.O.M.gratiarum actione harmoniam facientes, eſſe & appellari mereamur.

*De prudentia.* Quarta virtus Cardinalis apud Theologos eſt Prudentia, in cuius breui notificatione, breuibus vt agam; dico quòd ex moralibus multiplex eſt.

*Prudentia ſeptuplex.*

- Actualis.
- Habitualis.
- Monaſtica.
- Oeconomica.
- Ciuilis.
- Legispoſitiua &
- Politica.

Prudentia actualis eſt dictamen,ſeu operatio intellectus, per quam intellectus iudicat eſſe ſic agendum ſicut oportet, & ex talibus

talibus actibus reiteratis generatur habitus; quæ prudentia non eſt propriè virtus moralis, ſed eſt regula virtutum moralium; & ſi inueniatis apud aliquem doctorem prudentiam, eſſe moralẽ virtutem, gloſſetis.i. regulam virtutum moralium.

Prudentia Monaſtica eſt dictamen, per quòd intellectus dictat rectè aliquod donum homini conuenire, vel ſeruari vt dictamen, per quod quis dictat, quòd bonum eſt, ſibi ſtudere.

Prudentia Oeconomica eſt dictamen, per quod quis rectè dictat de bono domus.

Prudentia Ciuilis eſt, per quam quis rectè dictat de bono ciuitatis, & communitatis.

Prudentia Legiſpoſitiua eſt Principis & Legiſlatoris.

Prudentia Politica eſt ſubditi, qua ſubditum dictat ſic eſſe operandum.

Eubulia autem Euſtochia, Solertia, Syneſis, & Gnome, etſi ſint habitus inclinantes ad varios modos conſiliorum, & quodamodo partes Prudentiæ cum verè ab ea diſtinguantur ad ſextum Ethicorum Ariſto. vos remittens, iiſdem ſuperſedeo, dicens ſolum ꝙ prudentia tres habet habitus, ſcilicet conſiliatiuum, iudicatiuum, & dictatiuum ſeu executiuum: Nam conſilium parum valet ſine iudicio, & iudicium, parum ſine executione vel præceptis. *Tres habitus prudentiæ.*

Actualis autem vel habitualis, cuiuſcunq; triplex aſignatur gradus.

Altus, altior, altiſſimus. *Gradus prudentiæ.*

Altus eſt, cognoſcere Deum Opt. Max. per Creaturas.

Altior eſt, cognoſcere Deum Opt. Max. per Scripturas.

Altiſſimus, cognoſcere Deum Opt. Max. per fidem.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, ordinare mores exteriores ſecundum voluntatem Dei.

Altior eſt, ordinare affectiones interiores.

Altiſſimus eſt, ordinare vires animæ ſecũdum placitum Dei.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, ordinare vitam interius, & exterius ſecundum exẽpla ſanctorum.

Altior eſt, ſecundum exempla Chriſti.

Altiſſimus, ſecundum mores Chriſti.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, conſiderare animæ amaritudinem cum ſeparatur à

corpore.

Altior eſt, conſiderare animæ amaritudinem cum ſeparatur à familiaritate Dei per breue tempus.

Altiſſimus eſt, conſiderare animæ amaritudinem, cum æternaliter ſeparatur à D. O. M.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, conſiderare iucunditatem vnionis animæ cum Deo ad breue tempus.

Altior eſt, cōſiderare iucunditatem vnionis animæ cum Deo ad longum tempus.

Altiſſimus eſt, conſiderare iucunditatem vnionis animę cum Deo æternaliter.

Altus, altior, altiſſimus.

Altus eſt, conſiderare quomodo Deus ſe det nobis in bonis temporalibus.

Altior eſt, conſiderare quomodo Deus ſe det nobis in bonis ſpiritualibus.

Altiſſimus eſt, conſiderare quomodo Deus det ſe totum in omni, quòd eſt ipſe in Diuina, & humana natura: Circumeamus igitur Domini, & circumgiremus hoc in vniuerſali mundi giro, per Girum nonum Theologalium, Cardinaliumque virtutum, ſ. Fidei, Spei, Charitatis, Iuſtitię, Fortitudinis, Temperantiæ, & Prudentiæ, quæ omnes eminentiſſimè habitualiter, & exemplariter in Chriſto fuerunt: vt cum eodem in ſupremo giro, earum fine æterna, ſ. fœlicitate perfrui mereamur.

DECI-

# DECIMVS SVBGYRANS GYRVS:

*Circa Quartum principalem Gyrum, ſecundum Theologos.*

DECIMVS ſubgyrans gyrus eſt de Sacramentis in genere, quibus Deo Opt. M. omni tempore à deſtitutione naturæ humanæ miſericorditer girauit: benè tamen verum eſt, quòd ſecundum maiorem, vel minorē perfectionem temporum, perfectiora, & minus perfecta contulit ſacramenta. Nam in ſtatu naturæ deſtitutæ contra originale, ſacramenta contulit, pariter in lege ſcripta; & tertiò in Euangelica; Perfecta fuere in ſtatu naturæ: Perfectiora in ſtatu legis: Perfectiſſima in ſtatu Euangelij: & ex hoc Cabaliſtarum aliqui, attributa מדות Midot ab ipſis appellata enumerantes in denario numero; quartum omnium eſſe maius nedum intenſiuè, ſed & extenſiuè dicere coacti fuere.

Decē nomina attributalia D.O.M.

| | |
|---|---|
| Primum omnium eſt | כתר Cheter. |
| Alterum | חכמה Chochmà. |
| Tertium | בינה Binà. |
| Quartum | חסד Cheſed. |
| Quintum | גבורה Gieuurah. |
| Sextum | תפארת Tipheret. |
| Septimum | נצח Nezach. |
| Octauum | הוד Nod. |

Nonum יסוד Ieſod.

Decimum מלכות Malchut.

Primum attributorum interpretatur Corona importans Deo Opt. Max. eſſe ſimpliciſſimum, ineffabiliſſimum, & incomprehenſibiliſſimum.

Alterum Sapientia innuens diuinitatem intelligentiſſimam: in qua rerum omnium poſſibilium relucent Ideæ.

Tertium, Intelligentia vel prouidentia ſignificans fatum, & fortunam omnino excludi.

Quartum, Clementia, bonitas, gratia, pietas, magnificentia, & miſericordia.

Quintum, Potentia, grauitas, fortitudo, tribunal, gladius, & cingulum; inferens vim creatiuam, conſeruatiuam, oppugnatiuam, iudicatiuam, caſtigatiuam, & præmiatiuam, rerum creabilium, conſeruabilium, ſuperbientium, rationabilium, peccatorū obſtinatorum, & bonorum mærentium.

Sextum, ornatus, pulchritudo, & gloria: declarans Paradiſi vtriuſque ornatum, pulchritudinem, & gloriam: ob innumerabilem turbam beatorum ſpirituum per choros hierarchicos diſpoſitorum: ob illuminationes cognitiuas, & glorioſas dotes: pp ſtremò propter intuitiuam Dei eſſentiæ viſionem.

Septimū, triumphus, & victoria: in cuius rememorationem deuotam, inter decem muſicalia inſtrumenta, primum locum obtinuit Nezach, in quo pro collatis victorijs canebātur Odæ?

Octauum, decor, laus, & confeſſio; in cuius honorem conſecerunt muſicale inſtrumentum Hodra, in quo gratiarum actiones pro omnibus collatis beneficijs decantabant.

Nonum, fundamentum, diuinæ voluntatis immobilitatem, & immutabilitatem manifeſtans.

Decimum, notificans D.O.M. imperium impendens cum Iuſtitia, & Miſericordia dans modum pœnalem, vel ſacramentalē ad peccatorum deletionem, & gratiæ adeptionem in omnibus legibus naturæ, l. ſcripta, & Euangelica: Vnde extenſiuè, & viſibiliter, quartum attributum inter decem maius. Quem girum miſericordiæ in tribus legibus, modumq; miſericorditer girandi innuit peroptimè Dauid propheta regius, eo in Pſalm. 28. vbi dicit Latino idiomate; Affertè domino filij Dei; afferte domino filios arietum; afferte domino gloriam, & honorem: afferte domino gloriam nomini eius; Vox domini ſuper aquas, Deus Maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas, &c.

Expoſitio nobilis in Pſal. 28.

Nam

Nam illis verbis, Afferte domino filij dei, innuit ſtatum legis naturæ. — Optima applicatio

Illis verò, Afferte domino filios Arietum Moſaicæ ſeu ſcriptæ.

Illis tertiò, Afferte domino gloriam & honorem ſacramentum Circuncisionis datum Abrahæ.

Illis poſtremò, Afferte domino gloriam nomini eius, cum ſeptem vocibus mirabilia operantibus in aquis, in virtute, in magnificentia, in confractione cedrorum, in concuſſione deſerti, in præparatione ceruorum, & ſeptimo in interciſione flāmæ ignis, ſtatum fœliciſſimum legis Euangelicæ.

Afferte domino filij dei dicebat Deus in ſtatu naturæ deſtitutæ pro deletione originalis peccati, cor veſtrum cum orationibus pro ſexu fœmineo, quia ut pietate & miſericordia plenus, iuſtam punitionem omittam.

Afferte domino filij dei infantem in originali conceptum, quia ob talem ſimplicem & viſibilem oblationem, in qua ſenſibilitas ſigni ſacramentalis conſiſtit, gratiam inuiſibilem ſignificantis, originale delebo peccatum, quàm veritatem meæ expoſitionis Scotus ſubtiliſſimus meus Scolaſticorum ſubtilium princeps, in quarto Sententiarum ſex propoſitionib. clariſſimè manifeſtat.

Prò nullo tempore Deus reliquit genus humanum ſine remedio, & præcipuè contra originale peccatum, hæc eſt prima. — Propoſitiões Scoticę.

Secunda, in omni tempore neceſſaria fuit deletio peccati originalis, hæc eſt altiſſima.

Tertia, poſtq̄ in paruulis peccatum originale non poterat deleri per deteſtationē peccati oportuit eſſe aliquem actum alicuius perſonæ relatum ad paruulos, per quem originale peccatum deleretur: hæc eſt tertia.

Quarta, nullus actus erat certus ad delendum peccatum alterius, niſi a Deo eſſet inſtitutus. Hæc eſt quarta.

Quinta, de nullo actu ſumus certi, ꝙ deleat peccatum, niſi ſimus certi ꝙ ſit inſtitutus a Deo. Hæc eſt quinta.

Sexta cum Deus non ſolum adultis dedit remedium contra originale peccatum, oportuit etiam eſſe aliquòd ſignum in paruulis, per quòd parentes eſſent certi, ꝙ peccatum originale deleretur in ſuis filijs. Hæc eſt ſexta, & ideo Dauid ſimpliciter protulit verba illa; Afferte domine filij Dei.

Afferte domino filios arietum dixit Deus in lege Moſayca, ſubdens:

ſubdens; Afferte domino gloriā & honorem, quaſi diceret, pro medela peccatorum trado vobis ſacramentum propriè dictum Circuncisionis cum ſacrificijs, & ſexcentum tredecimq; præceptis uel Zarig Hamariccoth, ſacramentis quaſi propriè dictis, conferebant enim ſecunda ſacramenta gratiam ex opere operantis, ſeu per modum meriti: Circuncisio verò per modum efficacis & ex opere operato, ſicut ſacramenta nouæ legis, & ſi non ad tantum gradum ſuperabundantis gratiæ; nec obſtant ſanctorum & patrum multæ auctoritates dicentium circuncisionem non conferre gratiam, quia gloſſantur, & ad bonum rediguntur ſenſum ſic, non conferebat gratiam .i. ad tantum gradum ſicut ſacramenta nouæ legis, quæ maiorem efficaciam habent, ex paſſione Chriſti exhibita actu interiori & exteriori; vel non conferebat gratiam immediatè diſpoſitiuam ad gloriam, quòd non fuit defectus Circuncisionis; ſed in cauſa erat, quòd nondum erat p. paſsionem Chriſti exhibitam actu ſolutum precium, quo aperienda tunc erat bonis Circuncisis ianua cœlorum.

Septē voces ſeptem ſacramenta denotantes.

Afferte domino gloriam nomini eius dixit Dauid ſpiritu ſancto inſpiratus, in lege ſcilicet Euāgelica, cuius iſtitutor erit Meſſias in lege promiſſus, qui in ſeptem mirabilibus vocibus ſeptē inſtituet ſacramenta; qui tanq̄ Arcturi ſeptem ſtellæ ſemper polo Arctico quia proximæ, ſemper in Eccleſia lucebunt, ſacramentum ſcilicet Baptiſmi, Chriſmatis Euchariſtiæ, Penitentiæ, Extremæ vnctionis, Ordinis ſacri, & Matrimonij.

Vox domini ſuper aquas intonans, mirabiliter inſtituit ſacramentum Baptiſmi, quo in aqua & ſpiritu ſancto lauant crimina.

Vox domini in virtute mirabilis inſtituit ſacramentum Confirmationis quo homo ad præliandum contra inimicos mundi vires acquirit.

Vox domini in magnificentia mirabilis inſtituit ſacramentū Euchariſtiæ in quo ſe maximè magnificum & liberalem oſtendit, dum ad ſuæ paſſionis memoriam recolendam in cibum & potum tradidit.

Vox domini cōfringentis cedros mirabilis inſtituit ſacramentum Pœnitentiæ; quo cedri ideſt peccatorum corda per contritionem peccatorumq, intenſam deteſtationem, & conatum, cōfringūtur, peccator.n. in cedro comparatur iuxta, id Dau id: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut cedros Lybani.

Vox domini concutientis deſertum mirabilis inſtituit ſacramētum Extremæ vnctionis, quo homo in agonia ultima poſitus à ſen-

à ſenſibusq́, omnibus ferè, amicis imò & affinibus, cum conſequentibus, derelictus, ad ſtabilitatem in fide & charitate quaſi à ſomno, & ſtupore concuſſus excitatur.

Vox domini præparantis ceruos mirabilis, ſacramentū Ordinationis ſacræ inſtituit, qua in fontibus Eccleſiæ Chriſti aqua ſalutaris ſapientiæ pro ſe, & populis à ſacris viris bibitur, & communicatur.

Vox domini intercidentis flammam ignis mirabilis, inſtituit ſacramentum Matrimonij, quo flamma concupiſcentiæ carnalis ſine peccato (ſi rectè ſeruetur ordo matrimonij) extinguitur; vnde dicebat D. Paulus. Melius eſt enim nubere, quam vri.

Vox domini Redemptoris noſtri in carne aſſumpta, vt Deus, & homo omnia ſacramenta immediatè inſtituit, & in ſeptenario numero, gratiam ſemper conferentia, dummodo non ponatur obex ex parte ſuſcipientis, ſicut aſſeritur peroptimè ab omnibus Concilijs, de hac re loquentibus, & præcipuè Tridentino dicente.

Sacramenta à Chriſto immediatè fuere inſtituta.

Siquis dixerit ſacramenta Eccleſiæ eſſe plura, aut pauciora ſeptē, eaq; non inſtituta fuiſſe omnia ſeptem à Chriſto Saluatore noſtro, gratiamque non conferre ex opere operato, Anathema ſit.

Vox enim domini noſtri inſtituit ſacramentū Baptiſmi, quando dixit; Ite in vniuerſum mundum, prædicate Euāgelium omni creaturæ; qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit; baptizantes omnes gentes In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramentum Confirmationis, quando inſufflauit, & ſimpliciter dixit, Accipite Spiritum Sanctum.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramentum Euchariſtiæ, quando in vltima cęna dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem, & hic calix eſt ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramentum Pęnitentiæ, quando dixit Apoſtolis; Accipite Spiritum Sāctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramētum Extremæ vnctionis, quod

quod Iacobus Apoſtolus promulgauit ſic; Infirmatur quis in vobis, inducat præsbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, & vngant oleo ſancto, &c.

Cōceptus Theologales.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramentum Ordinationis ſacræ, quando dixit; quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, &c.

Vox domini noſtri inſtituit ſacramentum Matrimonij, quando dixit; quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Vox domini tantum, & nō alicuius creaturæ, quia ſolius Dei eſt creare gratiam in ſacramentis, quæ creatio cum ſit opus ad extra Trinitatis, indiuiſum eſt à tribus perſonis Diuinitatis ſimul, ideo iſta vox domini ter in prima voce repetitur.

Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas.

Vox domini ter repetitur, ad oſtendendum articulum ſanctiſſimę Trinitatis, Pater, Filius, & Spiritus S. ab hæbreis non cognitum omnibus.

Vox domini repetitur, ſed ſecunda vice mutatur terminus in Hæbraico, Græco, & Latino idiomate; inquit enim Hæbraicus textus.

Textus hębraicus.

קול יהות על חמים אל הכבוד הרעים יהוה על מים רבים :

Græcus verò ſic

Textus Græcus.

Φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὁ θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, κύριος ἐπὶ τῶν ὑδάτων πολλῶν. & Latinus

Vox domini ſuper aquas: Deus Maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas, ad oſtendendum, quomodo ſacramenta gratiam conferentia, efficaciam habent à ſecunda perſona Trinitatis, in qua tantum facta fuit communicatio idiomatum, ſcilicet mutua prædicatio proprietatum diſtinguentium naturam à natura; naturam à ſuppoſito; & ſuppoſitū à ſuppoſito: Nam modo licet dicere Deus eſt homo, & homo eſt Deus; ideo in termino ſecundo aleitas, & difformitas quædam demonſtratur.

Qūo vox Dei mirabilis.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Baptiſmi, quia in eodem creat gratiam fidei.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Cōfirmationis; quia in eodem creat gratiam fortitudinis perſeuerandi in bono, & reſiſtendi malo.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Euchariſtiæ, quia in

eodem

eodem creat gratiam charitatis, qua vnum ſunt omnes Chriſtiani, iuxta illud Apoſtoli. Vnus panis, & vnum corpus ſumus in Chriſto.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Extremæ vnctionis; quia in eodem creat gratiam ſpei, & pro remiſſione venialium.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Pœnitentiæ, quia in eo creat gratiam iuſtitiæ.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Ordinis ſacri, quia in eo ſapientiæ gratiam creat.

Vox domini eſt mirabilis in ſacramento Matrimonij, quia in eo creat gratiam temperantiæ.

Vox domini inſtituit ſacramenta Nouæ legis in ſeptenario numero propter maxima myſteria, quæ in omnibus ſeptenarijs Veteris, & Nouæ legis reperiuntur: tredecim enim inuenio in vtraque lege Lectores. Decem & tres ſeptenarij.

Primum ſeptenarium eſt, Iuſtorum,
Impiorum, alterum,
Donorum, tertium,
Bonorum quartum,
Dolorum quintum,
Doctorum ſextum,
Prælatorum ſeptimum
Viſionum octauum
Præmiorum nonum
Angelorum decimum
Demoniorum vndecimum
Tormentorum duodecimum
Medelarum tertium decimum.

Primi ſeptenarij figura fuit viſio illa ſeptem ſtellarum ſituatarum à dextris filij Dei, & hominis. Ioannes in Apocal. Necnon & ſeptem candelabrorum, in quorum medio erat ſimilis filio hominis. Figura ſeptenariorum.

Secundi, viſio illa Ioannis, in qua vidit ſeptem capita draconis, & ſeptem diademata.

Tertij, ſeptennarius numerus capillorum Sampſonis, quibus abraſis à Dalida, è Philiſteorum manibus ſe liberare non poterat.

Quarti, ſeptem gradus, quibus ad ſacrum templum aſcendebatur,

batur; aut ſeptem ſpicæ in vno ſolo calamo frumenti pullulantes.

Quinti, dolores enumerati à Iob c. 5. ſcilicet fames, ſitis, caliditas, frigiditas, labor, & dolor, & ſeptimus mors: Vnde dictũ fuit illi: In ſex tribulationibus viſitabit te, & in ſeptima nõ tanget te malum.

Sexti, Angelici ſeptem ſpiritus illi, quibus ut in Ap. Io. apparet, datæ ſunt ſeptem tubæ.

Septimi, Perſarum ſeptẽ illi Duces, qui proximiores aſtabant Regali ſceptro, aut ſubſellio; de quibus in lib. Heſter.

Octaui, ſeptem funes, quibus miſerrimus Sampſon ille fuit captus, & ligatus; vnde benè dicitur in li. Iudicum 16. Si ligatus fuero ſeptem funibus, ero infirmus ſicut cæteri homines.

Noni, ſeptem dies conuiuij luculentiſſimi Aſſueri, quibus & Heſter interfuit; de quibus in lib. Heſter.

Decimi, viſio illa Ioannis agni immaculati cum ſeptem cornibus, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram.

Vndecimi, viſio illa ſeptem Angelorum, cum ſeptem phialis plenis iræ Dei.

Duodecimi, dictum illud Dei in ſacra Geneſi poſitum: Qui percuſſerit Caym ſeptuplum punietur.

Tertijdecimi, ſeptem lotiones illę Naaman Syri in Iordane factæ Eccleſiæ ſancti prophetæ iuſſu, de quibus dicitur: Vade, laua te ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua: ad quarum lotionum adimpletionem; (omnia enim tunc in figura contingebant) dominus noſter ſua voce mirabili ſacramenta in ſeptenario numero diſponit.

Quare in numero ſeptenario? Vox domini in ſeptenario numero diſpoſuit ſacramẽta, quia vt vulgò dicitur, quod ſeptem erant infirmitates hominem aggrauantes.

Originale peccatum, Prima

Infirmitas in tentationibus, Secunda

Amiſſio gratiæ, Tertia

Peccatum mortale, Quarta

Deſperatio, Quinta

Ignorantia, Sexta

Carnalis concupiſcentia, Septima: quibus medentur ſeptem ſacramenta.

Septimæ, medetur Matrimonium.

Sextæ,

Sextæ, Ordo ſacer.
Quintæ, Extrema vnctio.
Quartæ, Pœnitentia.
Tertiæ, Euchariſtia.
Secundæ, Confeſſio.
Primæ, Baptiſmus.

Vox domini, &c. Quia ſeptem concurrunt ad vitam corporalem, ita & ad ſpiritualem.

Generatio, Primum.
Corroboratio, Alterum.
Nutritio, Tertium.
Reparatio ſalutis ammiſſæ, Quartum.
Pronitas ad malum, Quintum.
Miniſtratio, Sextum.
Multiplicatio, Septimum: Ijs correſpondent ſeptem ſacramenta.

Septimò, correſpondet Matrimonium.
Sextò, Ordo ſacer.
Quintò, Extrema vnctio.
Quartò, Pœnitentia.
Tertiò, Euchariſtia.
Secundò, Confirmatio.
Primò, Baptiſmus.

Vox domini in ſeptenario numero, &c. Quia appellatur numerus multiplicationis: fit enim multipliciter Myſteria ſeptenarij

Ex vno, & ſex. Ex quinque, & duobus.
Ex quatuor, & tribus. Ex tribus & tribus cum vnitate pro copula: in ſacramentis enim multiplex gratia creatur.

Vox domini in ſeptenario, &c. Nam à Pythagoricis dicitur humanæ vitæ vehiculum. Complectitur namq; corpus cum quatuor eſſentijs, & animã cum tribus potentijs, & in ſacramentis noſtra conſiſtit modo vita ad fœliciſſimum diſponens.

Vox domini in ſeptenario, &c. quia eſt numerus virginitatis, dicunt enim Pythagorici, quòd nec generat, nec generatur. Non primum, quia in partes quotas æquales ipſum facientes, diuidi non poteſt. Nec ſecundum, quia duplicatus non facit numerum digitum intra denarium: ſed articulum.

Vox domini in ſeptenario numero; quia numerus ſeptenarius ab Hæbreis dicitur Iuramenti. Vnde iurare ſeptenare dicũt:

in cuius rei veritatem Abraham, quãdo pepigit fœdus cum Abimelech, ſtatuit ſeptem Agnas in teſtimonium: quia iurauit dominus noſter non ponentibus obicem, & ſuſcipientibus ſecundum opportunitatem aliqua ex ſacramentis ſuis, gratiã cõferre: in veritatis ſempiternæ ſignum, & teſtimonium in ſeptenario numero diſpoſuit vocib. ſuis ſeptem mirabilibus: de quibus loquens voce mea, in generali vſque ad raucedinem ſum loquutus, vt altius, & diſtinctius loqui poſſim reliqua, quæ poſſem voce fari omitto.

# VNDECIMVS SVBGYRANS GYRVS:

*Circa Quartum principalem Gyrum, ſecundum Theologos.*

## Circa Primam vocem mirabilem, Sacramentum Baptiſmi inſtituentem.

*Vox Domini ſuper aquas, Deus Maieſtatis intonuit, ſuper aquas multas.*

QVIA ſatis abundè in præcedenti diſcurſu, & decimo Subgyrante Gyro, de Sacramentis in genere datis in omnibus legibus ſum loquutus; oſtendens quomodo Deus ratione dici debet refugium, virtus, & adiutor in tribulationibus peccatorum animã opprimentium: Refugium in lege naturæ deſtitutæ: Virtus in lege ſcripta, & Adiutor in Euangelica: Vnde Deo quaſi gratias acturus, tanquam refugio dicebat Dauid: Afferte domino filij Dei, tanquam virtuti; afferte filios arietum, honorem & gloriam: tanquam adiutori; afferte domino gloriam nomini eius: Vox enim domini mirabilis ſeptupliciter, hæcque generali conſideratione ſum contemplatus: modò in præſenti vndecimo Gyro ſubgyrante: Venite quæſo Lectores totis viribus, & mente, & videte, quæ in præſenti ſubgyranteoſtendo Gyro, opera. ſ. domini noſtri, qui voce ſua mirabili eſt operatus; ea enim primò adiutorium præbens, ſuper aquas intonuit,

nuit,& ſacramentum baptiſmi inſtituit; in quorum Myſteriorũ explicatione, vt diſtinctè procedam quinque conſiderationes introducendo,totum hunc gyrum pergyrare intendo.

Quinque conſiderationes proponuntur

Prima conſideratio erit de operibus quinque verbo domini, ſeu nomini domini appropriatis.

Secunda, de quinto opere operato voce illa mirabili, & potenti,de quo Dauid dixit: Vox domini ſuper aquas Deus Maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas, ſcilicet de baptiſmo triplici.

Tertia,quot conditiones ad baptiſmi tertiam ſpeciem requirantur.

Quarta,quomodo tertia ſpecies baptiſmi differt à Circuncitione; quandoq; incepit,& omnino euacuata fueritCircuncitio.

Quinta,quomodo in tali relucent effectus mirabiles,priuilegia innumera,& mirabilia multa.

De operibus verbi, diſcurſus.

Circa primam inſiſtens, dico opera mirabilia nomini Dei,& verbo appropriata principaliter eẽ quinario numero diſpoſita.

Primum opus dicitur creationis;

Conſeruationis alterum;

Vnionis tertium;

Fortificationis quartum;

Sanctificationis quintum;

De quinto fit ſermo à Sapiente in Sapientię libro, dum dixit: Sapientia ædificauit ſibi domum,poſuit columnas ſeptem.

De quarto, Dauid; Miſit verbum ſuum,& ſanauit eos; Vocibus ſuis,ſcilicet ſeptem potentibus, & mirabilibus, quibus ſeptem ſacramenta, tanquam ſeptem potiſſimos, & ſufficientiſſimos modos ſanandi priuatos,& vulneratos: & præcipuè prima, qua ſuper aquas intonuit, ſacramentum Baptiſmi inſtituens.

De tertio, apud Ioannem primo;Et Verbum caro factum eſt, dum dixit.

De ſecundo apud D.Paulum, dicentem: Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

De primo apud Euangeliſtam prædictum,eodem in loco dicentem: Omnia per ipſum facta ſunt.

De opere Creationis.

Primum appropriatur Verbo:Nam nouem Angelorum Chori per verbum ſunt facti; inquiunt enim ſapientes: Quod qui dat eſſe,dat conſequentia,ſeu proprietates ab ipſo eſſe fluentes; ſed in Angelicis choris repetiuntur per participationẽ proprietates, quæ eſſentialiter Verbo conueniunt,& ſacra ſcriptura ap-

pro-

propriat; igitur nedum proprietates, ſed eſſe etiam ab eodẽ Verbo per creationem obtinuerunt. Minor rationis demonſtratiuæ allatæ immediata probatione probari poteſt.

Quia ſummus amor, proprietas Seraphinorum, Verbo conuenit; iuxta illud Pſalmiſtæ; Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea:

Summa ſapientia, proprietas Cherubinorum, Verbo competit: Nam fons ſapientiæ eſt verbum Dei, & Deus omnia in ſapientia fecit, i. patet in Verbo, tanquam cui in ſecundo ſigno cõmiſit voluntatem fœcundam, & infinitam.

Summa iuſtitia, proprietas Thronorum, cõpetit Verbo; ideo dicebat Dauid; Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis; & in ſecundo Pſalmo, Reges eos in virga ferrea.

Summa Dominatio, proprietas Dominationibus communicata, competit Verbo, iuxta illud Pſalmiſtæ; Et dominabitur à mari, vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.

Summa imperioſitas, proprietas Principatuum conuenit Verbo; dicit enim ſcriptura; Super ſolium Dauid ſedit, & Regnum eius.

Summa protectio egenorum, proprietas Poteſtatuum conuenit Verbo; ſic enim teſtatus eſt Dauid, dicens. Miſit Verbũ ſuum & ſanauit eos.

Summa virtus (cæteris paribus) faciendi miracula, proprietas virtutum, cõuenit Verbo, iuxta Regium Propheticumq; dictũ: Dominus dabit Verbum Euangelizantibus virtute multa.

Summa illuminatio (cæteris paribus) ad opera bona ex genere, & circunſtantijs, proprietas Archangelorum cõuenit Verbo; quare in Pſalmidicis cantionibus Dauid; Lucerna pedib. meis Verbum tuum, & lumen ſemitis meis.

Summa cuſtodia (cæteris paribus) humanæ figuræ, proprietas Angelorum conuenit Verbo; Vnde dicebat Dauid; Suſtinuit anima mea in Verbo eius, à cuſtodia matutina, &c. Videte ergo (domini Lectores) quomodo Cuſtodia, Illuminatio, Virtus, Protectio, Imperioſitas, Dominatio, Iuſtitia, Sapientia, & Amor, proprietates eſſe Angelicorum ordinum, communicatæ, & participatæ; Verbo eſſentialiter conueniunt, & ab eodem, cum illis fuerint communicatæ in creatione, quomodo ab eodem etiam eſſe per creationis opus obtinuerunt.

Verbum in Creatione Empyreo, beatorũ loco definitiuo con

ſtantiam

ſtantiam eſt largitus, ſecundum illud Pſalm. Verbo domini cœli ſunt firmati.

Primo Mobili rapacitatem mouentem alias ſphæras inferiores: dicitur enim verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.

Firmamento ſtellarum pulchritudinem: Nam in principio, ideſt in filio exponunt litterales Cabaliſtæ, poſuit ſtellas in firmamento cœli.

Influxus Melancholici doloris, Saturno appropriatus, verbo eſſentialiter cõuenit contritionem pro peccatis commiſſis, maximumque dolorem; propterea dicitur talibus; Renati eſtis nõ ex ſcientia corruptibili, ſed per verbum Dei.

Influxus lætitiæ Ioui attributus, verbo eſſentialiter conuenit: hac de re in ſcriptura narratur, quòd gentes audientes verbum Dei, gauiſæ ſunt, & glorificauerunt eum.

Splendor, & lux cum lumine Soli omnia appropriata verbo eſſentiam conueniunt. De ſeipſo enim in Ioanne loquẽs, dixit: Ego ſum lux mundi; Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.

Inclinatio ad ſingularia certamina, & prælia Marti aſcripta, verbo cõuenit: ipſum enim dixit Apoſtolis: Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum; & aliàs: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.

Propenſio ad igniculos Amoris Veneri aſſignata, verbo eſſentiam cõuenit. Vnde ſuis caris dixit; In hoc cognoſcẽt homines, quòd mei diſcipuli eritis, ſi dilexeritis inuicem.

Directio ad ſcientias capeſcendas, ſeu diſpoſitio Mercurio dicata eſſentialiter, verbo conuenit, de eo namq; dicitur: Verbũ, q egredietur de ore meo docebit vos.

Dominium ſuper aquas, Lunæ appoſitum eſſentialiter conuenit, verbo de ſeipſo dicenti: Si quis ſitit veniat ad me, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Caliditas igni pro inſtrumento ſuæ ſubſtantialis formæ in operationibus, deſeruiẽs, verbo conuenit; quare vna vice dicebat: Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi ut ardeat?

Humiditas aeris & aquæ verbo attribuitur; quod in parabolis loquens, dixit: Semen quòd cecidit in terram bonam, quia habuit humorem fecit fructum centuplum, ſic verbum meum, ideſt ego, qui ſum verbum Dei; talia verba ad veſtram inſtructionem habens.

Stabi-

Stabilitas terræ à Verbo collata eſt per opus Creationis ; ob id dicitur: Tu autem in principio, i. in Verbo cęlum, & terram fundaſti.

Creatura rationalis à Verbo, iuxta illud Gen. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & in Pſalmis; Aſſimilabo me fratribus meis. Cŏcludatis ergo mecum, quòd omnia per Verbum facta ſunt: omnia per Verbum, non tamen tanquam per cauſam motiuam: ſic enim Verbum, & non Pater eſſet principale : omnia per Verbum, non tanquam per cauſam diſpoſitiuam, aut formalem; ſic enim Pater eſſet in actu per Verbum, quòd eſt falſum. Non enim eſt in actu entitatiuo, quia eſt eſſentia, non Paternitate: non perſonali, quia ſic eſt per relationem inſiſtentem, ſubſiſtentem, primam, & propriam: nec minus creatiuo, cum principium creationis ſit voluntas eſſentialiter in tribus, & infinita; omnia per Verbum, non tamen tanquam Patre minus: eſt enim ſecundum Diuinitatem Patri æquale ; omnia per Verbum, non poſtremò tanquam per inſtrumentum; ſic enim inter Filium, Patrem, & Spiritum Sanctŭm caderet diſtinctio eſſentialis; ſed omnia per Verbum, tanquam per illam perſonam, cui appropriatur ſapientia, in qua cuncta ſunt facta : omnia per Verbum, tanquam per illud, cui communicata eſt in prima productione, principium duplex productiuum ; Primum; reſpectu Spiritus Sancti; reſpectu creaturarum alterum ; & hæc de primo opere. Pro Scoto cŏtra Hæticum.

Secundum opus, ſ. conſeruationis appropriatur Verbo, iuxta dictum Pauli; Portans omnia Verbo virtutis ſuæ; quaſi diceret, quòd ſi per Verbum cuncta creata non conſeruarentur, in nihilum illico ruerent. Dum & quouſque figulus tenet annexam, & applicatam ſuam virtutem rotæ circumgiranti, ſemper girat: ſtatim atque aufertur deſinit giratio: Mundus iſte eſt rota, vna magna, quæ virtute diuina per Verbum circumgiratur, ſi deſineret Verbum ſua virtute eam girare, illico deſineret eſſe à motu, & eſſe, non deſinit eſſe rota, quia portatur magna virtute Verbi. De opere Conſeruationis.

Tertium opus eſt Vnionis, de quo dicitur; Et Verbum caro factum eſt; poterant omnes perſonæ diuinæ aſſumere humanā, vel aliam naturam; ipſis enim non repugnabat, nec vt perſonæ, nec vt hæ perſonæ: eòque omnes habent ſubſiſtentiam independentem : tamen Pater non aſſumpſit, quia talis aſſumptio duo dicit; Vnum de connotato, ſ. originationem, & proceſſionem ab alio: Alterum de formali, & ſic importat manifeſtationem: De opere Vnionis.

Et quia Pater eſt à ſe, & improceſſibilis, proprerea non aſſumpſit, nec miſſus fuit: nec Spiritus Sanctus, ſic enim in Diuinis eſſent duo filij; Verbum, quòd diceretur filius Dei, & Spiritus S. filius hominis: Ideo cum Verbum ſit filius, & à Patre procedat, ſitque ſufficiens principium terminandi dependentiam ſuſtentificabilis naturæ ad ſuſtentificans, tale opus, ipſum eſt operatus; iuxta fidei articulum: *Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: & homo factus eſt.*

De opere Fortificationis.

Quartum opus fortificarionis, ſ. operatum eſt Verbũ, ſeptem nobis donans virtutes, Theologales tres, & quattuor Cardinales ex ipſis cũ anima noſtra calice carnis ſuæ, & aqua ſanguinis ſui pulcherrimam condens, & ædificans domum: & ne vnquam ruitura eſſet, ſeptem columnis in ligno Crucis conſtitutus, quaſi Architectus. ſeptem Verbis, ſ. eam fortificauit ſufficienter.

Quænam fuerunt ſeptem columnæ.

Quando pro Crucifixoribus rogauit, dicens; Pater ignoſce illis, columnam Charitatis poſuit.

Quando Larroni pœnitenti ſuæ diuinitatis viſionem, in qua conſiſtit beatitudo, & paradiſus, promiſit, poſuit ſecundam columnam, ſcilicet Spei.

Quando Matri loquutus eſt, dicens. Mulier, ecce filius tuus; tertiam poſuit columnam, videlicet Iuſtitiæ.

Quando Patri dixit; Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? quartam ſ. Fidei poſuit columnam.

Quando dixit Sitio; quintam ſcilicet Temperantiæ poſuit columnam.

Quando dixit, Conſummatum eſt; ſe omne perfeciſſe opus, etſi difficile, ſextam ſ. Fortitudinis poſuit columnam.

Quando ſeptimo Verbo ſpiritum ſuum Patri commendauit; docens nos in periculis, melioris debere ſpecialem habere curã; ſeptimam ſ. Prudentiæ poſuit columnam; & ita ſeptem iſtis columnis opus maximum Verbi, fortificationis demonſtrant.

De quinto opere, ſ. Iuſtificationis.

Quintum opus dicitur Iuſtificationis, quod innuit Propheta, dicens: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, quando ſ. Sacramenta ſeptem inſtituit, & præcipuè ſacramentum Baptiſmi; cuius inſtitutionem celebrauit in figura Dauid cantans; Vox domini ſuper aquas, Deus Maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas, innuens triplicem baptiſmum; (relicto baptiſmo Ioannis, dicto baptiſmo pœnitentiæ ſolum adultis competente, tanquam diſpoſitiuo ad baptiſmum Chriſti, vt peroptimè D. Tho. 3.p.q.38.& 4.Sen.d.2.q.2.ar.2.& 3) ſ. flaminis, ſanguinis, & fluminis;

minis; Vox domini ſimpliciter ſuper aquas inſtituit baptiſmum in virtute ſuæ paſſionis, qui dicitur ſanguinis. Vox domini ſuper aquas multas inſtituit baptiſmum fluminis, qui ſolus inter omnes baptiſmos eſt ſacramentum, imò omnium ſacramentorum ianua: Deus Maieſtatis intonans, ideſt aliqua non concurrente externa materia, inſtituit baptiſmum flaminis & ſpiritus: Nam baptiſmus flaminis ille eſt, de quo loquitur Gloſſ. ad Heb. 4. Baptiſmum doctrinæ, vbi dicit Gloſſa, dicit pluraliter, quia eſt baptiſmus aquæ, pœnitentiæ, & ſanguinis: & S. Thom. 3. p. q. 66. ar. 11. dicit. Aliquis conſequitur effectum baptiſmi principalē, ſ. gratiam, non ſolum ſine baptiſmo aquæ, ſed etiam ſine baptiſmo ſanguinis, inquantum ſ. aliquis mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis, cum propoſito, & deſiderio accipiendi baptiſmum aquæ, ſi adeſſet commoditas: tunc. n. in neceſſitate voluntas habetur ꝓ facto; Et dicitur baptiſmus, quia in neceſſitate ſupplet vicem baptiſmi aquæ, ſicut fuit de latrone; & in virtute baptiſmi aquæ agit. Baptiſmi multiplex acceptio.

Baptiſmus ſanguinis verò eſt, quando quis patitur pro Chriſto, de quo in Apoc. dicitur; Dealbauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni, de quo S. Thomas loqnens, in 4. d. 4. ar. 3. q. 3. dixit; Baptiſmus aquæ efficaciam habet à paſſione Chriſti, inquantum eam ſacramentaliter repreſentat; baptiſmus autem ſanguinis paſſione Chriſti conformat realiter, non ſacramentali repræſentatione, & ideo in his, quæ ſacramentalia ſunt, baptiſmus ſanguinis non ſupplet vicem baptiſmi aquæ, ſicut eſt impreſſio caracteris, & huiuſmodi; ſed in eo, quòd eſt res tantum, ſupplet totaliter vicem baptiſmi aquæ; quando articulus neceſſarius excludit ſacramentum; ſicut enim in baptiſmo aquæ liberatur homo totaliter à pœna & culpa, ita in baptiſmo ſanguinis, & hoc habet ex imitatione paſſionis Chriſti: Vnde pueri, quamuis vſum liberi arbitrij non habeant, tamen ſi pro Chriſto occidantur, vt de Innocentibus dicit Eccleſia, in ſuo ſanguine baptizati ſaluantur, & vlterius ſciatis Lectores, quòd aliquando in baptiſmo ſanguinis maior confertur gratia, quam in baptiſmo aquæ, quamuis ſint ambo æquales, quantum ad remotionem totam pœnæ: ſed in baptiſmo ſanguinis magis augetur gratia ſi habet, & ſi non habet, maior confertur: Vnde ſi quis interficeretur pro Chriſto in vtero matris, eſſet Martyr, & in aureola martyrij excedit etiam baptiſmum aquæ: Nā Paſſio Chriſti operatur in baptiſmo aquæ per quandam figura- Differentia inter baptiſmū ſanguinis & aquæ. Notanda verba.

lem repræſentationem: In Bapriſmo; flaminis per quandam affectionem:in Baptiſmo ſanguinis, per imitationem operis.

Quid Baptiſmus fluminis? Baptiſmus, tertius: qui dicitur fluminis ſecundum doctorem Subtilem, 3.d.4. & ſanctum & Magiſt. Sententiarum, eſt ablutio corporis exterior, facta ſub præſcripta forma verborũ & D. Auguſt. eſt tinctio in aqua, Verbo vitæ ſanctificata; & Hugo, Eſt aqua, diluendis criminibus, ſanctificata per Verbum dei. Vnde ex ijs eliciatis, ꝙ quattuor requiruntur ad integritatem Baptiſmi, ſicut ad integritatem omnium ſacramentorum: materia, forma, miniſter, & intentio vel ſit actualis, vel habitualis, vt optimè dicit Scotus. Vbi notat excellenter, quòd aqua nullomodo eſt Sacramentum, nec ante prolationem, nec in prolatione, aut poſt prolationem, neq; cum verbis, neq; in inſtanti; ſic.n. ſequeretur ꝙ permanens habet eſſe ſui primum inſtans, & vltimũ inſtans, ꝙ eſt apud contemplatiuos, à veritate alienum prorſus; ſed Sacramentum Baptiſmi cõſtituitur ex ablutione illa & Verbis ſimul prolatis; ſimultate illa requiſita ad hoc ꝙ actus aliqui noſtri dicantur eſſe ſimul, ad quam ſufficit ꝙ vnus incipiat, antequam alter deſinat eſſe, & ita ſufficit quòd miniſter incipiat abluere antequam prolatio deſinat verborum: Multa & alia, eſſent dicenda puta circa caracterẽ, ſed breuitatis cauſa, remitto vos pro tertiæ contemplationis circa Baptiſmum perfecta conſideratione ad diſtinctionis ſextæ quæſtionem ſeptimam quarti Sententiarum doctoris, ſubtiliſſimi & D. Thomæ loco citato.

Scotus

D.Thom.

D.Auguſt.

Quattuor ad integritatem Baptiſmi.

Diſcrimẽ inter Baptiſmus, & Circunciſionem.

Differunt verò Circunciſio, & Baptiſmus fluminis, quia Circunciſio data ad tollendum præcipuè originale in paruulis & æquiualens redendum, ſicut & Baptiſmus, fuit præparatoria ad Baptiſmum, & præfiguratiua ipſius, ſecundum quòd antiquis patribus omnia in figura contingebant, minus tamen expreſſè figurans Baptiſmum, quantum ad exteriora: quam trãſitus maris rubri, & Columna nubis mare.n. rubrum ſignificat aquam Baptiſmi, & Columna nubis ſpiritum Sanctum, ſic enim ex aqua, & ſpiritu Sancto renaſcimur: Quia tamen in circunciſione fiebat, quædam profeſſio fidei: quæ non fiebat in ſignificatione maris, & Columnæ, ideo Circunciſio habet ratione Sacramenti, non illa; vnde ad ſui collationem gratiam conferebat; ſicut Baptiſmus, aliter tamen; quia Baptiſmus in virtute paſſionis Chriſti perfectæ Circunciſio, inquantum erat ſignum paſſionis futuræ, ſ. quia homo talem ſuſcipiens, profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem, vel adultus pro ſe, vel alius pro alijs paruulis.

uulis. Quare baptiſmus imprimit caracterem incorporantẽ hominem Chriſto, & copioſiorem gratiam confert, quàm circunciſio: Maior enim eſt effectus rei præſentis, quam ſpei: Et quamuis circunciſio daret gratiam, & auferret peccatum originale ex parte perſonæ; remanebat tamen impedimentum intrandi regnum cęlorum ex parte totius naturæ, quod fuit remotum per paſſionem Chriſti; Vnde baptiſmus ante paſſionem Chriſti non introducebat in regnum cęlorum; Vnde ſi Circunciſio haberet locum poſt paſſionem, etiam introduceret in regnum cęlorum, & ideo inter ſacramenta veteris legis non continebatur, cum fuerit propriè ſacramentum, euacuatum per inſtitutionem baptiſmi, tanquam figura per figuratum.

Quæ enacuatio quando facta fuerit (inquit Scotus) in quarto, quæſtione quarta, tertiæ diſtinct. quòd in quarto tempore: Nam quatuor fuerunt tempora Circuncifionis. **Quatuor tempora Circunciſionis.**

Vnum, in quo Circunciſio fuit neceſſaria, vtilis, & licita.

Secundum, in quo fuit vtilis, & licita.

Tertium, in quo licita.

Quartum, in quo non fuit neceſſaria, non vtilis, nec licita, ſed mortifera.

Primum tempus fuit antequam Chriſtus, & Apoſtoli prædicarent Euangelium, in quo fuit ſub præcepto.

Secundum tempus fuit, cum principio baptiſmi, itaque iſta duo currebant, Baptiſmus, & Circunciſio; & durauit vſque ad Penthecoſtes, vſque quo ambo fuerunt vtilia & licita, illorum tamen nullum neceſſarium alio magis: poterant enim æquè benè Iudæi, & circuncidi, & baptizari.

Tertium tempus fuit ſimul cum tempore ſecundo baptiſmi, puta quo ad tempus Pauli, & multum poſt.

Quartum verò, quo ad omnes conuerſos Iudæos, & Gentiles, vt ſi abinde vſque modo, & ad finem mundi quis circuncideretur, Iudaizaret, & mortaliter peccaret: Baptiſmi autem effectus quatuor ſunt; **Quando euacuata fuerit circunciſio.** **Baptiſmi effectus quatuor.**

Caracteris impreſſio eſt primus.

Infuſio fidei eſt ſecundus.

Donatio gratiæ ad gloriam immediatè diſponentis, eſt tertius.

Innocentiæ amiſſæ, per æquiualentiam acquiſitio, eſt quartus. Priuilegia eiuſdem ſunt quattuor:

Virginitatis, primum. **Priuilegia**

Faci-

Gg3

Facilitatis benè agendi, alterum.
Viuacitatis in reſiſtendo, tertium.
Proximæ fęlicitatis, eſt quartum.

Mirabilia

Sed mirabilia multa: Nam quando baptizatus eſt Chriſtus, & vim regenerandi contulit aquis, tria viſa fuere mirabilia; Cęli aperitio, ſcilicet vox Patris intonans, & Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie: In baptiſmo Eunuchi Æthiopenſis vnum, nam ſtatim raptus fuit D. Philippus; quando D. Paulus baptizatus eſt, cęciderunt ſquamæ de oculis eius; quando Cornelius Centurio, D. Petrus vidit linteamen illud mirabile, &c. Ecce igitur (Domini Lectores) quomodo Chriſtus Saluator noſter inſtituens ſacramentum Baptiſmi, oſtendit mirabilem fuiſſe vocem ſuam; de qua mirabiliter loquens Dauid, dixit.

Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.

DE

# DE SECVNDA CHRISTI VOCE MIRABILI

## Sacramentum Criſmatis inſtituente.

*Vox Domini mirabilis in Virtute.*

SECVNDA voce mirabili in virtute roboratiua Chriſtus Saluator noſter inſtituit Sacramentum Confirmationis, ſeu quod eſt confirmatio: accipitur enim vt peroptime dicit Scotus in de materia baptiſmi.

Conſtructio tráſitiua pro intranſitiua. de quo Sacramento loquens Melchiades Papa, vt patet de Conſ. diſt. 5. cap. 55. Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi ſalutifere deſcendit lapſu in fontem, plenitudinem tribuit: ad innocentiam & Confirmationem, augmentũ præſtat ad gratiam: In baptiſmo regeneramur ad vitam: poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam; In baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur; quibus verbis patet quomodo eſt Sacramẽtum a Chriſto tunc inſtitutum vt dicit frater Ioannes Tabienſis in ſumma ſua, quãdo impoſuit manus ſuper pueros, non exhibendo, ſed promittendo, ſecundum illud Ioan. 16. Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos, & hoc ideo, quia in hoc Sacramento datur plenitudo Spiritus ſancti, quia non erat danda ante Chriſti Reſurrectionem & aſcenſionem, iuxta illud Ioannis 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus, quæ omnia profert ipſe de mente ſancti Doctoris in 3. par. q. 72. ar. 2. 3. & 4. & in 4. ſent. diſt. 17. q. fin. art.

Melchiades Papa. Tabiena. D. Thomas.

vltimo. Diſtinctius, & magiſtralius tamen Sacramentum hoc conſiderans Doctor ſubtiliſſimus in 4. ſent. diſt. 7. q. 1. vſque ad quintã: dixit idẽ magiſtraliter de more ſuo definiens, Cõfirmatio ſeu Sacramentum confirmationis eſt vnctio hominis viatoris aliqualiter cõſentientis, vel libero arbitrio nunquàm vſi, facta in fronte in figura Crucis cum Criſmate ſanctificato, à miniſtro idoneo ſimul cum intentione debita inungente, & Verba certa (.ſ. ſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Criſmate ſalutis, In nomine Patris, &c.) proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutione Diuina vnctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum conſtantia fidem Chriſti. In qua Domini Lectores mirabili definitione ponuntur quatuor requiſita ad tale Sacramentum intrinſeca .ſ. & extrinſeca connumerando: Materia proxima .ſ. & remota, dum dicitur eſt vnctio hæc eſt prima deinde cũ Criſmate ſãctiſſimo ꝙ fit ex balſamo, & oleo oliuarum ſimul poſitis & ſanctificatis exprimitur remota, vt in baptiſmo de ablutione & aqua. Declaratur forma dum dicũtur Verba certa, ſigno te, &c. quæ habita ſunt ex traditionibus Apoſtolicis ab Eccleſia talia ordinante: Ponitur Miniſter idoneus ſcilicet Epiſcopus ſolus in rigore legis, vt dixit Vrbanus Pontifex Max. Omnes fideles manus impoſitionem Epiſcoporum Sanctiſſimorum poſt baptiſmum accipere debẽt, vt plenè Chriſtiani inueniantur, in d. Conſ. diſt. 5. Manus, & c. nouiſſime, & c. vt ieiuni; & de Palud. dixit, Epiſcopus non Conſecratus non poteſt confirmare, quia eſt actus ordinis: Quarto ponitur Intentio ex parte Miniſtri cum dicitur, Verba certa proferente, & ex parte ſuſcipientis, cum dicitur, hominis Viatoris, quicunque ſit vel adultus cum proprio aſſenſu, vel infantis cum fide parentum, ſeu vt melius dicam Eccleſiæ, nam parentes poſſent eſſe infideles nec eſſe in baptiſmo, & ideo & baptizantur & confirmantur in fide Eccleſiæ; dum abluuntur illi in capite, & iſti in frontis medio inunguntur: Ecce igitur quomodo Voce Mirabili inuncti Chriſtiani ad pugnam contra Chriſti inimicos roborantur in Virtute.

Definitio Scotica.

De quatuor requiſitis.

DE TERTIA

# DE TERTIA VOCE MIRABILI

## Sacramentum Euchariſtiæ inſtituente.

*Vox domini mirabilis in magnificentia.*

TERTIO Chriſtus vocem ſuam ſanctiſſimam in Sacramentorum inſtitutione proferens,eamq; mirabiliſſimam oſtendens in liberali màgnificentia, Euchariſtiæ venerabiliſſimum inſtituit Sacramentum , quòd Magiſtraliter contemplans ſubtilium omnium princeps in quarto, Sententiarum d:8.q.1.dixit: Euchariſtia eſt Sacramentum corporis Chriſti, & ſanguinis, veraciter contenti ſub ſpeciebus panis & vini, poſt conſeruationem factam à ſacerdote ſub verbis certis,cum debita intẽtione prolatis,ex inſtitutione diuina,veraciter ſignificans corpus Chriſti,& ſanguinem ſub eis realiter contineri . Sed adnotetis lectores , quòd ante Cõſecrationem materia talis Sacramenti proxima eſt conſacratio ; remota verò panis triticeus , & vinum vitis tantum,vt D.Thomas 3.P. Summæ loco proprio , & Scotus 8.d Quarti ſacris Eccleſiæ Romanæ ſanctioniobus cõformes;non tamen id ab re;Primo quantum ad vſum huius Sacramenti,qui eſt manducatio, in qua communicatur homines, pane & vino reficiuntur.Secundò quantum ad paſſionem Chriſti , in qua ſanguis à corpore eſt ſeparatus & ideo in hoc Sacramento , quòd eſt memoriale dominicæ paſſionis, ſeorſum ſumitur panis, vt Sacramentum corporis,& vinum,vt Sacramentum ſanguinis . Tertiò quantum ad effectum , reſpectu totius Eccleſiæ,

ter terminum à quo ſubſtantialem, & ad quem accidentalem, dicitur tranſubſtantiæ accidentatio.

Notabilis doct. ex Gabriele Bilẽſi in Can. Miſſæ.

Si quarto fiat inter terminum à quo accidentalem, & ad quẽ ſubſtantialem, vocatur tranſaccidentis ſubſtantiatio, ſed quia in ſacramento Euchariſtiæ fit inter panem, & vinum, & inter corpus, & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, tanquam inter terminos à quo, & ad quem ſubſtantiales, iure optimo à ſanctis patribus, & œcumenicis Concilijs à Romano Pontifi. ſummo confirmatis, talis conuerſio dicitur tranſubſtantiatio, quæ ſecundum Scholaſticos eſt conuerſio ſubſtantiæ totius in ſubſtantiam non habentem communem materiam cum priori; dicitur conuerſio non naturalis, ſed ſupraſubſtantiæ in ſubſtantiam, ad differentiam tranſaccidentationis, totius Cathegorematicè ſcilicet & Syncathegorematicè ſimul, ad differentiam conuerſionis, & gyrationis naturalis, in qua etſi vna ſubſtantia in aliam mutatur, vt aer in ignem, vt Ariſtoteles dicit generationem appellans mutationem totius in totum, nihilominus eſt Cathegorematicè tantum mutatio, quia materia formaliter non mutatur, ſed tantum forma: ac in vocis mirabilis prolatione totum in totum conuertitur, tota ſubſtantia panis, & vini, in totam ſubſtantiam, corporis & ſanguis Chriſti additur poſtremò: non habentem communem materiam cum priori, ad differentiam conuerſionis formæ naturalis de nouo introductæ, in qua & ſi ſit conuerſio inter formam ſubſtantialem deſtructam, & introductam, non tamen dicitur tranſubſtantiatio quia remanet materia vtroque termino communis in generabilis, & incorruptibilis ſecundum Ariſtotilem in Phyſicis auſcultationibus; ſed in tranſubſtantiatione eſt duplex mutatio totalis deperditiua ſubſtantiæ panis, & vini, & aquiſitiua ſubſtantiæ corporis, & ſanguinis Chriſti: Nam ad inſtantaneam, & mirabilem deſitionem ſubſtantiæ panis, & vini, de nouo incipit corpus, & ſanguis Chriſti, realiter, & veraciter præſens eſſe illis ſpeciebus panis, & vini, vt aſſerit ſacrum Concilium Tridentinum in 13. Seſſione capit. primo, & Canone primo, vt etiam & prius in Concilio generali ſub Innocentio III. cap. firmiter.

Quid trãſuſtantiatio.

Idem aſſerunt Euangeliſtæ ſancti omnes D. Paulus,

niſi ipſe, quem dominus Apoſtolis tradidit, quia ſicut diuinitas Chriſti eſt vita, quæ totum implet mundum, ita licet in multis locis, & innumerabilibus diebus illic conſecretur corpus, non ſunt tamen multa corpora Chriſti, nec multi Calices, ſed vnum corpus Chriſti, & vnus ſanguis, cum illo quod ſumpſit de vtero virginis, & quòd dedit Apoſtolis, video magnum & pauendum miſterium, quia aliud videtur, & aliud intelligitur.

D. Auguſtinus lib. Sent. Nos autem in ſpecie panis, & vini, quam videmus, nos inuiſibiles ſ. carnem & ſanguinem honoramus.

Vox domini igitur mirabilis eſt in magnificentia: Quia ex vi conſecrationis panis, & vini, eſt ibi corpus & ſanguis Chriſti, p concomitantiam in Conſec. corpus eſt anima, ſanguis, & diuinitas, ita in conſecratione ſanguis eſt corpus, anima, & diuinitas, nam ex vi Conſec. conſecratio terminatur ad corpus, & ſanguinem, ad cætera verò per concomitantiam.

Eſt mirabile quantum ad dimenſiones quantitatiuas, quia corpus Chriſti quantũ eſt in Sacramento ſicut in cœlo, ſed non quantitatiuo modo, bene tamen ſubſtantiali, cui competit eſſe in loco deffinitiuè, non circunſcriptiuè, quia quantitas Chriſti non eſt ibi modo ſuo, ſed modo ſuæ ſubſtantiæ, modus ſubſtantiæ ſecundum ſe eſt, eſſe in loco diffinitiuè, & quia primus terminus conuerſionis eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti, quod verò eſt ſub Euchariſtia, ſacro eſt ibi, quo terminat conuerſionem, ſubſtantia corporis Chriſti eſt ibi tanquàm proprius, & p ſe terminus, qui ex ſe non habet modum exiſtendi, quantitatiuum dimenſiuum, aut extenſiuum, igitur eſt ibi modo ſibi proprio, tota in toto, & tota in qualibet parte, propterea totalitas ſubſtantiæ indifferenter continetur in parua, & magna quantitate ſicut tota natura aeris in magno, vel paruo aere, & tota natura hominis in magno, vel paruo homine, vnde tota ſubſtantia corporis Chriſti in hoc Sacramento continetur poſt conſecrationem, ſicut ante conſecrationum tota ſuſtantia panis, & vini.

De dimenſionibus quantitatis.

Quare non inconuenit (lectores pijſſimi) quod quantitas magna Chriſti ſit ſub quantitate parua Sacramenti, & ſicut diuiſa quantitate ſubſtãtia remanet ſub qualibet parte quantitatis puta ſubſtantia aeris remanet ſub qualibet parte eius, ita diuiſa quantitate ſacramenti remanet ſubſtantia Chriſti, ſub qualibet parte: Et quia corpori Chriſti eſt vnita eius quantitas, quæ in

Sacramento eſt per modum ſubſtantiæ, tota quantitas Christi erit in ſacramento per realem, & naturalem concomitantiam.

Ex quibus ſequutur multa Corelaria, quorum.

Primum, eſt quod corpus Chriſti in ſacramento non eſt ſicut locatum in loco extenſiuè ſed modo ſuę ſubſtantiæ.

Quinq; corelaria. Secundum, ꝙ non circunſcriptiuè & ſm ꝓprias dimẽſiones.

Tertium, quod non diffinitiuè naturaliter ſed ſacramẽtaliter vnde poteſt ſimul eſſe in pluribus locis, non tamen vbiq;, quia hæc ſubſtantia non omnis eſt conuerſa.

Quartum, quamuis corpus Chriſti ſit ſub hoc ſacramento, non tamen replet hunc locum, quia non eſt localiter, ſed ille locus repletur ſpeciebus ſacramenti, vel ratione quantitatis, vel ſaltem miraculoſè, ſicut miraculoſè ſubſiſtunt per modum ſubſtantiæ.

Quintum, vnde non poteſt ſignari vbi ſit manus vel caput, vel pes Chriſti, nam in omni parte totus, & hoc diuina potentia, quæ facit vni tantum loco tot partes coexiſtere, de quibus vidatis Alex. Halenſem p.4.q.40.M.3.A.3.& D. Bonauenturã in 4. Senten. d.11. q.1. art. 4. & Gab. Biel in Canonem & Summam Tabinam, verbo Euch. primo, in fine.

Vox domini mirabilis in magnificentia multis de cauſis.

Primò, quia cibus regulariter conuertitur in ſubſtantiam nutriti ſed hic è contrario eſt, quia dicit Auguſtinus de ſacramento: Cibus grãdium, creſce & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibũ carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Nam omnis qui dignè comedit hunc cibum, efficitur filius dei: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.

Secundò ſecundum philoſophũ ex eiſdem nutrimur, ex quibus ſumus, non autem ſumus ex accidentibus, ideo ſubſtantia non accidentibus nutrimur: In hoc tamen ſacramento accidentia nutriunt: ſi quis enim ſolo pane cõſecrato firma fide vteret, ſumeret nutrimentum & augmentum, cum tamen conſtet ſubſtantiam panis, & vini, ibi non eſſe.

Tertiò omnis cibus habet ſaporem proprium & determinatum, alium ſaporem enim habet panis, alium caro: ſed caro Chriſti in magnifico ſacramento non habet ſaporem carnis, ſed panis, nec ſanguis ſanguinis, ſed vini, & hoc ne horror aggeneraretur.

Quartò quia nullus cibbus habet ſalutem animæ conferre ſed tantum vitam corporis conſeruat, quin potius multoties ſalutem

ſalutem impedit: ſed cibus iſte ſacramentalis,corporis vitam conſeruat,& animæ dat ſalutem.Ioan.6.

Vox vox domini mirabiles mirabilia mirabiliter operatur quia.

Quintò in omni mutatione accidentia priora non remanēt idem numero, imo ſunt alia & alia:natura enim & forma ſunt cauſa accidentium,ſecus enim ſi remanerent, cauſa enim cauſa tum præcedit.

Sed in hoc ſacramento eadem accidentia numero remanent, quia idem color,ſapor, pondus, figura & quantitas quæ panis erant, ſunt in corpore conſecrato, non tamen illi diuntur in herere, cum ſint miraculoſè ſuſtentificata ſine ſubiecto.

Sextò,quia in omni mutatione requiritur quòd materia ſit in ultima diſpoſitione ad formam vt philoſophus in libro, de Generat. & Mæteoris dicit:ſed hic nō ita, imo eſt in remota,ut corpus Chriſti.

Septimò,quia ut dicit phiſoph.: Nō eſt mutate de genere in Genus,niſi multis mutatioribus intermedijs: ſed corruptibilè & incorruptibile differunt pluſquam genere, panis eſt corruptibilis corpus Chriſti incorruptibile, attamē nulla intermedia mutatione facta,ſed ī inſtāti panis mutať in corpus Xp̄i ſal.nr̄i.

Octauò,nunquam in mutatione quacunque naturali totum in totum conuertitur,nāmateria eſt ingenerabilis & incorruptibilis,& forma pręcedens abijcitur, nouaquæ ab agente introducitur; ſed in mutatione tranſubſtantiatiua ſacramentali tota in totam ſubſtantiam mutatur:

Vox vox domini mirabilis in mirabili ſacramento mirabilia multa operatur.

Nonò,quia in omni mutatione agens per contactum inducit formam,tangendo enim per ſuam virtutem materiam, & diſponēdo generat compoſitium per eductionem formæ de potentia materiæ ſed hic mirabiliter tranſubſtantiatur panis per quattuor verba, cum intentione à ſacerdote prolata in corpus Chriſti.

Decimò,idem corpus ſimul non poteſt eſſe ī pluribus locis, ſed idē corpus Chr̄i ſimul eſt ī cœlo,in terra,& plurib. altarib.

Vndecimò,quia iſtud ſacramentum eſt veraciſſimum in ſignando ut ſacramentum eſt,vt dicit Scotus ſubtiliſſimus in 4. Sent.d.8.q.1. Nam cætera ſacramēnta aliqn̄ non habent ſuum effectum, propter indiſpoſitionem ſuſcipientis, licet ſint

veraciſſima

veraciſſima quantum eſt de ſe,non ſic de iſto ſacramento,quia nulla indiſpoſitio ſuſcipiens impedit.

Duodecimo quia illud quod ſignificat hoc ſacramentum realiter continetur,non ſic de alijs, quæ realiter & formaliter gratiam non continent.

Terciodecimo quia alia ſacramenta ſignificant gratiam accidentalem,& inhærentem , ſed hoc ſacramentum magnificum gratiam ſubſiſtentem ſ.corpus domini noſtri Ieſu Chriſti.

Quartodecimo quia omnia ſacramenta conſiſtunt in quodã uſu,itaq; in illis idem eſt ſacramentum,& perceptio ſacramenti,ut patet de baptiſmo,confirmatione,& cæteris: Nam poſt ablutionem,& vnctionem in fonte,non eſt amplius baptiſmus, nec confirmatio,non ſic de iſto ſacramento,nam eſt aliquod ens permanens,etiam antequam applicetur ad uſum ; & ratione quia promiſit Chriſtus ſe velle ſemper eſſe nobiſcum, & ideo in re permanenti.

Quintodecimo quia ut inquit Innocentius de officio miſſæ parte , tertia mirabiliter corpus Chriſti, tunc dimiſit eſſe,quãdo panis ſub illis accidentibus non poteſt eſſe hominis , conueniens nutrimentum,& in eodem inſtanti actione diuina ibi fit noua ſubſtantia,quæ nata eſt affici illa qualitate , hoc autem eſt ſubſtantia panis,& tunc illa manet alterius in alteratione vſquæ ad inſtans gyrationis nouæ ſubſtantiæ , & illam gyrant natura : corrũpendo ſubſtantiam compoſitam , q̃ potẽtia diuina reduxit:Vel vt tenent alij,quia tamdiu manet corpus Chriſti,quamdiũ manent qualitatis quæ poſſent afficere,ſubſtantiam conuerſam ; licet ipſa ſic affecta non eſſet conueniens nutrimentum : & ita in illo inſtanti corruptionis ſpecierum eſt ibi noua ſubſtãtia,ſed non panis:quia non eſſet nata affici,qualitatibus incompaſſibilibus pani iam inductis: ſed talis eſt illa ſubſtantia noua , qualem natura gyraret de pane corrupto , ſi ſubſtantia panis ibi fuiſſet.

Vox vox domini mirabilis in magnificentia ſacramenti , eſt quãtum ad effectum vel fructum multiplicem, quem producit decuplex .n. enumeratur:quorum.

De fructibus Sacr. Euch.

Prima eſt eleuatio ad celeſtes delitias cũ uallium harũ miſeriæ dereliſctione vt dicitur in Decr. d. 82.c.Presb. cũ diu Eucharistia non percipitur,cor homins induratur.

Secũda eſt unio cum Chriſto: Qui manducat,meam carnem in me manet,Lyra in me manet gloſſat.i. mihi per charitatem

unitur communio enim dicitur quaſi communis vnio vnde in Euchariſtia ſumitur caro Chriſti, & ſanguis, Anima, & deitas; caro unit ſibi corpus digne communicantis, ſanguis ſanguinem Anima animam, deitas intellectum & voluntatem, & ſic totus homo transformatur in deum: corpus enim Chriſti ſi in corpore ſumentis reperit ſibi conuenientia, vt munditiam corporis, & Caſtimoniam, illa ad ſe rapit ſpiritualiter, & perficit; ſimiliter & ſanguis Chriſti cor hominis penetrat ubi fons ſanguinis eſt, ſic fomitem reprimit, Anima Chriſti adamat; & deitas gignit. gratia charitatis animam dignè communicantis inhabitat, irradiat, & ſicut ignis ferrum, eam facit ignitam.

Tertius eſt augmentum virtutum & gratiæ: Nullum, enim ſacramentũ eſt illo ſalubrius, quo augentur virtutes, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur.

Quartus à peccatis libera præſeruatio: Et panis cor hominis confirmet: Vnde dicebat D. Chriſoſtomus ſuper Ioa. Vt leones flammã ſpirantes de menſa domini recedentes, terribiles facti demonijs.

Quintus remiſſio peccatorum vnde D. Ambroſius, ſi quoties effunditur, ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo merito ſemper accipere medicinam, qui ſemper pecco.

Sextus eſt remiſſio præteritarum pœnarum, & facilitas ſurgendi.

Septimus ſatisfactio ſanctæ Rom. Eccl. & ſui ipſius.

Octauus cautio a morte eterna & maximis periculis: Sit contra omnia mundi &c.

Nonus introducti o ad cœlum vt legitur de B. Monaca S. P. Auguſt. matre, quę ſtatim ſanct. Euch. ſacramento ſumpto exclamauit volemus in cœlum.

Decimus eſt laurea in Paradiſo cęleſti, quòd innuit D. Agnes dum dixit, & ſanguis eius ornauit genas meas: Ecce ergo quomodo uoce mirabili Chriſti in magnificentia innumera mirabilia in ſanct. ſacramento Euch. reperiuntur, & in id dignè & debitè ſummentibus, ſecus enim mirabilia iuſtitiæ punitiuæ probantur, vos verò domini lectores in fide conſpiciatis mirabilia quæſo contemplantes, & pęnitentes mirabilium fructus percipiatis ut poſſitis ſemper dicere verè, Vox domini eſt mirabilis in magnificentia.

# DE QVARTA VOCE MIRABILI

## Sacramentum Pœnitentiæ inſtituente.

*Vox domini mirabilis confringens cedros.*

QVARTO' Chriſtus dominus ſalutiferam, & efficacem ſuam proferens vocem, qua cedri, peccato in mundo elati, confriaguntur, & humiliantur; quartum medicinale ſacramentum, ſcilicet Pęnitentiæ, inſtituit.

De quo breuiter regyrans cum Theologis, & Canoniſtis dico, quòd Pœnitentia ingenere diuiſa, duplex eſt.

Perfecta, & imperfecta: impefecta triplex.

Simulata, deſperata, & condemnata: Prima eſt Hypocritarũ; altera obſtinatorũ, tertia verò eſt damnatorum in inferno.

Perfecta, dicitur comprobata, & eſt triplex.

Solemnis, publica, & priuata, de quibus Inſt. Cant. tit. de Pœniten.

Priuata, duplex.

Virtus, & Sacramentum.

Vt virtus, eſt à Deo nobis infuſa, qua præterita mala plangimus, cum emendationis propoſito, ipſi Deo nos reconcilians: & ita dupliciter conſiderari poteſt; vt etiam Pęn. Sac. vt interior, & exterior: ſicq; dupliciter.

Vt actus; & vt habitus.

Vt habitus ſex requirit actus, & conditiones, ac etiam vt Actus.

Actus D. O. M. operatio qua con uertũtur corda noſtra, de qua Hierem. 3. Poſtquam conuertiſti me, ægi pœnitentiam, Sex conditiones pœnitẽtię uirtutem.

Secũdus Motus fidei, de quo D. Tho. Fide dirigimur ad Deũ.

Tertius Motus timoris ſeruilis, de quo Iſa. 26. Et alibi, A timore tuo concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis, in remiſſionem peccatorum.

Quartus Motus Spei ueniam conſequendi de qua D. Th. Spe attollimur.

Quintus Motus charitatis de quo Tehologi loquẽtes dicunt quod eſt forma uirtutum.

Sextus Motus timoris filialis, quo in Dei O.M. honorem, peccatum deteſtatur peccator.

Primus actus eſt Neceſſarius, qui D.O.M. fit infuſione, ut extra in Clem. de Trin. & fide Cath. ca. fideli, par. ad hoc baptiſmus unicum, in fine. Neceſſitas Sex actuũ ex ſacris Canonib.

Secũdus etiã, ut extra de Sum. Tri. & fide Cath. in ſexto, ca. fideli ac deuota, & ita Gloſſa, in Verbo fideli ac deuota: & ca. firmiter, in Dec. de Sũ. Tri. Et l. fideli. C. de ijs, q ad Eccl. confug.

Tertius reſpectu pœnarum à legibus ſtatutarũ, quibus omnes homines ſubiacent, ut extra de Maior. & ob. cap. omnes. & D. 96. cap. Duo ſunt, non obſtante, quod Princeps legi non ſubijciatur. l. Princeps, ff. de legibus.

Quartus, cum fit reſpectu obtentionis ueniæ, vt extra in ſexto cap. Peccati uenia, de Reg. iuris.

Quintus, de quo Gloſſa extra de Sũ. Tri. in Cle. cap. fideli, in uerbo sãctorũ, & in Verbo Informãtẽ, par. ad hoc Bap. unicũ

Sextus, ut extra de Pęn. D. 1. cap. tres ſunt autem.

Primus Neceſſarius cum omnibus ſequentibus ſecundum theologos, pſalmo dicente: Emite manum tuã de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Neceſſitas ex theologis.

Secundus: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

Tertius; In te Domine ſperaui non confundar in æternum.

Quintus: Charitas Dei operit multitudinem peccatorum.

Quartus; Virga tua, & baculus tuus, ipſa me cõſolata ſunt.

Sextus; Derelinquat impius uiam ſuam, &c.

Pœnitentia uero ſacrm̃, qd ſecundum ſuam quiditatem. &c.

Quod ſm ſuã quidditatẽ, eſt abſolutio hoĩs pœnitẽtis, facta certis Verbis cum debita intentione prolatis à ſacerdote iuriſdictionẽ habẽte, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificantibus abſolutionem animæ à peccato: ex qua Definitione elicitur

# DE QVINTA VOCE MIRABILI

## Sacrametum extremæ vnctionis inſtituente.

*Vox domini mirabiliter concutientis deſertum.*

VOCE quinta mirabili Chriſtus inſtituit Sacramentum extremæ Vnctionis, quo deſerti morientes excitantur, & à peccatis venialibus mundantur, quare ſubtiliſſimus in 24. diſt 4. q. vnica, dixit, quod Sacramētum extremæ Vnctionis, eſt Vnctio hominis infirmi pœnitentis, facta in determinatis partibus corporis, cum oleo conſecrato ab Epiſcopo, miniſtrata à Sacerdote, ſimul Verba certa, cum intentione debita proferente, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans cū rationem finalem peccatorum venialium. Vnde notetis, quod materia propinqua eſt Vnctio paſſiua, & cum Verbis facit ſacramentum nam: dato quod eſſet ibi oleum, & non eſſet applicatum corpori, non eſſet Sacramentum. Materia remota eſt oleum oliuarum non mixtum balſamo, ſed tantum conſecratum ab Epiſcopo. Forma eſt: Per iſtam ſanctàm Vnctionem, &c. Miniſter eſt ſolus Sacerdos, non .n. eſt Sacramentum neceſſitatis, quo gratia acquiratur ut Baptiſmus, gratiam .n. ſicut quinq; alia Sacramenta præſupponit, ſcilicet Confirmatio, Euchariſtia, matrimonium, & Sacer ordo. Sacerdos autem illud miniſtrare non debet niſi adultis infirmis, in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmitate, quare non miniſtratur ad bellū euntibus, aut nauigantibus, ſeu ijs qui mox occidendi ſunt,

Definitio Sacramē. extremę Vnctionis

Requeſita quattuor.

Quibus conferendum ſit ta le Sacra.

quia talis mors non imminet ex defectu Naturæ; ſed ex euentu fortunæ: Nec pueris, quia non habēt infirmitatem ſpiritualem contractam ex peccato actuali. Nec minus diſpoſitionem deuotionis habuerunt aut habere poſſint ad hoc Sacramentum. Non poſtremò Phreneticis & amentibus, niſi in ſana mente peterent: Ijs tamen, qui ſenio confecti deficiunt, etiam ſine actuali infirmitate datur: Inunguntur autem principales corporis partes, quibus homo peccauit, aut peccare potuit; ſ. Aures propter auditum, Nares propter odoratū, Oculi propter viſum, & ſi non ſint, inunguntur propinquiores, vt inquit Tabienſis; Labia propter guſtum; Manus propter tactum, qui maxime viget in pulpis digitorum, & Pedes propter vim motiuam, Renes autem inunguntur propter vim appetitiuam: quibus vnctionibus vnum ſacramentum integrantibus ò Pij Lectores, Venialia peccata delentur, dummodo non ponatur obex ex parte ſuſcipientis: Nam ſemper in vltima Vnctione, quæ reſpectu omniū prçcedētium formalis à Canoniſtis & Theologis dicitur, infunditur gratia ſuſcipienti, nõ tamen character imprimitur, eo quòd ſuſcipiens non deputatur ad aliquod ſanum agendū, vel ſuſcipiendum, vt in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine ſacro: dicit tamen & optime Sanctus Thomas in 4. diſt. 23. q. 1. art. 1. & q. 2. Quòd Principalis effectus talis Sacramenti eſt quçdam ſanatio ſpiritus, quæ datur contra quandam debilitatem, vel ineptitudinem, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc Sacramētū, & quia hoc robur gratiam confert, quæ ſecum non compatitur peccatum, ratio ex conſequenti peccata venialia tollit, mortalia namque precipue tollit Sacramentum pœnitentiæ: ſecundarius effectus eſt ſanatio corporalis, ſi expediat ad finem principalem, ſcilicet ad ſpiritualem ſanationem: & hæc omnia fiunt Mirabili illa voce, qua in extremo potius, ab omnibus deſertis, concuſſus excitatur ad feliciſſimum iter agendum.

DE

# DE SEXTA VOCE
## MIRABILI
## Sacramentum ſacræ ordinationis inſtituente.

*Vox Domini præparantis ceruos.*

SEXTA Voce Mirabili Chriſtus inſtituit Sacramentum Ordinationis ſacræ, quæ eſt ſecundum ſubtilem inſtitutio alicuius in gradu Eccleſiæ præeminẽte cui cõuenit aliquod Miniſterium circa Euchariſtiam exhibẽdũ; facta à miniſtro idoneo, certa Verba proferente, & ſimul cum intentione debita Miniſterium gradus illius aliquo ſigno viſibili repræſentans, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus dignè aliquod Miniſteriũ exequatur: Differt autem ordo ab ordinatione, Quia ordinatio eſt ſacramentum, ſed ordo eſt quidam gradus, vel Character, diſponens mediatè vel immediatè ad exercendum aliquem actum eminentiorem in Eccleſia: Ad quorum omnium clariorem notitiam ſunt plura animaduertenda, quorũ Primum eſt, quod ordo non eſt Sacramentum, cum etiam ratione Sacramenti ſic eſſet ſenſibile ſignum, ſacræ rei ſignum, modo cũ ſit gradus, ſeu Character, & ſignũ indelebile, in anima impreſſum eſt inſenſibile & conſequenter non Sacramentum propriè dictum, & ſi poſſit largè modo vt eſt ſignum ſeu ſenſibile ſeu inſenſibile ſignificãs aliquod Sacramentale; & quia Ordo denotat illum, qui habet talem gradum poſſe congruè exercere actus ordinis vt Conſecrare, &c. Quare alicubi dicunt Patres & Doctores quod Ordo eſt Sacramentum gloſſetis, ordo ideſt ordinatio vel Sacramentum largo modo dictum. i. ſignum alicuius, ſacramentalis: ſecundumquod gradus emi-

Definitio Sac. ſacræ ordinationis.

Diſcrimẽ inter ordinem, & ordinationẽ ex Scoto.

Modus gloſſandi Patres.

eminentior in Eccleſia noſtra ſecundum bonos Theologos quo quis conficere poteſt corpus Chriſti, vnde contra Iuriſtas parum ſe ad rerum altiſſimarum ſpeculationem eleuantes, dico, quòd Epiſcopatus non eſt ordo, ſed dignitas, nam eius actus non ſunt eminentiores quoad nobilitatem actus, cum actus directè conſecratiuus corporis à Sacerdote factus ſit omnibus actibus in Eccleſia exercitis nobilior; licet ſint eminentiores ſacerdotio quoad vniuerſalitatem, eo quòd ad plures actus ſe extendat quàm ſacerdotiũ, & ſit Epiſcopatus honorabilior, dignior, & venerabilior; vlterius Epiſcopus ſuſpenſus & priuatus epiſcopatu, ſi actus ſuos exerceat, de communi conſenſu Theologorum, nihil facit. Tertium, quòd character vt inſtituto noſtro deſeruit, eſt ſignum indelebile à Deo impreſſus in animam noſtram diſponẽs illum in cuius animam eſt impreſſus ad exercitationem, & exequutionem actuum ſibi cõuenientium, vt character in baptiſmo ad exequutionem actuum qui præcipuè conueniunt illis, qui in familiam Chriſti ſunt aſcripti, vt ad actum credendi, &c. In Sacramento confirmationis ad actum confitendi conſtanter fidem Chriſti, & in Sacramento ordinationis, ad actum conſecrationis mediatè in minoribus, vel immediatè & Miniſterij vt in Subdiaconatu & Diaconatu, vel immediatè & formaliter ſiue poteſtatiuè, vt in Sacerdotio; non ob id tamen putetis tria hæc Sacramẽta eſſe formaliter irreiterabilia quia characterẽ imprimãt, nam eſt manifeſtius quòd ſunt irreiterabilia in ſcripturis quàm quòd characterẽ imprimãt: ſed ſunt ſic irreiterabilia, quia Chriſtus ne reiterẽtur ſtatuit de more bonorum Theologorum, qui operum à voluntate Diuina pendentium, incautè & audacter cauſam quæritantibus, reſpõdent quia ſic voluit vel ſibi placuit: ita hic: quare Sacramenta tria, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordinatio ſunt irreiterabilia à Chriſto inſtituta, quia ſic illi placuit: verum Domini Lectores, ſi à me, talia pientiſſimo corde contemplantes, talis irreiterabilitatis aliquã ſitiatis congruentiam; Dico reſolutè (meliori iudicio ſemper talem reſolutionem ſubmittẽs) quòd propter characterem impreſſum cum Alexãdro Halenſi. talis enim character dicitur indelebilis & indelebiliter impreſſus, tum quia per potentiam Diuinam creatum deleri nõ poteſt; tum etiam quia nec per potẽtiam Diuinam ordinatam ab anima noſtra delebitur: & tertio quia demeritoriè talem characterem nos non poſſumus amittere, actum enim nullum habemus demeritorium quo poſſimus illum ſemel impreſſum amittere: ſicut

*Reſponſio cum iudicio Auctoris.* *Diſcrimẽ inter characterem impſſum & virtutes Iſuſas aut acqſitas.*

cut talibus demeritorijs amittere poſſumus fidem, ſpem, charitatem,& multa alia ſpiritualia dona. Nullum autem iſtorum eſt character, quia poteſt recipi in aliquo, qui nullo modo recipit aliquam iſtarum gratiarum, vt in ficto, qui oſtendit ſe eſſe in gratia,& eſt in peccato, non fidem, nec ſpem recipit, Deus enim vnam virtutem Thelogalem infundẽs, omnes infundit,& quando recipit characterem, imponeret obicem, reciperet alias virtutes: Vlterius character eſt ſignum indelebile, virtutes autem ſunt delebiles, quia per peccata amittimus virtutes: ex quo ſequitur, quòd per nullum peccatum mundi character deleri poteſt: ideo homo Baptizatus, Confirmatus,& Ordinatus, peccet quantum poteſt homo peccare, gratiam, ſed non characterem amittet: de cuius proprietatibus vide apud Diuum Thomam 3.p.& apud Scot. in 6. diſt. 4. q. 9. Quartum, quòd materia proxima talis Sacramẽti eſt inſtitutio, Remota, Vir baptizatus,& cõfirmatus, quare excludũt Mulieres ex inſtitutione Diuina, iuxta id Apoſtoli, Mulierẽ docere non permitto, ſuppleatis vos Lectores, tria quoad illa quę ſunt ſacræ ſcripturæ, quę ſũt ordinũ, quę ſunt actus Eccleſiæ. ſ. Prædicare & illuminare, nã mulier ex ſua natura eſt ſexus ſubiectionis, nõ aũt ſexus Hierarchicę dominationis: & procul arcetur ab ijs, quę ſunt iuris publici, l. fœminæ. ff. de reg. iu. vñ ſi ordinet, nõ recipit characterẽ, impediẽte ſexu, & cõſtitutione Eccleſiæ, nã mulieres q̃uis doctæ, ſanctæ, ac religioſę,& ẽt Abbatiſſę, nec p̃dicare, nec benedicere, nec excõicare, nec abſoluere, nec pęnitẽtias dare, nec iudicare, nec officium aliquorũ ordinũ poſſunt exercere, vt 23. diſt. c. mulier, & c. ſacratas, 33. q. 5. c. mulierẽ, de ſent. exc. quamuis Abbatiſſis obedientia,& reuerẽtia debeatur, & ipſorũ ſalubria monita, & mandata debeãt obſeruari, vt c. delicta, de maio.& obe. Quo factũ eſt, vt q̃uis B. Virgo dignior,& eccellentior oĩb. Apoſt. fuerit, nõ tñ illi, ſed illis claues regni cęlorũ cõmiſerit Xp̃s vt c. noua, de pę. & re. Forma, ſ̃m diuerſos gradus, qui in ſpecie ſ̃m Theologos ſunt ſeptem, etſi integraliter & generice ſint vnũ Sacramẽtum, diuerſa eſt, vt in libris Epiſcoporum continetur. Intentio, vniuerſalis Eccleſiæ ſolita. Miniſter ſolus Epiſcopus regulariter, ſed ex Priuilegio Abbas põt cõferre, ſed tãtũ minores: Requiritur etiam de neceſſitate præſcriptio temporis, ſed talis eſt de neceſſitate præcepti, non autem Sacramenti. Nam ſi Epiſcopus puerum ordinaret, eſſet ordinatus, & impreſſum teneret in anima ordinis characterem, eſſet tamẽ per poſitiuum ius irregularis ad exequutionem

Mulier quare nõ poſſit ſacris ordinibus initiari.

quutionem ordinis collati, quouſque ad tempus à iure præfinitum perueniret: multa & alia in longum circa tale ſacramẽtum dici poſſent, vt videre eſt apud Scotum in 24. & 25. 4. Senten. apud D. Thomam, Richardum de media villa notabiliter, & D. Bonauenturam cum Alexandro, ſed breuitati reſolutiuè ſtudenti, ſatis erit oſtendiſſe eſſentialiora, in quibus Vox Saluatoris præparantis vndecunque Mirabilis conſpici poteſt.

DE

# DE SEPTIMA ET VLTIMA MIRABILI VOCE

## Sacramentum Matrimonij inſtituente.

*Vox Domini Mirabilis intercidentis flammam ignis.*

SEPTIMO & poſtremò ſalutarem vocem protulit, & Sacramentum Matrimonij inſtituit vt patet apud D.Matth.19.& D.Paulum ad Epheſios. 5. & in Canonica lege c. ad abolendam,de hæret.& c.quanto,de diuortijs:in Sancto Doctore Thoma, & Subtiliſſimo,in 4.diſt.26. Quod contemplans ſubtiliſſimus inquit tripliciter ſumi poſſe. Primò pro contractu Matrimoniali,qui ſtat in conſenſu viri & mulieris,expreſſo per verba de præſenti. Secundò in propria eius ſignificatione,& eſt vinculum indiſſolubile inter marem & fœminã ex mutua trãſlatione poteſtatis corporum ſuorum in ſe inuicem facta,ad procreandam prolem, & debitè educandam: Tertiò pro Sacramento Matrimonij,quod eſt expreſſio certorum verborum maris & fœminæ ad ſeinuicem ſignantium traditionem mutuæ poteſtatis corporum, ad prolem debitè procreandam, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans gratiam conferendam mutuo contrahentibus,ad coniunctionem mutuam animorum gratioſam. Sanctus Thomas verò & Petrus Paludenſis cum multis alijs dixere multa: & primum eſt, quòd Matrimonium eſt coniunctio Viri & Mulieris, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, inter legitimas perſonas: vbi notant Thomiſtæ aliqui,quòd in

*Quid Sacramentũ Matrimonij.*

*Notanda Thomiſtarum.*

Matrimonio eſt multiplex coniũctio: Prima eſt in conſenſu, qui eſt cauſa Matrimonij, & ſine quo non eſt Matrimonium, vt etiã notatur in c. tua, de ſponſ. & 31. q. 2. c. ſufficiat: Secunda coniunctio eſt in verbis, & ſignis exterioribus, ſignificantibus conſenſum interiorem, quæ ſunt cauſa Matrimonij exterioris, & eſt Sacramentum tantum, & Verba exteriora dicuntur deſponſatio, & ſecundum hoc vocantur nuptiæ à nubere, quia in ipſa ſolennitate deſponſationis, qua Matrimonium perficitur capita nubentium velantur, vt patet 33. q. 5. Hæc imago, & c. Mulier. Tertia coniunctio, quæ eſt Matrimonium eſſentialiter, à qua dicitur Coniugium, & eſt Res & Sacramentum, eſt relatio inter virum & uxorem: & eſt pura relatio, prout eſt quid humanũ, ſed prout eſt quid diuinũm, ſcilicet Sacramentum nouæ Legis, ex eo cauſatur aliquod abſolutum Reale, ad quod ſequitur relatio, & fortè eſt in virtute organica, quia deletur in morte, vt patet c. finali de ſecundis nuptijs, & Auth. de nup. Mors ſoluit omnia: & ſe habet vt Character ad cauſandam gratiam, & eſt ornatus quidam, & ita poſſet ſaluari Petrus Paludenſis dicens, quod eſt aliquid in corpore & anima: Quarta coniũctio ratione cuius dicitur Matrimonium, eſt in actu Matrimoniali, qui eſt effectus: & quamuis multis de cauſis poſſit dici Matrimonium, particulariter dicitur, quaſi maternati, non obſtante quod Pater ſit dignior: Quinta vnio, eſt quæ ſignificatur per Matrimoniũ ſcilicet vnio naturæ humanæ, vel Chriſti cum Eccleſia, ratione cuius dicitur Sacramentum: vnde clamabat D. Paulus, Sacramẽtum hoc magnum eſt in Chriſto & in Eccleſia: Subtilius tamen Scotiſtæ ex doctrina doctoris ſpeculantes, diſcrimen poſuere inter Matrimonium, contractum Matrimonialem, & Sacramentum Matrimonij multa nobilia notatu digna ſubinferentes.

Petrus Paludẽſis ſaluatur.

Primò Mr̃imoniũ eſt ipſa obligatio ꝑpetua, manẽdi inuicem.

Contractus Matrimonij ſtat in conſenſu viri & mulieris expreſſo per verba & ſigna.

Sacramentum matrimonij ſtat in aliquo ſenſibili ſigno, vel in verbis exprimentibus iſtorum contrahentium conſenſum, inſtitutis ab ipſo Chriſto.

Secundò Matrimonium eſt permanens, nam eſt relatio rationis, cauſata per actus voluntatum contrahentium.

Contractus & Matrimonium ſunt in fieri, & tranſeuntia.

Tertiò Matrimonium eſt effectus contractus & Sacramenti cauſa.

Nam

Nam Matrimonium,& contractus Matrimonalis fuit in lege naturæ, & Moyſis, Sacramentum verò cum præſuppoſitione præcedentium tantum in Euangelica lege: Vnde contractus Matrimonij ſupponit pro duobus conſenſibus ſeu volitionibus connotando illas volitiones eſſe expreſſas per verba de præſenti, quod ſi non eſſent verba de præſenti, iam non eſſet contractus Matrimonialis, & è conuerſo, quod ſi eſſent verba de præſenti, & non eſſent mutuæ volitiones, nullus eſset contractus: ex quo ſequuntur multa; & primum eſt, licet Verba in foro exteriori aliquid faciant, tamen reſpectu donationis nihil faciunt, quia nunquam eſt donatio, niſi ſit conſenſus interior: Alterum quod ſi verba eſsent de futuro, iam non eſset contractus Matrimonialis, & ſi eſsent volitiones: Tertium quod iſte contractus Matrimonialis uel Matrimonium ſecundum quod communiter fit, fit donando poteſtatem ſui corporis reſpectu copulæ carnalis, & cum hoc donando vſum & actum illius poteſtatis: attamen de ratione Matrimonij ſufficit quod detur poteſtas etſi non vſus, ut factum fuit in Matrimonio, & contractu Matrimoniali inter Beatiſſimam Virginem & Ioſeph. Quartum quod Matrimonium inter Beatiſſimã Virginem, & Ioſeph, fuit verum, & in eo fuerunt omnia tria bona Matrimonij, vt aſserit Magiſter de mente Diui Patris Auguſtini, li. de Nuptijs, & habetᷓ etiam in Canonica lege diſt. 27. q. 2. c. Beata Maria, vbi dicitur, poſt contractum Matrimonium expreſſit votum extrinſecè Ioſeph. qui ſimul vouit, & votum eius fuit congruenterᷓ factum; quia inquantum incipiebat noua lex in qua virginitas eſt optima, ut ſupra præbaui, ideo uouit, inquantum verò erat in fine antiquæ legis, in qua dabatur maledictio non relinquentibus ſemen, & proles, propter Chriſtum Venturum, præponderabat Virginitati, ideo vouit ſub conditione niſi ſcilicet aliter Deus determinaret, & tamen ad eſsentiam Matrimonij fuit perfectũ; & habuit primum bonum, ſcilicet prolem nobiliſſimam, (cui nec ſimilis vnquam uiſa eſt, nec habebit ſequentem) quæ non ſolũ diciᷓ bonũ Matrimonij inq̃tũ p Matrimoniũ generaᷓ, ſed ẽtiã quantum à Deo in Matrimonio ſuſcipitur & educatur. Habuit & ſecundum bonum, ſcilicet fidem: Nam ſimpliciter conſenſit in copulam coniugalem, & in Carnalem cum conditione, ſcilicet ſi Deus iuberet, quod non iuſſit, cum Spiritu Sancto fuerit concepta ſanctiſſima proles: non enim eſt neceſsaria intentio cõſumandi ut dicit Panormit. in cap. Commiſsum, de ſponſ. Habuit

Nota pulcherrimã doctrinã.

Pulchra & Matrim. B. Virg.

Bona Matrim. B. Virg.

Kk 2 buit

buit & tertium nam cum voto virginitatis facto conditionaliter fuit ſanctius quàm ſi ſine voto, vel cum abſoluto, & ideo Sacramentum maximum fuit. Quintum notant loco citato Scotiſtæ & Canoniſtæ, quòd materia huius Sacramenti proxima, eſt expreſſio illa verborum de præſenti; Forma ſunt verba cum exterioribus ſignis conſenſus: Intentio vniuerſalis Eccleſiæ ſanctæ conformis: Miniſter eſt ille qui facit ſigna, vel profert verba iſtius Sacramenti, & ita cum vir & mulier proferant iſta verba, erant Miniſtri huius Sacramenti vt inquit Richardus: Eccleſia autem tantum ſolennizat Sacramētum, vt inquit Ioannes de Baſiolis: ex quo ſequitur vnum pulcherrimum, quod licet Pater & Mater nō poſſint cogere filios vel filias ad Matrimonium, vt ſacrum Concilium Tridentinum ſtatuit, poſſunt tamē miniſtrare ſacramentum Matrimonij filio & filiæ, quando tamen filius & filia ſunt præſentes: & ideo Curatus miniſtrat Sacramentum Matrimonij vt pater & mater. Aliter dicerem ego Domini Lectores, & regulariter ꝙ ꝑ remotione ſuperbiæ, & laudis ſimplicium, & Laicorum, quòd ſolus Sacerdos eſt huius Sacramenti Miniſter, & ideo contrahentes contrahunt & faciunt obligationem, ſed non miniſtrant Sacramentum: etſi dicant verba Sacramēti, ſcilicet accipio te in meam, &c. ſicut ſi proferant verba, Hoc eſt corpus meum, non cōſecrant: quod etiam ſubtiliſſimo, Scoto meo placet, dicenti, quòd iſte modus eſt inductiuus hominum ad Pœnitentiam de peccatis: Nam communiter & regulariter Sacerdos Curatus facit iſtos contrahentes confiteri ex præcepto, antequam veniant ad iſtud Sacramentum, quòd ſi ipſi contrahentes eſſent miniſtri, frequenter reciperent in peccato mortali, & ita adderent peccatum peccato. Adnotetis poſtremò ad ſanctæ œconomiæ coniugalis pleniorem notitiam, omittendo circa eandem Legalia multa Ciuilia & Canonica. quòd marito in gubernatione vxoris quinque præcipue incumbunt. Primò meminerit vxorem ſuam ſibi ſociam à Deo datam, vt non vilius quaſi ancillam habeat, non magnificentius vt Dominam, ſi quidem ex latere, non capite aut pedibus Adæ facta fuit. Secundò vt ſeruet thori fidem. Tertiò vt ſit vxori, & liberis bene viuendi exemplar. Quartò vt nunquam metum incutiat vxori ſine verecundia & aliqua reuerētia peccata modica ignoſcendo, nam pati ſine verecūdia ad meretrices pertinet: & metus cum odio, tirannum potius, quàm maritum facit: Quintò, vt præſens vir faciat, & dicat, quę eodem abſente vxorem monet & doceat.

Requiſita

De Miniſtro nota.

Oeconomica cōſideratio. Maritus cum coniuge qualiter ſe gerere debeat.

Accedat

Accedat ſexto, vt tria ſemper abſcōdat ab vxore maritus. Primò theſaurum vel eius finem. Secundò Veneris poſtremæ impotentiam. Tertiò conſilia rerum non domeſticarum; multas alias legere poteſtis apud Catonem de re Ruſtica. c. 43. & apud Plutarchum in præceptis connubialibus.

Tria Maritus ab vxore abſcondere debet.

Probè autem matrisfamiliàs leges adferuntur ab Ariſtotele in primo Oeconomiæ c. 4. Prima eſt, mulier omnibus, quæ intus ſunt dominetur, marito excepto. Secunda, nullum permittat domum ingredi ſine præcepto viri: Tertia, non pādet præcepta domus: Quarta, ſumptu, veſtitu, & apparatu, muneri cōuenienter vtatur. Quinta, filios, filiasque potiſſimum inſtituat, nec vagari permittat, longiusque à latere ſuo diſcedere patiatur, verba omnia impudica, & cantiones illis lubricas prohibeat ne concinant. Sexta, Reip. negotijs non ſe immiſceat. Septima, nunquàm ſit ab opere otioſa: Octaua, non ſit litigioſa cum domeſticis & vicinis, non peruicax cum marito, nec gulæ dedita. Nona, mulier ſuum arbitrium omninò exuere debet, vt marito obtemperet, ſitque maritus pro corde, oculis, & lingua: arrideat ridenti, & compatiatur triſti, non adulatoris modo, vel Cameleontis, ſed vt ſocia cara, & cum eo caro vna: Hoc modo Domini Lectores omnes percipient, quod Vox Domini intercidentis flammam ignis Mirabilis extet: ſicut conſpecta à nobis fuit Mirabilis ſuper aquas, in virtute, in magnificentia, in confractione Cedrorum, Deſertorum concuſſione, Ceruorum præparatione, flammarumque ardentium ignis concupiſcentiæ interciſione, in vndecimo præfato noſtro Gyro.

Attinētia ad matrē familias.

DVO-

# DVODECIMVS
## GYRVS SVBGYRANS
### ſecundum Theologos:

*Circa quartum principalem Gyrum.*

DVODECIMVS, & vltimus ſubgyrans Gyrus, quo gyrans ego circa principales gyros gyrare intendo, eſt nobiliſſimus, tum quia ſumma gyratus lætitia ob operis abſolutionem ipſum pergyro; tum etiam, quia eſt omnium gyrorum finis; vel tertio, quia gyrat circa ciuitatem ſupernam Hieruſalẽ, eo.n.oſtendo nouem: Quorum primum, quis ſit Sanctæ Ciuit. Architectus: Secundum, ciuitatem Sanctam eſſe regnum: Tertium de mœnijs eius, eam defendentibus: Quartum, de lapidibus pretioſis ciuitatem ſuſtentantibus. Quintum de ianuis, earumq; miſterioſo numero: Sextum, de Forma: Septimum de magnitudine: Octauum de habitatoribus cum diuerſitate manſionum: Nonum de harmonijs, quæ ab habitantibus beatitudine illuſtribus, fiunt. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita, magis cognoſcuntur: Vobis ò Lectores, incongruum non videbit, ſi etiã de ciuitate Babilonica infernali in qua Demones habitant, & cũ ipſis miſeri damnati; pœniſq; varijs breui diſcurram ſermone, pulchritudinem.n. cum tot fœlicitatibus nũquam defecturis, ſupernæ ciuitatis, & deformitatem infernalis cum tot inenarrabilibus cruciatibus, & numquam defecturis pœnis, contemplantes, per bona opera conabuntur, ſecundam fugientes primam inhabitare. Circa primum igit̃ reſolutè dico, Architectum ſupernæ ciuitatis Deum Optimum Maximum cuius magnitudinem

Nouem tractanda in duodecimo Gyro.

Quis Architectus ciuitatis Sanctæ ſupernæ.

in primo gyro ſubgyrante ſum contemplatus; quare mirum nõ eſt, ſi Dauid Regius Propheta Sanctæ Ciuitatis laudes cecinit dicens. Fundaměta eius in mõtibus ſanctis; Glorioſa dicta ſunt, de te, Ciuitas Dei; Et poſtremò, Sicut lætantiũ omnium noſtrũ, habitatio eſt in te: Circa ſecundum dico, quòd non ſolum eſt Ciuitas, ſed Regnum, iuxta illud verbum Saluatoris; Regnum meum non eſt de hoc mundo; Et alibi, Poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi: Notandum tamen vobis eſſe exiſtimo; quòd ſex ſunt Regnorũ genera: Primum appellatur Vniuerſale, de quo Dauid: Et Regnum ipſius omnibus, &c. Secundum, Scripturæ, de quo apud Matthæum: Auferetur à vobis Regnum Dei. Tertium, Gratiæ, de quo apud Lucam. Regnũ Dei intra vos eſt. Quartum Gloriæ, de quo apud prædictum: Beatus qui manducabit panem in regno tuo. Quintum eſt locus beatitudinis de quo apud Matthæum: Fulgebunt iuſti in regno. Sextum eſt perſona Chriſti Saluatoris de quo apud Lucam; Si in Digito Dei eijcio Dæmonia, profectò peruenit in vos Regnum Dei. De Regnis diſcurſus.

Sed strictius ſumendum eſt tantum triplex. Triplex tantum Regnum ſtrictim acceptum

Primum eſt Gentilium.

Alterum eſt Hæbreorum.

Tertium verò Chriſti Saluatoris.

Primum, & ſecũdum ſunt obſcura Regna ob imperfectiones & errores.

Tertium eſt perfectiſſimũ tam in via, quàm etiam in patria.

Primum eſt obſcurum, totum enim erroribus, & ſtultitijs fuit plenum: Quid quæſo lectores ſtultitiæ fuit relictum à ſuis ſapientibus non aſſertum pro veritate tenenda? Nam qnicunque fuerint aut Ioteici à Pythagora originem trahentes; aut Italici à Thalete, perplures docuere errores: Thales dixit omnium rerũ principium eſſe Aquam: & Pythagoras tranſmigrationem animarum de corpore in corpus conceſſit: Ariſt. dixit Mundum æternum; Academici fatum poſſe in omnia abſolutè concedũt: Epicurei, & Alexandrei animæ noſtræ aſſeruerunt mortalitatẽ: Sed contra eſt ſcriptura. In principio creauit Deus Cœlum & terram. Omnia quæcunque voluit fecit Deus in cœlo & in terra. Spiritus redibit ad eum qui fecit illum. De Regno gentilium.

Phocitæ dixere.

Saturnum eſſe Deum Regnorum; ſed ſcriptura contra de Deo Vno & Trino noſtro, atteſtatur; Tu es Rex Regum, & Dominus

minus Dominantium, tuum eſt Regnum, tua eſt potentia.

Martem eſſe Deum bellorum: Contra, Deus noſter fortis in prælio.

Iouem eſſe Deum lætitiæ: Contra, Deus totius conſolationis.

Solem eſſe Deum generationis: Contra, Ego qui alijs generationem tribuo, ſterilis ero.

Mercurium eſſe Deorum Nuncium: Contra, Qui facis Angelos tuos & miniſtros tuos flammam ignis.

Venerem eſſe Deam Amoris: Contra, Sic Deus dilexit Mundum.

Lunam eſſe Deam Marium: Contra, Qui conturbas profundum maris.

Vulcanum eſſe Deum ignis: Contra, Deus noſter ignis conſumens eſt.

Iunonem eſſe Deam aeris: Contrà, Quis in nubibus æquabitur Domino?

Neptunum eſſe Deum aquarum: Contra, Percute petram, & illa dabit aquas.

Cibelem eſſe Deam terræ: Contra, Domini eſt terra, & plenitudo eius.

Plutonem & Proſerpinam Inferni: Contra, Si deſcendero in infernum ades.

Poſtremoque duodecim anni Menſes Dijs ſuis conſentientibus dictis dicauere.

Ianuarium Iunoni: Februarium Neptuno: Martium Mineruæ: Aprilem Veneri: Maium Apollini: Iunium Mercurio. Iulium Ioui: Auguſtum Cereri: Septembrem Vulcano: Octobrẽ Marti: Nouembrem Dianæ: & Decembrem Veſtæ: neſcientes pauperrimi, quòd Deus Vnus & Trinus omnipotens noſter omnia fecit, iuxta illud in ſacra Geneſi primo poſitum: Fecit luminare maius, & minus, & ſtellas, in ſigna, tempora, dies, & annos.

De Regno Hæbreorum. Secundum Regnum erroribus ſuperſtitioſis, & obſtinatiuis eſt plenum vt videre eſt in traditionibus Patrũ aliquorum male intelligentium ſcriptam legem: Pariter & in primo tractatu, diſt. 4. c. Thalmud, vbi plura nefanda contra Deum, legem, & Chriſtum aſſeruntur.

De Regno Gloriæ Christi Dei. Tertium autem Regnum & gratiæ, & gloriæ eſt lucidiſſimũ, in quo ſancti, fœliceſque ſpiritus vt in nobiliſſima Ciuitate læti habitant, cuius conditiones nulli alteri Ciuitati & Regnò conueniunt,

ueniũt,quas in progreſſu architecturæ noſtræ videre poterimus.

Videatis quoq; tertio loco Mænia Ciuitatis cum antemuralibus defendentibus eam,quę innuit Moyſes,dicens, Vrbs fortitudinis noſtræ Syon Saluator,ponetur in ea Murus,& ante mutale. Et Dauid,Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem. Et Chriſtus Saluator, Nihil coinquinatum intrabit in regnum Cœlorũ: Verbum Dei ergo incarnatum ſtat pro męnijs Ciuitatis ſupernæ. ò quàm fortis & glorioſa eſt Ciuitas. De Mænijs.

Lapides ſanctam Ciuitatem ſuſtinentes in duodenario numero à Ioanne Euangeliſta ſacro in ſua reuelatione enumerantur quorum Primus eſt Iaſpis: Saphyrus alter:Calcedonius tertius: Smeraldus quartus: Sardonicus quintus: Sardius ſextus: Chriſolitus ſeptimus: Berillus octauus: Thopaſius nonus: Chriſopaſſus decimus: Iacinthus vndecimus: & duodecimus eſt Amæthiſtus. Verè glorioſa Ciuitas, cuius fundamenta ſunt omni lapide precioſo ornata, maximoque cum miſterio hos tantum lapides Diuus Ioannes enumerauit. Duodecim lapides ſuſtinẽtes Ciuitatem.

Nam Iaſpis eſt viridi coloris, quibuſdamq; quaſi rubicundis lentibus ſeu lentiginibus, conſperſus, innuens Ioannes fidem & opus charitatis pro adipiſcenda Ciuitate. De Iaſpide.

Saphyrus eſt cœleſtis coloris, innuens propter cœleſtem ciuitatem tereſtria mundi bona eſſe relinquenda, vt Apoſtoli præcipuè fuere. De Saphiro.

Calcedonius, eſt pallidus colore, & varius, fortis tamen, in quo niſi cum magna violentia fiunt impreſſiones; & innuit ꝙ fidelis volens in ſanctam ciuitatem intrare, debet eſſe fortis in fide, & firmiter credere annulis fidei,pallidusque per pœnitentiam. De Calcedonio.

Smeraldus,eſt ita viridi & viui coloris, ꝙ non ſubiacet alicui lumini,ſed propria virtute ſeipſum diffundit, & ſignificat quòd per gratiam ſperãtem, & per bona opera,homini mundano non ſubiecta ſit quiuis ciuitatis incola. De Smeraldo.

Sardonius,eſt tricolor: in profundo niger,in medio albus,& in ſuperficie rubicundus; ex duobusque alijs lapidibus compoſitus ſcilicet ſardio & onichino tremante: innuit quòd Ciuis bonus debet eſſe Niger per conſiderationem extremæ diei, Albus per puritatem a peccatis & Rubicundus per charitatem, quæ ad duo habet reſpectum ad Deum Opt.Max.& proximum. De Sardonio.

Sardius ſua proprietate lætitiam excitat, ita Ciuis bonus debet habere in corde Chriſti legem, in hoc mundo humilitatem, De Sardio.

Ll in

# DE QVARTA VOCE MIRABILI

## Sacramentum Pœnitentiæ inſtituente.

*Vox domini mirabilis confringens cedros.*

QVARTO' Chriſtus dominus ſalutiferam, & efficacem ſuam proferens vocem, qua cedri, peccato in mundo elati, confringuntur, & humiliantur; quartum medicinale ſacramentum, ſcilicet Pęnitentiæ, inſtituit.

De quo breuiter regyrans cum Theologis, & Canoniſtis dico, quòd Pœnitentia in genere diuiſa, duplex eſt.

Perfecta, & imperfecta: impefecta triplex.

Simulata, deſperata, & condemnata: Prima eſt Hypocritarũ; altera obſtinatorũ, tertia verò eſt damnatorum in inferno.

Perfecta, dicitur comprobata, & eſt triplex.

Solemnis, publica, & priuata, de quibus Inſt. Cant. tit. de Pœniten.

Priuata, duplex.

Virtus, & Sacramentum.

Vt virtus, eſt à Deo nobis infuſa, qua præterita mala plangimus, cum emendationis propoſito, ipſi Deo nos reconcilians: & ita dupliciter conſiderari poteſt; vt etiam Pęn. Sac. vt interior, & exterior: ſicq; dupliciter.

Vt actus; & vt habitus.

Vt habitus ſex requirit actus, & conditiones, ac etiam vt

Actus.

Actus D. O M. operatio qua con uertuntur corda noſtra, de qua Hierem.3. Poſtquam conuertiſti me, ægi pœnitentiam. Sex conditiones pœnitētię virtutem.

Secūdus Motus fidei, de quo D.Tho. Fide dirigimur ad Deū.

Tertius Motus timoris ſeruilis, de quo Iſa.26. Et alibi, A timore tuo concepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis, in remiſſionem peccatorum.

Quartus Motus Spei ueniam conſequendi de qua D.Th. Spe attollimur.

Quintus Motus charitatis de quo Tehologi loquētes dicunt quod eſt forma uirtutum.

Sextus Motus timoris filialis, quo in Dei O.M. honorem, peccatum deteſtatur peccator.

Primus actus eſt Neceſſarius, qui D.O.M. fit infuſione, ut extra in Clem. de Trin. & fide Cath. ca. fideli, par. ad hoc baptiſmus unicum, in fine. Neceſſitas Sex actuū ex ſacris Canonib.

Secūdus etiā, ut extra de Sum. Tri. & fide Cath. in ſexto, ca. fideli ac deuota, & ita Gloſſa, in Verbo fideli ac deuota: & ca. firmiter, in Dec. de Sū. Tri. Et l. fideli. C. de ijs, q ad Ecel. confug.

Tertius reſpectu pœnarum à legibus ſtatutarū, quibus omnes homines ſubiacent, ut extra de Maior. & ob. cap. omnes. & D.96. cap. Duo ſunt, non obſtante, quod Princeps legi non ſubijciatur. l. Princeps, ff. de legibus.

Quartus, cum ſit reſpectu obtentionis ueniæ, vt extra in ſexto cap. Peccati uenia, de Reg. iuris.

Quintus, de quo Gloſſa extra de Sū. Tri. in Cle. cap. fideli, in uerbo sāctorū, & in Verbo Informātē, par. ad hoc Bap. unicū

Sextus, ut extra de Pœ. D. 1. cap. tres ſunt autem.

Primus Neceſſarius cum omnibus ſequentibus ſecundum theologos, pſalmo dicente: Emite manum tuā de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Neceſſitas ex theologis.

Secundus: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

Tertius: In te Domine ſperaui non confundar in æternum.

Quintus: Charitas Dei operit multitudinem peccatorum.

Quartus: Virga tua, & baculus tuus, ipſa me cōſolata ſunt.

Sextus: Derelinquat impius uiam ſuam, &c.

Pœnitentia uero ſacrm̄, qđ ſecundum ſuam quiditatem. &c.

Quod ſm ſuā quidditatē, eſt abſolutio hoīs pœnitētis, facta certis Verbis cum debita intentione prolatis à ſacerdote iuriſdictionē habēte, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificantibus abſolutionem animæ à peccato: ex qua Definitione elicitur

# DE QVINTA VOCE MIRABILI

## Sacrametum extremæ vnctionis inſtituente.

*Vox domini mirabiliter concutientis deſertum.*

VOCE quinta mirabili Chriſtus inſtituit Sacramentum extremæ Vnctionis, quo deſerti morientes excitantur, & à peccatis venialibus mundantur, quare ſubtiliſſimus in 24. diſt 4. q. vnica, dixit, quod Sacramētum extremæ Vnctionis, eſt Vnctio hominis infirmi pœnitentis, facta in determinatis partibus corporis, cum oleo conſecrato ab Epiſcopo, miniſtrata à Sacerdote, ſimul Verba certa, cum intentione debita proferente, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans cu rationem finalem peccatorum venialium.

Definitio Sacramē. extremę Vnctionis

Vnde noteris, quod materia propinqua eſt Vnctio paſſiua, & cum Verbis facit ſacramentum nam: dato quod eſſet ibi oleum, & non eſſet applicatum corpori, non eſſet Sacramentum. Materia remota eſt oleum oliuarum non mixtum balſamo, ſed tantum conſecratum ab Epiſcopo. Forma eſt: Per iſtam ſanctàm Vnctionem, &c. Miniſter eſt ſolus Sacerdos, non .n. eſt Sacramentum neceſſitatis, quo gratia acquiratur ut Baptiſmus, gratiam .n. ſicut quinq; alia Sacramenta præſupponit, ſcilicet Confirmatio, Euchariſtia, matrimonium, & Sacer ordo. Sacerdos autem illud miniſtrare non debet niſi adultis infirmis, in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmitate, quare non miniſtratur ad bellū euntibus, aut nauigantibus, ſeu ijs qui mox occidendi ſunt,

Requeſita quatruor.

Quibus conferendum ſit tale Sacra.

quia talis mors non imminet ex defectu Naturæ; ſed ex euentu fortunæ: Nec pueris, quia non habēt infirmitatem ſpiritualem contractam ex peccato actuali. Nec minus diſpoſitionem deuotionis habuerunt aut habere poſſunt ad hoc Sacramentum. Non poſtremò Phreneticis & amentibus, niſi in ſana mente peterent: Ijs tamen, qui ſenio confecti deficiunt, etiam ſine actuali infirmitate datur: Inunguntur autem principales corporis partes, quibus homo peccauit, aut peccare potuit; ſ. Aures propter auditum, Nares propter odoratũ, Oculi propter viſum, & ſi non ſint, inunguntur propinquiores, vt inquit Tabienſis; Labia propter guſtum; Manus propter tactum, qui maxime viget in pulpis digitorum, & Pedes propter vim motiuam, Renes autem inunguntur propter vim appetitiuam: quibus vnctionibus vnum ſacramentum integrantibus ò Pij Lectores, Venialia peccata delentur, dummodo non ponatur obex ex parte ſuſcipientis: Nam ſemper in vltima Vnctione, quæ reſpectu omniũ prꝗcedētium formalis à Canoniſtis & Theologis dicitur, infunditur gratia ſuſcipienti, non tamen character imprimitur, eo quòd ſuſcipiens non deputatur ad aliquod ſanum agendũ, vel ſuſcipiendum, vt in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine ſacro: dicit tamen & optime Sanctus Thomas in 4. diſt. 23. q. 1. art. 1. & q. 2. Quòd Principalis effectus talis Sacramenti eſt quꝗdam ſanatio ſpiritus, quæ datur contra quandam debilitatem, vel ineptitudinem, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc Sacramẽtũ, & quia hoc robur gratiam confert, quæ ſecum non compatitur peccatum, ratio ex conſequenti peccata venialia tollit, mortalia namque precipue tollit Sacramentum pœnitentiæ: ſecundarius effectus eſt ſanatio corporalis, ſi expediat ad finem principalem, ſcilicet ad ſpiritualem ſanationem: & hæc omnia fiunt Mirabili illa voce, qua in extremo potius, ab omnibus deſertis, concuſſus excitatur ad feliciſſimum iter agendum.

# DE SEXTA VOCE MIRABILI

## Sacramentum ſacræ ordinationis inſtituente.

*Vox Domini præparantis ceruos.*

SEXTA Voce Mirabili Chriſtus inſtituit Sacramentum Ordinationis ſacræ, quæ eſt ſecundum ſubtilem inſtitutio alicuius in gradu Eccleſiæ præeminẽte cui cõuenit aliquod Miniſterium circa Euchariſtiam exhibẽdã; facta à miniſtro idoneo, certa Verba proferente, & ſimul cum intentione debita Miniſterium gradus illius aliquo ſigno viſibili repræſentans, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus dignè aliquod Miniſteriũ exequatur:

Dꝛfinitio Sac. ſacræ ordinationis.

Differt autem ordo ab ordinatione, Quia ordinatio eſt ſacramentum, ſed ordo eſt quidam gradus, vel Character, diſponens mediatè vel immediatè ad exercendum aliquem actum eminentiorem in Eccleſia: Ad quorum omnium clariorem notitiam ſunt plura animaduertenda, quorũ Primum eſt, quod ordo non eſt Sacramentum, cum etiam ratione Sacramenri ſic eſſet ſenſibile ſignum, ſacræ rei ſign um, modo cũ ſit gradus, ſeu Character, & ſignũ indelebile, in anima impreſſum eſt inſenſibile & conſequenter non Sacramentum propriè dictum, & ſi poſſit largè modo vt eſt ſignum ſeu ſenſibile ſeu inſenſibile ſignificãs aliquod Sacramentale; & quia Ordo denotat illum, qui habet talem gradum poſſe congruè exercere actus ordinis vt Conſecrare, &c. Quare alicubi dicunt Patres & Doctores quod Ordo eſt Sacramentum gloſſetis, ordo ideſt ordinatio vel Sacramentum largo modo dictum. i. ſignum alicuius, ſacramentalis: ſecundumquod gradus

Diſcrimẽ inter ordinem, & ordinationẽ ex Scoto.

Modus gloſſandi Patres.

emi-

eminentior in Eccleſia noſtra ſecundum bonos Theologos quo quis conficere poteſt corpus Chriſti, vnde contra Iuriſtas parum ſe ad rerum altiſſimarum ſpeculationem eleuantes, dico, quòd Epiſcopatus non eſt ordo, ſed dignitas; nam eius actus non ſunt eminentiores quoad nobilitatem actus, cum actus directè conſecratiuus corporis à Sacerdote factus ſit omnibus actibus in Eccleſia exercitis nobilior; licet ſint eminentiores ſacerdotio quoad vniuerſalitatem, eo quòd ad plures actus ſe extendat quàm ſacerdotiũ, & ſit Epiſcopatus honorabilior, dignior, & venerabilior; vlterius Epiſcopus ſuſpenſus & priuatus epiſcopatu, ſi actus ſuos exerceat, de communi conſenſu Theologorum, nihil facit. Tertium, quòd character vt inſtituto noſtro deſeruit, eſt ſignum indelebile à Deo impreſſus in animam noſtram diſponẽs illum in cuius animam eſt impreſſus ad exercitationem, & exequutionem actuum ſibi cõuenientium, vt character in baptiſmo ad exequutionem actuum qui præcipuè conueniunt illis, qui in familiam Chriſti ſunt aſcripti, vt ad actum credendi, &c. In Sacramento confirmationis ad actum confitendi conſtanter fidem Chriſti, & in Sacramento ordinationis, ad actum conſecrationis mediatè in minoribus, vel immediatè & Miniſterij vt in Subdiaconatu & Diaconatu, vel immediatè & formaliter ſiue poteſtatiuè, vt in Sacerdotio; non ob id tamen putetis tria hæc Sacramẽta eſſe formaliter irreiterabilia quia characterẽ imprimãt, nam eſt manifeſtius quòd ſunt irreiterabilia in ſcripturis quàm quòd characterẽ imprimãt: ſed ſunt ſic irreiterabilia, quia Chriſtus ne reiterẽtur ſtatuit de more bonorum Theologorum, qui operum à voluntate Diuina pendentium, incautè & audacter cauſam quæritantibus, reſpõdent quia ſic voluit vel ſibi placuit: ita hic: quare Sacramenta tria, Baptiſmus, Confeſſio, & Ordinatio ſunt irreiterabilia à Chriſto inſtituta, quia ſic illi placuit: verum Domini Lectores, ſi à me, talia pientiſſimo corde contem plantes, talis irreiterabilitatis aliquã ſitiatis congruentiam; Dico reſolutè (meliori iudicio ſemper talem reſolutionem ſubmittẽs) quòd propter characterem impreſſum cum Alexãdro Halenſi. talis enim character dicitur indelebilis & indelebiliter impreſſus, tum quia per potentiam Diuinam creatum deleri nõ poteſt; tum etiam quia nec per potẽtiam Diuinam ordinatam ab anima noſtra delebitur: & tertio quia demeritoriè talem characterem nos non poſſumus amittere, actum enim nullum habemus demeritorium quo poſſimus illum ſemel impreſſum amittere: ſicut

*Reſponſio cum iudicio Auctoris.*

*Diſcrimẽ inter characterem impſſum & virtutes ĩfuſas aut acqſitas.*

eut talibus demeritorijs amittere poſſumus fidem, ſpem, charitatem,& multa alia ſpiritualia dona. Nullum autem iſtorum eſt character, quia poteſt recipi in aliquo, qui nullo modo recipit aliquam iſtarum gratiarum, vt in ficto, qui oſtendit ſe eſſe in gratia,& eſt in peccato, non fidem, nec ſpem recipit, Deus enim vnam virtutem Thelogalem infundés, omnes infundit,& quando recipit characterem, imponeret obicem, reciperet alias virtutes: Vlterius character eſt ſignum indelebile, virtutes autem ſunt delebiles, quia per peccata amittimus virtutes: ex quo ſequitur, quòd per nullum peccatum mundi character deleri poteſt: ideo homo Baptizatus, Confirmatus,& Ordinatus, peccet quantum poteſt homo peccare, gratiam, ſed non characterem amittet: de cuius proprietatibus vide apud Diuum Thomam 3.p.& apud Scot.in 6.diſt.4. q.9. Quartum, quòd materia proxima talis Sacraméti eſt inſtitutio, Remota, Vir baptizatus,& cõfirmatus, quare excludũt Mulieres ex inſtitutione Diuina, iuxta id Apoſtoli, Mulieré docere non permitto, ſuppleatis vos Lectores, tria quoad illa quę ſunt ſacræ ſcripturæ, quę ſũt ordinũ, quę ſunt actus Eccleſiæ.ſ.Prædicare & illuminare, nã mulier ex ſua natura eſt ſexus ſubiectionis, nõ aũt ſexus Hierarchicę dominationis: & procul arcetur ab ijs, quę ſunt iuris publici, l.fœminæ. ff.de reg.iu.vñ ſi ordinet, nõ recipit characteré, impediéte ſexu, & cõſtitutione Eccleſiæ, nã mulieres q̃uis doctæ, ſanctæ, ac religioſę,& ẽt Abbatiſſę, nec p̃dicare, nec benedicere, nec excõicare, nec abſoluere, nec pęnitẽtias dare, nec iudicare, nec officium aliquorũ ordinũ poſſunt exercere, vt 23.diſt. c.mulier, & c.ſacratas, 33.q.5.c.mulieré, de ſent.exc. quamuis Abbatiſſis obedientia,& reuereťia debeatur, & ipſorũ ſalubria monita, & mandata debeãt obſeruari, vt c.delicta, de maio.& obe. Quo factũ eſt, vt q̃uis B.Virgo dignior,& eccellentior oĩb. Apoſt.fuerit, nõ tñ illi, ſed illis claues regni cęlorũ cõmiſerit Xp̃s vt c. noua, de pę. & re. Forma, ſm diuerſos gradus, qui in ſpecie ſm Theologos ſunt ſeptem, etſi integraliter & genericè ſint vnũ Sacramẽtum, diuerſa eſt, vt in libris Epiſcoporum continetur. Intentio, vniuerſalis Eccleſiæ ſolita. Miniſter ſolus Epiſcopus regulariter, ſed ex Priuilegio Abbas põt cõferre, ſed tãtũ minores: Requiritur etiam de neceſſitate præſcriptio temporis, ſed talis eſt de neceſſitate præcepti, non autem Sacramenti. Nam ſi Epiſcopus puerum ordinarèt, eſſet ordinatus, & impreſſum teneret in anima ordinis characterem, eſſet tamé per poſitiuum ius irregularis ad exequutionem

Mulier quare nõ poſſit ſacris ordinibus initiari.

quutionem ordinis collati, quouſque ad tempus à iure præfinitum perueniret: multa & alia in longum circa tale ſacramẽtum dici poſſent, vt videre eſt apud Scotum in 24. & 25. 4. Senten. apud D. Thomam, Richardum de media villa notabiliter, & D. Bonauenturam cum Alexandro, ſed breuitati reſolutiuè ſtudenti, ſatis erit oſtendiſſe eſſentialiora, in quibus Vox Saluatoris præparantis vndecunque Mirabilis conſpici poteſt.

# DE SEPTIMA ET VLTIMA MIRABILI VOCE

## Sacramentum Matrimonij inſtituente.

## *Vox Domini Mirabilis intercidentis flammam ignis.*

SEPTIMO & poſtremò ſalutarem vocem protulit, & Sacramentum Matrimonij inſtituit vt patet apud D. Matth. 19. & D. Paulum ad Epheſios. 5. & in Canonica lege c. ad abolendam, de hæret. & c. quanto, de diuortijs: in Sancto Doctore Thoma, & Subtiliſſimo, in 4. diſt. 26. Quod contemplans ſubtiliſſimus inquit tripliciter ſumi poſſe. Primò pro contractu Matrimoniali, qui ſtat in conſenſu viri & mulieris, expreſſo per verba de præſenti. Secundò in propria eius ſignificatione, & eſt vinculum indiſſolubile inter marem & fœminã ex mutua trãſlatione poteſtatis corporum ſuorum in ſe inuicem facta, ad procreandam prolem, & debitè educandam: Tertiò pro Sacramento Matrimonij, quod eſt expreſſio certorum verborum maris & fœminæ ad ſeinuicem ſignantium traditionem mutuæ poteſtatis corporum, ad prolem debitè procreandam, ex inſtitutione Diuina efficaciter ſignificans gratiam conferendam mutuo contrahentibus, ad coniunctionem mutuam animorum gratioſam. Sanctus Thomas verò & Petrus Paludenſis cum multis alijs dixere multa: & primum eſt, quòd Matrimonium eſt coniunctio Viri & Mulieris, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, inter legitimas perſonas; vbi notant Thomiſtæ aliqui, quòd in

Quid Sacramentũ Matrimonij.

Notanda Thomiſtarum.

Nam Matrimonium,& contractus Matrimonalis fuit in lege naturæ, & Moyſis, Sacramentum verò cum præſuppoſitione præcedentium tantum in Euangelica lege: Vnde contractus Matrimonij ſupponit pro duobus conſenſibus ſeu volitionibus connotando illas volitiones eſſe expreſſas per verba de præſenti,quod ſi non eſſent verba de præſenti, iam non eſſet contractus Matrimonialis,& è conuerſo, quod ſi eſſent verba de præſenti,& non eſſent mutuæ volitiones, nullus eſset contractus: ex quo ſequuntur multa; & primum eſt, licet Verba in foro exteriori aliquid faciant,tamen reſpectu donationis nihil faciunt, quia nunquam eſt donatio, niſi ſit conſenſus interior: Alterum quod ſi verba eſsent de futuro, iam non eſset contractus Matrimonialis,& ſi eſsent volitiones: Tertium quod iſte contractus Matrimonialis uel Matrimonium ſecundum quod communiter fit, fit donando poteſtatem ſui corporis reſpectu copulæ carnalis,& cum hoc donando vſum & actum illius poteſtatis: attamen de ratione Matrimonij ſufficit quod detur poteſtas etſi non vſus,ut factum fuit in Matrimonio, & contractu Matrimoniali inter Beatiſſimam Virginem & Ioſeph. Quartum quod Matrimonium inter Beatiſſimã Virginem, & Ioſeph, fuit verum,& in eo fuerunt omnia tria bona Matrimonij, vt aſserit Magiſter de mente Diui Patris Auguſtini,li.de Nuptijs,& habet etiam in Canonica lege diſt.27.q. 2.c.Beata Maria, vbi dicitur, poſt contractum Matrimonium expreſſit votum extrinſecè Ioſeph. qui ſimul vouit, & votum eius fuit congruenter factum; quia inquantum incipiebat noua lex in qua virginitas eſt optima,ut ſupra præbaui,ideo uouit, inquantum verò erat in fine antiquæ legis, in qua dabatur maledictio non relinquentibus ſemen, & proles,propter Chriſtum Venturum, præponderabat Virginitati, ideo vouit ſub conditione niſi ſcilicet aliter Deus determinaret,& tamen ad eſsentiam Matrimonij fuit perfecti; & habuit primum bonum, ſcilicet prolem nobiliſſimam, (cui nec ſimilis vnquam uiſa eſt, nec habebit ſequentem) quæ non ſolũ dicit bonũ Matrimonij inq̃tũ p Matrimoniũ generat, ſed etiã quantum à Deo in Matrimonio ſuſcipitur & educatur. Habuit & ſecundum bonum,ſcilicet fidem: Nam ſimpliciter conſenſit in copulam coniugalem, & in Carnalem cum condirione, ſcilicet ſi Deus iuberet,quod non iuſſit,cum Spiritu Sancto fuerit concepta ſanctiſſima proles: non enim eſt neceſsaria intentio cõſumandi ut dicit Panormit.in cap.Commiſsum,de ſponſ.Habuit

Nota pulcherrimã doctrinã.

Pulchra & Matrim. B.Virg.

Bona Matrim. B. Virg.

buit & tertium nam cum voto virginitatis facto conditionaliter fuit ſanctius quàm ſi ſine voto, vel cum abſoluto, & ideo Sacramentum maximum fuit. Quintum notant loco citato Scotitæ & Canoniſtæ, quòd materia huius Sacramenti proxima, eſt expreſſio illa verborum de præſenti; Forma ſunt verba cum exterioribus ſignis conſenſus: Intentio vniuerſalis Eccleſiæ ſanctæ conformis: Miniſter eſt ille qui facit ſigna, vel profert verba iſtius Sacramenti, & ita cum vir & mulier proferant iſta verba, erant Miniſtri huius Sacramenti vt inquit Richardus: Eccleſia autem tantum ſolennizat Sacramētum, vt inquit Ioannes de Baſiolis: ex quo ſequitur vnum pulcherrimum, quod licèt Pater & Mater nō poſſint cogere filios vel filias ad Matrimonium, vt ſacrum Concilium Tridentinum ſtatuit, poſſunt tantē miniſtrare ſacramentum Matrimonij filio & filiæ, quando tamen filius & filia ſunt præſentes: & ideo Curatus miniſtrat Sacramentum Matrimonij vt pater & mater. Aliter dicerem ego Domini Lectores, & regulariter ꝙ ꝓ remotione ſuperbiæ, & laudis ſimplicium, & Laicorum, quòd ſolus Sacerdos eſt huius Sacramenti Miniſter, & ideo contrahentes contrahunt & faciunt obligationem, ſed non miniſtrant Sacramentum: etſi dicant verba Sacramēti, ſcilicet accipio te in meam, &c. ſicut ſi proferant verba, Hoc eſt corpus meum, non cōſecrant: quod etiam ſubtiliſſimo Scoto meo placet, dicenti, quòd iſte modus eſt inductiuus hominum ad Pœnitentiam de peccatis: Nam communiter & regulariter Sacerdos Curatus facit iſtos contrahentes confiteri ex præcepto, antequam veniant ad iſtud Sacramentum, quòd ſi ipſi contrahentes eſſent miniſtri, frequenter reciperent in peccato mortali, & ita adderent peccatum peccato. Adnotetis poſtremò ad ſanctæ œconomiæ coniugalis pleniorem notitiam, omittendo circa eandem Legalia multa Ciuilia & Canonica. quòd marito in gubernatione vxoris quinque præcipue incumbunt. Primò meminerit vxorem ſuam ſibi ſociam à Deo datam, vt non vilius quaſi ancillam habeat, non magnificentius vt Dominam, ſi quidem ex latere, non capite aut pedibus Adæ facta fuit. Secundò vt ſeruet thori fidem. Tertiò vt ſit vxori, & liberis bene viuendi exemplar. Quartò vt nunquam metum incutiat vxori, ſine verecundia & aliqua reuerētia peccata modica ignoſcendo, nam pati ſine verecūdia ad meretrices pertinet: & metus cum odio, tirannum potius, quàm maritum facit: Quintò, vt præſens vir faciat, & dicat, quę eodem abſente vxorem monet & doceat.

Requiſita

De Miniſtro nota.

Oeconomica cōſideratio. Maritus cum coniuge qūo ſe gerere debeat.

Accedat

Accedat ſexto, vt tria ſemper abſcōdat ab vxore maritus. Primò theſaurum vel eius finem. Secundò Veneris poſtremæ impotentiam. Tertiò conſilia rerum non domeſticarum: multas alias legere poteſtis apud Catonem de re Ruſtica. c. 45. & apud Plutarchum in præceptis connubialibus.

Tria Maritus ab vxore abſcondere debet.

Probè autem matrisfamiliàs leges adferuntur ab Ariſtotele in primo Oeconomiæ c. 4. Prima eſt, mulier omnibus, quæ intus ſunt dominetur, marito excepto. Secunda, nullum permittat domum ingredi ſine præcepto viri: Tertia, non pādet præcepta domus: Quarta, ſumptu, veſtitu, & apparatu, muneri cōuenienter vtatur. Quinta, filios, filiasque potiſſimum inſtituat, nec vagari permittat, longiusque à latere ſuo diſcedere patiatur, verba omnia impudica, & cantiones illis lubricas prohibeat ne concinant. Sexta, Reip. negotijs non ſe immiſceat. Septima, nunquàm ſit ab opere otioſa: Octaua, non ſit litigioſa cum domeſticis & vicinis, non peruicax cum marito, nec gulæ dedita. Nona, mulier ſuum arbitrium omnino exuere debet, vt marito obtemperet, ſitque maritus pro corde, oculis, & lingua: arrideat ridenti, & compatiatur triſti, non adulatoris modo, vel Cameleontis, ſed vt ſocia cara, & cum eo caro vna: Hoc modo Domini Lectores omnes percipient, quod Vox Domini intercidentis flammam ignis Mirabilis extet: ſicut conſpecta à nobis fuit Mirabilis ſuper aquas, in virtute, in magnificentia, in confractione Cedrorum, Deſertorum concuſſione, Ceruorum præparatione, flammarumque ardentium ignis concupiſcentiæ intercilione, in vndecimo præfato noſtro Gyro.

Attinētia ad matrē familias.

DVO-

# DVODECIMVS
## GYRVS SVBGYRANS
## ſecundum Theologos:

### *Circa quartum principalem Gyrum.*

DVODECIMVS, & vltimus ſubgyrans Gyrus, quo gyrans ego circa principales gyros gyrare intendo, eſt nobiliſſimus, tum quia ſumma gyratus lætitia ob operis abſolutionem ipſum pergyro; tum etiam, quia eſt omnium gyrorum finis; vel tertio, quia gyrat circa ciuitatem ſupernam Hieruſalē, eo.n.oſtendo nouem: Quorum primum, quis ſit Sanctæ Ciuit. Architectus: Secundum, ciuitatem Sanctam eſſe regnum: Tertium de mœnijs eius, eam defendentibus: Quartum, de lapidibus pretioſis ciuitatem ſuſtentantibus. Quintum de ianuis, earumq; miſterioſo numero: Sextum, de Forma: Septimum de magnitudine: Octauum de habitatoribus cum diuerſitate manſionum: Nonum de harmonijs, quæ ab habitantibus beatitudine illuſtribus, fiunt. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita, magis cognoſcuntur: Vobis ò Lectores, incongruum non videbit', ſi etiā de ciuitate Babilonica infernali in qua Demones habitant, & cū ipſis miſeri damnati; pœnisq; varijs breui diſcurram ſermone, pulchritudinem.n. cum tot fœlicitatibus nūquam defecturis, ſupernæ ciuitatis, & deformitatem infernalis cum tot inenarrabilibus cruciatibus, & numquam defecturis pœnis, contemplantes, per bona opera conabuntur, ſecundam fugientes primam inhabitare. Circa primum igit' reſolutè dico, Architectum ſupernæ ciuitatis Deum Optimum Maximum cuius magnitudinem

Nouem tractanda in duodecimo Gyro.

Quis Architectus ciuitatis Sanctæ ſupernæ.

in

in primo gyro ſubgyrante ſum contemplatus; quare mirum nō eſt, ſi Dauid Regius Propheta Sanctæ Ciuitatis laudes cecinit dicens. Fundaméta eius in mōtibus ſanctis; Glorioſa dicta ſunt, de te, Ciuitas Dei; Et poſtremò, Sicut lætantiū omnium noſtrū, habitatio eſt in te: Circa ſecundum dico, quòd non ſolum eſt Ciuitas, ſed Regnum, iuxta illud verbum Saluatoris; Regnum meum non eſt de hoc mundo; Et alibi, Poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi: Notandum tamen vobis eſſe exiſtimo; quòd ſex ſunt Regnorū genera: Primum appellatur Vniuerſale, de quo Dauid: Et Regnum ipſius omnibus, &c. Secundum, Scripturæ, de quo apud Matthæum: Auferetur à vobis Regnum Dei. Tertium, Gratiæ, de quo apud Lucam. Regnū Dei intra vos eſt. Quartum Gloriæ, de quo apud prædictum: Beatus qui manducabit panem in regno tuo. Quintum eſt locus beatitudinis de quo apud Matthæum: Fulgebunt iuſti in regno. Sextum eſt perſona Chriſti Saluatoris de quo apud Lucam; Si in Digito Dei eijcio Dæmonia, profectò peruenit in vos Regnum Dei.

*De Regnis diſcurſus.*

Sed ſtrictius ſumendum eſt tantum triplex.

*Triplex tantum Regnum ſtrictim acceptum*

Primum eſt Gentilium.

Alterum eſt Hæbreorum.

Tertium verò Chriſti Saluatoris.

Primum, & ſecūdum ſunt obſcura Regna ob imperfectiones & errores.

Tertium eſt perfectiſſimū tam in via, quàm etiam in patria.

*De Regno gentilium.*

Primum eſt obſcurum, totum enim erroribus, & ſtultitijs fuit plenum: Quid quæſo lectores ſtultitiæ fuit relictum à ſuis ſapientibus non aſſertum pro veritate tenenda? Nam quicunque fuerint aut Ioteici à Pythagora originem trahentes; aut Italici à Thalete, perplures docuere errores: Thales dixit omnium rerū principium eſſe Aquam: & Pythagoras tranſmigrationem animarum de corpore in corpus conceſſit: Ariſt. dixit Mundum æternum; Academici fatum poſſe in omnia abſolutè concedūt: Epicurei, & Alexandrei animæ noſtræ aſſeruerunt mortalitatē: Sed contra eſt ſcriptura. In principio creauit Deus Cœlum & terram. Omnia quæcunque voluit fecit Deus in cœlo & in terra. Spiritus redibit ad eum qui fecit illum.

Phocitæ dixere.

Saturnum eſſe Deum Regnorum; ſed ſcriptura contra de Deo Vno & Trino noſtro, atteſtatur; Tu es Rex Regum, & Dominus

minus Dominantium, tuum eſt Regnum, tua eſt potentia.

Martem eſſe Deum bellorum: Contra, Deus noſter fortis in prælio.

Iouem eſſe Deum lętitiæ: Contra, Deus totius conſolationis.

Solem eſſe Deum generationis: Contra, Ego qui alijs generationem tribuo, ſterilis ero.

Mercurium eſſe Deorum Nuncium: Contra, Qui facis Angelos tuos & miniſtros tuos flammam ignis.

Venerem eſſe Deam Amoris: Contra, Sic Deus dilexit Mundum.

Lunam eſſe Deam Marium: Contra, Qui conturbas profundum maris.

Vulcanum eſſe Deum ignis: Contra, Deus noſter ignis conſumens eſt.

Iunonem eſſe Deam aeris: Contrà, Quis in nubibus æquabitur Domino?

Neptunum eſſe Deum aquarum: Contra, Percute petram, & illa dabit aquas.

Cibelem eſſe Deam terræ: Contra, Domini eſt terra, & plenitudo eius.

Plutonem & Proſerpinam Inferni: Contra, Si deſcendero in infernum ades.

Poſtremoque duodecim anni Menſes Dijs ſuis conſentientibus dictis dicauere.

Ianuarium Iunoni: Februarium Neptuno: Martium Mineruæ: Aprilem Veneri: Maium Apolli ni: Iunium Mercurio. Iulium Ioui: Auguſtum Cereri: Septembrem Vulcano: Octobrē Marti: Nouembrem Dianæ: & Decembrem Veſtæ: neſcientes pauperrimi, quòd Deus Vnus & Trinus omnipotens noſter omnia fecit, iuxta illud in ſacra Geneſi primo poſitum: Fecit luminare maius, & minus, & ſtellas, in ſigna, tempora, dies, & annos.

De Regno Hæbreorum. Secundum Regnum erroribus ſuperſtitioſis, & obſtinatiuis eſt plenum vt videre eſt in traditionibus Patrū aliquorum malè intelligentium ſcriptam legem: Pariter & in primo tractatu, diſt. 4. c. Thalmud, vbi plura nefanda contra Deum, legem, & Chriſtum aſſeruntur.

De Regno Gloriæ Christi Dei. Tertium autem Regnum & gratiæ, & gloriæ eſt lucidiſſimū, in quo ſancti, fœliceſque ſpiritus vt in nobiliſſima Ciuitate læti habitant, cuius conditiones nulli alteri Ciuitati & Regnò conueniunt,

ueniũt, quas in progreſſu architecturæ noſtræ videre poterimus.

Videatis quęſo tertio loco Mænia Ciuitatis cum antemuralibus defendentibus eam, quę innuit Moyſes, dicens, Vrbs fortitudinis noſtræ Syon, Saluator, ponetur in ea Murus, & ante murale. Et Dauid, Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem. Et Chriſtus Saluator, Nihil coinquinatum intrabit in regnum Cœlorũ: Verbum Dei ergo incarnatum ſtat pro męnijs Ciuitatis ſupernæ. ò quàm fortis & glorioſa eſt Ciuitas. De Mænijs.

Lapides ſanctam Ciuitatem ſuſtinentes in duodenario numero à Ioanne Euangeliſta ſacro in ſua reuelatione enumerantur quorum Primus eſt Iaſpis: Saphyrus alter: Calcedonius tertius: Smeraldus quartus: Sardonicus quintus: Sardius ſextus: Chriſolitus ſeptimus: Berillus octauus: Thopaſius nonus: Chriſopaſſus decimus: Iacinthus vndecimus: & duodecimus eſt Amæthiſtus. Verè glorioſa Ciuitas, cuius fundamenta ſunt omni lapide precioſo ornata, maximoque cum miſterio hos tantum lapides Diuus Ioannes enumerauit. Duodecim lapides ſuſtinẽtes Ciuitatem.

Nam Iaſpis eſt viridi coloris, quibuſdamq; quaſi rubicundis lentibus ſeu lentiginibus, conſperſus, innuens Ioannes fidem & opus charitatis pro adipiſcenda Ciuitate. De Iaſpide.

Saphyrus eſt cœleſtis coloris, innuens propter cœleſtem ciuitatem tereſtria mundi bona eſſe relinquenda, vt Apoſtoli præcipuè fuere. De Saphiro.

Calcedonius, eſt pallidus colore, & varius, fortis tamen, in quo niſi cum magna violentia fiunt impreſſiones; & innuit ꝙ fidelis volens in ſanctam ciuitatem intrare, debet eſſe fortis in fide, & firmiter credere annulis fidei, pallidusque per pœnitentiam. De Calcedonio.

Smeraldus, eſt ita viridi & viui coloris, ꝙ non ſubiacet alicui lumini, ſed propria virtute ſeipſum diffundit, & ſignificat quòd per gratiam ſperãtem, & per bona opera, homini mundano non ſubiecta ſit quiuis ciuitatis incola. De Smeraldo.

Sardonius, eſt tricolor: in profundo niger, in medio albus, & in ſuperficie rubicundus; ex duobusque alijs lapidibus compoſitus ſcilicet ſardio & onichino tremante: innuit quòd Ciuis bonus debet eſſe Niger per conſiderationem extremæ diei, Albus per puritatem à peccatis & Rubicundus per charitatem, quæ ad duo habet reſpectum ad Deum Opt. Max. & proximum. De Sardonio.

Sardius ſua proprietate lætitiam excitat, ita Ciuis bonus debet habere in corde Chriſti legem, in hoc mundo humilitatem, De Sardio.

in ſancta Ciuitate vero lætificantem, iuxta illud: Triſtitia veſtra verterut in gaudium.

De Chryſolito. Chryſolitus ab Ethiopia veniens, & veluti puriſſimum aurum rutilans oſtendit neceſſitatem boni exempli.

De Berylo. Beryllus, viui palidique aliquantulum coloris, & ſex angulis maximèque expolitus, docet neceſſitatem viuacitatis Charitatis & operum miſericordiæ à Matthæo in ſenario numero enumeratorum. Inſuper à Ioanne in octauo loco ſituatur, ad oſtendendas octo beatitudines quibus Ciues in ſancta Ciuitate perfruantur.

De Topaſio. Topaſius, qui ad viridem declinat colorem ad modum auri lucens, & ſi intingatur in feruentiſſima aqua eandem tepefacit, varias diſſoluens infirmitates, zelum diuini honoris ad ſpem ſuperiorum bonorum inclinantem, feruorem cõcupiſcentiæ Mundanæ refrigerantem, infirmitatem virium roborantem, ante oculos ponit.

De Chriſopaſſo. Chriſopaſſus, rarò ab Iudijs delatus, in tenebris nocturnis ignei, & in ſplendoribus Dierum aurei coloris; hortatur nos volentes in ſanctam Ciuitatem, ad patienter & voluntarie ſufferendas tribulationes, & afflictiones in mundo nobis illatas.

De Hyacintho. Hyacinthus, qui aeri ſe conformat, nam ſi aer eſt clarus, & ipſe apparet clarus, ſi obſcurus & obnubiloſus, & ipſe talis: oſtendit præceptum illud D. Pauli: Hæbrei ſunt & ego, Iſraelitæ ſunt & ego; & alibi ſcriptura: Flete cum flentibus; & gaudete cum gaudentibus.

De Ametyſto. Amæthyſtus, cuius proprietates ſunt fæcundare ſterilia, ebrietatem extinguere, omnique veneni genus annihilare, tripliciſq; coloris. ſ. Purpurei, Violacei, & Rutilantis: oſtendit quomodo volentes in ſanctam ingredi Ciuitatem debent eſſe in Mundo vt Roſæ purpurei, læti & iocundi in laudibus Deo decantandis, iuxta illud: Rectos decet collaudatio: vt violæ ſubruſæ; & non præſumentes de proprijs meritis, ſecundum illud Euãgelij; cum hæc omnia feceritis dicite, ꝙ ſerui inutiles ſumus: & vt alter Elias zelo rutilantes, verificãtes dictum ſcripturæ illud. Zælatus ſum Deo exercitium: quærentesque ſterilitatem operum gratia Diuina fœcundante: ebrietatem rerum mundanarũ procul pellere; Venenumq; concupiſcentiæ in cogitationibus, verbis, & factis inexiſtẽtem ad nihilum, pro poſſe reducere: & quia ſancti Apoſtoli precipuè has omnes duodecim lapidũ habere proprietates ſingulariter, & genericè, pro fundamento ſanctæ Ciuitatis

tatis vt duodecim lapides expolitiſſimi ponūtur iuxta adagium Pauli. Iam non eſtis hoſpites & aduenę, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.

Ianuæ ſanctæ Ciuitatis ſecundum Ioannem in Apocalipſi in numero ſunt duodecimo conſtitutæ: Nam ab Oriente portas tres: Ab Aquilone tres: Ab Auſtro tres, & ab Occaſu tres: & ita ternarius, in quaternario clauditur,& quaternarius ternariū continet: nam nomen quaternarium ſeu tetragrammaton vel quatuor litterarum D.O.M. Iehoua ab Hæbreis ſcriptum, Trinitatem nihilominus oſtendit Diuinarum Perſonarum: & poſtremo ſi multiplicetur ternarius per quatuor, reſultat Duodenarius; vt etiam ſi quaternarius ternarium declarans quòd nouem ſunt Angelici chori ad tres Diuinas Perſonas eſſentialiter dependentes: De Ianua

Forma verò eius ad quadrangularis, & Ciuitas in quadro poſita eſt: ſciunt namque Mathematici quòd quadrangularis figura firmitatem oſtendit: vnde Plato dicebat quòd propter ſtabilitatem Mundi inferioris primus Motor in quaternario numero Elementium diſpoſuit. In quadro ſituato eſt; vt videatur harmonia à ſpeculatiuis, quæ à quadrangulari forma reſultat: Ab ea enim prouenit Proportio Dupla,Tripla, Seſquialtera, & Seſquitertia: Diſdiapaſon, Diapente, & Diateſſeron: ideo in vnoquoque quatuor angulorū Ciuitatis Angeli ponunt vnam litteram nominis quadrilitteræ D.O.M. apud Hæbreos innumerabilis: quarum notabiliſſima prouenit conſonantia. De forma

Magnitudo Ciuitatis parua eſt reſpectu numeri malorum angelorum, qui ab ea ceciderunt per malam pręuentionem: ſed maxima eſt facta, poſtquam meretrix Raab acceptauit exploratores duodecim,poſtquàm gētilis populus veluti meretrix proprij viri relicto amore,& adhærens Dæmonio per idololatriam, acceptauit duodecim Apoſtolos cum Chriſto Saluatoris doctrina Euangelica: poſtquam Babilonia ſuperba cum principe debellata fuit; poſtquàm Roma nomen Chriſti auſcultauit poſtquàm Phariſei miracula Chriſti cum Gentilibus Cananæis Samaritanis & ſimilibus factis viderunt,tamen poſtea dictum fuit Ecce Alienigenæ,& Tyrus,& populus Ethiopū,hi fuerunt illic: & Propheta alius: O Iſrael quam magna eſt Domus Domini,& ingens locus poſſeſſionis eius; Quam magnitudinem mēſus eſt Ioannes cum arundine aurea in ſpiritu multitudinis habitantium Ciuium meritorum ineffabilem adducens; Exechiel uerò De Magnitudine

cum Calamo ligneo, figuratiuam familiam Chriſti.

Habitatores ſanctæ Ciuitatis ſunt tres Diuinæ Perſonæ in Vnitate Eſſentię. Secundo eſt cœlorum Regina, cum ſeptem ſpiritibus adantibus. Tertiò loco cæteri nouem angelorum chori. Quarto loco Patriarchæ: Quinto Prophetæ & Apoſtoli. Sexto Euangeliſtæ. Septimo Reges vtriuſque teſtamenti. Octauo Martires, quòd pro fide ſummi Regis ſanguinem voluntariè fuderunt. Nonò Pont. Summi; Confeſſores & Doctores, qui ſemper pro fide laborauerunt. Omnes eandem formalem beatitudinem obiectiuam & ſubiectiuam, ſeu intuitiuam habentes: ſed in diuerſis gradibus, & diuerſis modis, nam D.O.M. eſt in infinitū beatus, & à ſe, imo beatiſſimus in cæteris obiectum, & cauſa; Conciues verò, illam beatitudinem ſecundum merita, capacitatem, participantes tenent.

De harmonia. Qui omnes inſimul Diuino gloriæ lumine de facto illuſtrati, & circumfuſi hymnos gloriæ D.O.M. cantant: nam Deus benedictus eſt talis harmoniæ excitatiuus & ſummus Magiſter, dum conciuibus cantaturis dicit harmonicè, Venite benedicti, percipite Regnum paratum vobis à conſtitutione mundi; ipſi verò harmonialem muſicam ſubſequentes ſemper dicunt Regi ſæculorum immortali & inuiſibili, Soli Deo honor & gloria & ſedenti ſuper thronum & agno in ſæcula ſæculorū Amē; Sicutq; lætantium omnium noſtrum, habitatio eſt in te, ò glorioſa Ciuitas.

De Inferno. In Domo vèrò confuſiua Inferni, à qua ſpes iuſſu D.O.M. & iuſtè vindicantis contra ingratos, exul manet manent Dæmones ſecundum ordinum ſuorum propriam diſpoſitionem, & cohabitantes in mortalibus, ſine pœnitentia decedentes de hoc Mun-

Optima doctrina de pęnis. do, mille & mille cruciatus in igne infernali patientes. Nam ſicut cæleſtes Ciues ſeptem Dotibus fulgebunt, & fulgent tribus animæ, videlicet, viſione, fruitione, & tentione, & quatuor corporum per animam redundantibus. ſ. claritate, impatibilitate,

Nota chriſtiane. ſubtilitate, & agilitate: nam gloria animæ corpori communicata per redūdantia, Corpus & ipſum glorioſum reddet & reddit: ita pariter in miſeris damnatis dolor animæ communicatus corpori, idem maximo affliget & affligit cruciatu: & pro claritate habebunt & habent tenebroſitatem; pro impatibilitate paſſiones maximas, pro ſubtilitate palpabilitatem, & pro agilitate ponderoſitatem.

Et ulterius ſagittas à Dauid memoratus complebit in eis,

iuxta

iuxta illud. Et ſagittas meas complebo in eis, & alibi quoniam ſagitæ tuæ infixæ ſunt mihi; & ſunt fames inſatiabilis, ſitis irrefragabilis; frigus inſufferibile; calidum irremediabile, infirmitas miſerabilis, laſſitudo ſine requie, & Mors ſine termino. Sagitæ cõtra dãnatos ſunt ſeptem.

De prima, Dauid eſt loquutus dices: Et famen patientur vt canes.

De ſecunda, Iſaias: Serui mei bibent, & vos ſitietis.

De tertia Iob: Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium.

De quarta Apocalip. æſtuabunt: Hominis æſtu magno.

De quinta Iſaias. Torſiones eorum erant ſicut parturientis.

De ſexta Chriſtus: Mittite in tenebras exteriores.

De ſeptima D. Gregorius cuius vita mortua fuit in culpa, eius mors viuet in pœna, cruciatur, & non extinguitur, monitur & viuit, deficit & ſubſiſtit, finit ſemper & fine caret: Qui omnes eandem eſſentialem pœnam diuerſimodè patiuntur equidẽ & patiuntut miſerrimi, ſecundum diuerſitatem tamen culparum mærorũ, aut minorũ, etiam maiores & minores gradus patientur & iſte præcipuè ſunt manſiones in inferno, de quo in prædictis, & propoſitis concionibus meis edẽdis difuſius loquar: Pro nunc ſatis ſit, me oſtendiſſe hoc in vltimo ſubgyrante Gyro, miſeriam Domus, & cohabitationem inferni, & ſtructuram nobiliſſimam ſupremæ fęlicitantis ciuitatis, ad quam vt perueniatis omnes, ò Lectores, per bona, & gratioſa opera gyrantes, Deo Opt. Max. & ciuitatis, & Domus Dominum, & iudicem: Auctor promittit edere conciones, quæ ſeptem ornent in numero, anno conſequenti, de ſeptem rebus mirabilibus. Orationibus meis ad eandem congyrans, congyrare nunquam deſiſtam.

Finis Gyrorum, Iulij Gemelli Montagnanenſis.

# QVÆSTIONES TRES

## CONTRA VETERES ET RECENTIORES SCHOLASTICOS.

Eiuſdem

FRATRIS IVLII GEMMELLI MONTAGNANENSIS
ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM SANCTI FRANCISCI.

CVM PRIVILEGIO.




VENETIIS, Apud Robertum Meiettum.
M D XCII.

# QVAESTIO PRIMA THEOLOGALIS ET PHILOSOPHICA

## *De primo obiecto, & cognito, adæquatoq́; noſtri intellectus.*

EX ijs, quæ habet ſententiarum Magiſter in tertia Diſt. primi, & Ariſtoteles pariter in tertio, & quarto contextu primi Phyſic. communis Theologorum, & Philoſophorum ſcola, excitat quæſtionem illam vulgo prædicatam, etſi parum intellectam, eo quod non ad rei veritatem, ſed ad deſtructionem, cuncti, vt ſapientiores videãtur inclinant; quodnam ſ. ſit primo cognitum, & adæquatum obiectum noſtri intellectus coniuncti: quam totam in tres diuido Articulos breues, & reſolutos.

In primo Articulo recenſebo opiniones diuerſas refellendas cum fundamentis.

In secundo refellam opiniones & rationes Achilleas pro viribus diſſoluam.

In tertio, ponam ſententiam ſubtiliſſimi doctoris, quam contra Thomiſtas, & D. Franciſcum Toletum, cum fundamentis Scoti, & Scotiſtarum defendam, ponens placita reſoluta Theologorum, & Philoſophorum. *Primus articulus opinio latinorum.*

Circa primũ Articulum inſiſtens, dico, ꝙ eſt opinio quorundam Latinorum, ſcilicet Buridani & Burlei, in primo Phyſ. Durandi in 2. Sent. d. 3. q. 7. & Gregorij Ariminenſis in primo Sen. diſt. 3. q. 3. art. 2. quod Primum cognitum ab intellectu, eſt ſin- *Buridani Burlei Greg. Arim. Durandi.*

Mm 2 gulare,

gulare, & indiuiduum ipſum, quod primò obijcitur ſenſui, hocq; nituntur multis rationibus probare, quarum

Prima eſt Durandi, dicentis.

Id quod ab intellectu primò percipitur debet antecedere Actum intellectus.

At vniuerſale non eſt ante actum intellectus, igitur.

Non eſt id, quod primò percipitur: Igitur ſingulare.

Secũda ratio eſt Gregorij Ariminenſis, cui etiam adſtipulatus eſt Eccelentiſſimus Zimarra ſic.

Vniuerſale fit per abſtractionem à ſingularibus.

Sed abſtractio non poteſt fieri ab ignoto, igitur.

Intellectus primo cognoſcit ſingularia.

Tertia ratio eſt Burlei.

Nullus poteſt imponere nomina rebus, niſi cognoſcat ipſas.

At intellectus imponit nominaribus ſingularib. igitur ſingularia cognoſcit.

Quarta ratio Ens eſt obiectum intellectus igitur Magis ens, magis obiectum & magis percipietur ab intellectu.

At ſingulare eſt Magis ens, igitur.

Secunda celebris ſententia eſt Diui Thomæ vt videre potui ex ipſo, in propoſito q. 85. art. 3. & hæc fundatur in duplici conclusione.

Opinio D. Thomæ.

Prima eſt, Primo cognitum ab intellectu noſtro eſt ens, prout ſe extendit ad quãcumq; rem, cuiusq; modi, ideſt vt ſe extendit ad res ſenſibiles, & ſenſibus ſubiectas; quod aliqui Thomiſtæ appellant quidditatem rei naturalis, dicẽs: Eſſe primum obiectum motiuum intellectus coniuncti.

Secunda quo vniuerſaliora ſunt, & propinquiora enti, ſunt nobis notiora: vnde primò Genus, vltimò ſpecies vltima cognoſcitur.

Prima ideo confirmatiua eſt.

Quod eſt in pura potentia non peruenit ad actum ultimum, niſi p actus intermedios vt patet de prima materia quæ nõ peruenit ad formas perfectas ſpeciei, niſi per intermedia, embrio namq; prius viuit vita plantæ, poſtea vita animalis, tandem hominis vita.

At intellectus in rõne cognitionis eſt in pura potentia, igitur non peruenit ad actum ſpeciei cognoſcendæ qui eſt perfectiſſimus, niſi per actus ſuperiorum generum: ſunt igitur primo cognita vniuerſaliora.

Se-

Secunda:

Illud vniuerſale prius cognoſcitur, cuius ſingulare prius mouet ſenſum.

At ſingulare vniuerſalioris prius mouet ſenſus, vt hoc ens, quam hoc Corpus, & hoc Corpus, quàm hoc Animal prius videtur à longe, ita etiam dicendum de intellectu, igitur.

Tertia; quæcunq; potentia citius præintelligit & cognoſcit ſuum obiectum:

Sed ens eſt magis obiectum intellectus, igitur conceſſione propria.

Tertia ſententia eſt Ioannis de Ianduno vt potui videre apud ipſum, primo phy. eſt eadem cum ſuperiori, ſed differt in modo confirmandi, dicens magis vniuerſale eſt primo cognitũ, eo quòd ſit diſpoſitio intellectus. Opinio Ioãnis de Ianduno.

Quarta ſententia eſt Eccellentiſſimi Archangeli Mercenarij à Monteſancto cũ pluribus modernorum, qua aſſerit quod modo Magis vniuerſale modo minus vniuerſale eſt primo cognitum, vt patet apud Ariſt. qui ĩ ſuis tractatibus philoſophicis modo ab vniuerſalioribus, modo à minus vniuerſalibus incipit. Opinio Eccellentiſſimi Archangeli Mercenarij.

Pro ſecundo Articulo ſic contra primam opinionẽ inuehor. Nam habet Ariſt. primo phyſic. contex. 49. Quod ſingularia sũt ſenſuum, vniuerſalia verò intellectus: In quinto Metaphyſ. cõtex. dicit vniuerſalia ſunt priora ſecundum intellectum ſingularia ſecundum ſenſum: In tertio de Anima tex. 32. ſeparat ſenſum ab intellectu, eo quod vnus ſingulare, alter vero vniuerſale percipiat, & paſſim per Ariſt. in operibus ſuis: Cui adſtipulatus eſt D. Thomas inter Latinos, in propoſito, dicens quod cum anima coniuncta per abſtractionem intelligat, ſingularia intelligere non poſſe directè, ſeparata autem cognoſcit per ſpecies infuſas, quæ cognitio dicitur confuſa, ad diferentiam cognitionis diſtinctæ Angelorum: Sed clarius talis apparet falſitas, ex ordine intelligendi, quod ſecundum Ariſtot. ſi fit, ab obiecto ſenſibili, mouentur ſenſus exteriores ad cauſandam ſpeciem ſenſibilem externam in viſione exteriori ſenſus exteriores offerunt id obiectum ſic ſenſitum, ſenſui communi, ſenſus communis phantaſiæ, quæ cum ſit pediſſequa & miniſtra intellectus offer ſi phantaſma quod materiale eſt, tunc intellectus modo actiuo operandi quidditatem, & formam in phantaſmate, conditionibus materialibus inuolutam intelligit, non intelligendo indiuiduantes materiales conditiones, quo pacto Secundus articulus. Cõtra primam opinionẽ cõtex.

dicitur

dicitur à materiæ conditionibus abſtrahere, ſiquidem abſtrahere nil aliud eſt, loquendo non de abſtractione reali, quæ ſecundum Albertum & omnes, eſt, cum reipſa vnũ ab alio ſeparatur vt cum anima ſeparatur à corpore, & manus à manu coniuncta, ſed Rationis, quæ non fit niſi tantum ratione, cognitione, & cõſideratione, quę duplex cum ſit, ſcilicet præciſiua, ſeu ſimplex, qua (vt inquit idem Albertus, appellans hanc definitiuam) vnũ intelligitur, alijs ſibi coniunctis non intellectis: Et compoſita qua intellectus vnum enunciando, ab alio diuidit, non de hac ſecunda ſemper verum vel falſum eſt, ſed de prima, ſcilicet præciſiua iuxta quam dixit phyloſophus, quod abſtrahentium non eſt mendacium. Quæ & ipſa eſt triplex uniuerſalis prima, qua ſuperiora inferioribus non intellectus conſiderantur, ſubiecti dicitur: ſecunda cum ſubiectum abſq; conſideratione accidentiũ, cognoſcitur formalis dicitur: tertia cum accidens ab accidente, aut rem à re abſtrahimus, ut cum abſtrahitur albedo à dulcedines lactis, & formam à materia niſi intelligendo vnum non intelligere alterum: Nam quemadmodũ ſenſus viſus, cæci offerat nix, in qua eſt albedo, & frigiditas ſimul iunctæ, ſeparat albedinem à frigiditate, & percipit albedinem quæ eſt ſui iuris, non percipiendo frigiditatem, quæ eſt de Iure tactus, & e contra, ita Intellectus cum ſibi a phantaſia offertur obiectum indiuidualib. & materialib. cõditionib. inuolutũ, abſtrahit ab hic & nũc, & intelligit quidditatem, & eſſentiam, quæ ratione propoſitionis eſt ſui iuris, non autem ſenſibilitatem ſingularem, & ſingularitatẽ ſenſibilem, quæ ſunt de foro, & iure ſenſuum: quare Durandus Gregorius, Buridanus, & Burleus omnes ſimul, ſingulare ſenſatum & cognoſci, & primo cognoſci ab intellectu aſſerentes, ſpeculatiuis, & naturalibus oſtenderunt ſe noluiſſe cognoſcere modum & ordinem cognoſcendi intellectus noſtri coniuncti.

*Contra opinionem D. Thomæ.* Contra opinionem D. Thomæ & Thomiſtarum de rigore dico non eſſe ad aures Ariſt. eo quod ſm ipſum in notitijs confuſis quæ ſemper progreſſu naturali contra eundem D. Thomam præcedunt diſtinctas, non datur ordo, nec ex parte intellectus nec ex parte rerum: Non primò, quia intellectus ſe habet ut potentia immediata ad omnes formas ſibi compoſſibiles, ſecus in notitia actuali & diſtincta tunc enim eſt ordo neceſſarius ſummendus: quod declarauit Ariſt. quando dixit intellectus eſt tanquam tabula nuda, in qua nihil eſt depictum: Nam ſicut tabula non magis, nec primò, eſt ræceptiua picturæ vnius hominis,

puta

puta Sixti aut Alexandri deſcriptio inſignium Illuſtriſſimæ Peretti orum familiæ: Quàm vnius Leonis tranſuerſati à ſtellata litiea, cum Ramo viridi, & fructibus ad maturitatem fęliciſſimá reductis, poſterioresq; pedes ſuper trium montium emine tiorem erectos tenentis, ita intellectus ratione ſui: nec ſecundo, nã intellectus prius intelligit qđ poteſt in cognitione confuſa: vnde ſi ſecus, ſequeretur quòd eſſet ordo eſſentialis inter iſta, qđ ſemper magis vniuerſale intelligitur. Quod eſt falſum, dicit.n. Ariſt. 7. Meth. c. 8. ſenſum cognoſcere ſpeciem aquæ, & mulli, ac etiam ſpeciem coralli, nõ tamen proximum genus, eo quòd vltimæ rerum differentiæ ignorentur.

Contra tertiam eſt inconueniens contra Ariſt. quod vniuerſale neceſſario ſemper eſſet ab intellectu primo cognitum: præterea non animaduertit Iandunus quomodo intellectus ratione ſui non indiget tali diſpoſitione, eo ꝙ ſui natura ſit ad omnia diſpoſitus, eſt.n. dixit Ariſt. omnia facere, & omnia fieri: diſpoſitio namq; ſua connaturalis, eſt denudatio ab omni intelligibili, vt dicit Ariſt. 3 de anima 4 debet eſſe immixtus, & denudatus, quia intus exiſtens prohibet ext. non autem vniuerſale. Cõtra Iandunum.

Contra quartam, quæ mihi maxime probatur, nil dicam, niſi ꝙ ſi eam vt videtur contra Scotum tenet, non bene intellexit Scotum, nam ſi conditione ſpeculatus eſſet ab eodem ſuæ ſententiæ aſſignatas, & ipſe cum cæteris dixiſſet nobiliorem, ſubtilioremque non reperiri doct. Cõtra Archangelũ conditionaliter.

Ad rationes principales pro prima opinione reſpondeo, & ad Primam tripliciter.

Primò negando ſuppoſitum ꝙ eſt ſingulare cognoſci ab intellectu & cauſa negationis ſit ex Ariſt. auctoritatibus, & modo ſeu ordine operandi intellectus. Solutio 1. rationis pro prima opinione.

Secundò negatur maior, & cauſa negationis eſt, quia talis eſt ordo operandi intellectus quòd in eodem inſtãti quo abſtrahit ratione virtutis actiuæ, etiam intelligit virtute paſſiuæ, & ſic nõ ſingulare vt abſtractum non præcedit, ſed aut eſt in eodem inſtanti, actus intellectus, aut conſequitur actum intellectus tanq̃ cauſam ſuam effectus.

Tertiò diſtinguendo dico, ꝙ vniuerſale præcedere actum intellectus ſtat dupliciter. Vno modo vt potentia intelligibile, & ſic dicitur quidditatis materialib. conditionibus adumbrata alio modo vt actu intelligibile, & ſic dicitur quidditas & eſſentia, in aula puriſſimę quidditatis, ab omni materialitate ſeiuncta, ſepa- Quomodo vniuerſale pręcedat actũ intellect⁹.

rata,

rata,& conſiderata, tunc ad minorem formaliter dico quòd vniuerſale non præcedit, ſi in actu conſiderato non autem in potentia in notitijs confuſis,in quibus vniuerſale minus particulari percipitur.

Ad ſecundam.

Ad ſecundam dico ad minorem negando,nam tantum abeſt vt hæc ſit falſa, vt potius ſit maxime vera & Ariſt.conſentanea; nam talis eſt natura abſtractionis rationis præciſiuæ formalis.

Ad tertiā

Ad tertiam dico quòd imponere nomina rebus ſumi poteſt dupliciter.

Vel immediate & formaliter.

Vel mediata & virtualiter tunc formaliter ad argumentum tranſeat. Maior ad minus vera eſt mediate & virtualiter, i. medio ſenſuum,de quorum iure ſunt ſenſibilia & ſingularia.

Ad quartam dico formaliter pro conſequentia quòd ly magis duo dicere poteſt;

Magis & componibile:

Magis & componibile tunc ratione ſecundi negatur conſequentia,& minor ſubſillogiſmi.

Ad quartā

Ad rationes principales pro ſecunda opinione & præcipue

Ad rationes pro ſecūda opi.

Ad primam dico quòd intelligi poteſt de duplici notitia

Confuſa &

Diſtincta, ſi de diſtinctione eſſet vniuerſa attamen cum loquetur de confuſa eſt falſa omnino.

Ad probationem minoris ſecundæ,quæ eſt in ſenſibilibus,dico quòd id ſit non ratione ſenſus, nec obiecti: ſed improportionatæ diſtantiæ.

Ad Minorem tertiæ dupliciter reſpōdet &primo quòd quadrupliciter intelligi poteſt.

Ens eſſe obiectum intellectus.

Vel cognitum

Vel cognoſcibile, ſi primo intellectus, minor negatur, quoniā propria paſſio entis nō eſt eſſe cognitum, ſed cognoſcibile.

Vel ſecundò quòd valet inter conceptus diſtinctos, non autem confuſos.

Vel tertio, quòd ens eſt obiectum intellectus primum communitatis ſed non iuris, ideo remotis impedimentis, cognitione confuſa,non eſt vniuerſale,aut ens,ſed minus vniuerſale, & ſpeciei ſpecialiſſimæ conceptus. & vlterius ſequitur quòd cognitio confuſa ſemper & ordo confuſè concipiendi,eſt prior ordine diſtinctè concipiendi. contra ſanctum Thomam.

Vel ſe-

Vel quartò quòd in argumento magna eſt æquiuocatio: dupliciter enim poſſumus intelligere quòd potentia feratur in ſuum obiectum primò.

Vnico tanquam in id, ſub cuius ratione fertur in quodcunque, quomodo ſenſus viſus in colorem primò fertur, quia eatenus videt album, nigrum, & reliquos colores; quia colores ſunt: & ſic vnaquæque potentia fertur in ſuum obiectum, & intellectus nihil intelligit quod non ſit ens.

Alio modo quòd feratur in ſuum obiectum primò abſtractum, & tanquàm id quòd cognoſcitur, vt ſi viſus videret colorem ſolum, & hoc non eſt in vllo ſenſu: intellectus eſt, qui ſic poteſt ferri, tamen id non eſt neceſſarium vt primò faciat, & de hoc argumentum procedit, & ita maior falſa.

Ad rationem vnicam pro tertia opinione negatur ſimpliciter probatio: nam vniuerſale, propter inconuenientia, & auctores non poteſt vllo modo dici intellectus diſpoſitio. *Ad rationes p tertia.*

Ad quattæ rationes, valeant pro ea generaliter dicta, ſimpliciter enim conſiderata eſt veriſſima, ſicut illa Scoti cum conditionibus: & hæc de ſecundo articulo. *Ad rationes pro quarta.*

Pro tertij articuli intelligentia aliqua veniunt notatu digna adnotanda, & primo, quòd aliquod obiectum eſſe primum triplici primitate contingit *Tertius articulus.*

Perfectionis *Primum not.*

Originis, generationis, ſeu executionis & *Diſtinctio Scotica.*

Adæquationis, quæ quadruplex à Scotiſtis ſtatuitur.

Adæquationis formalis, vt paſſio propria adæquatur ſubiecto, ita quòd vbi eſt potentia, ibi eſt obiectum, & econtra, ſicut aliqui Phyloſophorum de Diuina eſſentia dixerunt, quòd eſt ita adæquatum obiectum intellectus Diuini, vt nil aliud intelligere poſſit intellectus Diuinus, ne vileſcat: & ita fortè iſto modo nulla potẽtia operatiua habet obiectum tali primitate adæquatiua adæquatum.

Virtualis, & tali primitate dicunt Theologi, quòd Diuina eſſentia eſt ſic adæquatum obiectum intellectus Diuini virtualiter, vt non poſſit intelligere, niſi illam, aut ea, quæ repræſentantur in ea ſupereminenter contenta.

Quidditatiuæ, & ſic de potentia viſiua dicitur, quòd eius obiectum adæquatum ſic dicitur eſſe color, vt non poſſit, niſi ad colorata attingere, in quibus color includitur quidditatiuè, prima attingentia.

Denominatiuæ, quomodo dicimus quòd corpus eſt obiectū adæquatum viſus, quia omne coloratum eſt corpus, & omne corpus eſt coloratum, & per conſequens viſibile.

Secundū not. Secundo notatur quòd D. Thomas, Henricus, Gottofredus de fontibus, & Scotus, ſunt in maximo diſcrimine, dū loquuntur de obiecto primo, & adæquato noſtri intellectus: nam D. Thomas tenet quidditatem rei materialis eſſe naturale & adæquatum obiectum intellectus noſtri, & vt percipere potui ex natura potentiæ.

Quod nullo modo bene poteſt ſuſtineri: nam quandocunq; remanet potentia eadem licet varietur ſtatus ipſius potentiæ, ſemper manet idem obiectum eiuſdem potentiæ; ſed pro ſtatu iſto viæ, & patriæ alio, manet idem intellectus igitur ex natura potentiæ idem obiectum; ſed pro ſtatu patriæ obiectum non erit quidditatis materialis & ſenſibilis, igitur nō bene dicit Diuus Thomas ſi ex natura potentiæ illud aſſignet.

Henricus Gādauenſis. Dominus Henricus Gandauenſis tenet eſſe D. O. M. ſed in hoc & ipſe nimium aſcendit, ſicut & D. Thomas nimis deſcendit: nam primum & naturale obiectum alicuius potentiæ habet ordinem naturalem ad illam potentia, ſed Deus non habet ordinem naturalem ad intellectum, quia non eſt materiale motiuum; niſi dicatur quòd mouet naturaliter ſuo quodam attributo generali. ſ. eſſe: ſed tunc ens & non Deus eſſet obiectū: igitur poſitio non bona: Gottofredus de fontibus aſſeruit ſubſtantiam: ſed nec ipſe optime eſt philoſophatus: nam illud non poteſt eſſe obiectum primum intellectus noſtri, & adęquatum, quod non habet communitatem prædicationis, reſpectu omnium intelligibilium, vel continentiam virtualem reſpectu omnium; At ſubſtantia non habet, nec communitatem nec continentiam, igitur, minor patet, quia multa accidētia ſunt quæ nata ſunt mouerę; & paſſiones non ſunt natæ mouere, niſi virtute ſubiecti.

Gottofredus de fōtibus.

Scoti optima ſententia introducitur. Scotus quæſt. prima Prologi, in primo ſenten. diſt. 3. q. 3. in tertio Quolib. & in decimaquarte Quolib. multa & nobiliora concluſiue profert, vt videbitis, lectores in reſolutione meæ propoſitæ & latæ quæſt.

Tertium not. Tertiò notatur quòd ſecundum Scotiſtas conceptus triplex eſt.

Simplex vnus, & eſt ille, qui licet vno actu ſimplici poſſit attingi, eſt tamen reſolubilis in plures partiales conceptus, & eſt

conceptus

conceptus ſpeciei, dictus ſimplex vt diſtinguitur contra complexum; ac etiam confuſus, confuſione partium eſſentialium actu contentarum vt Scotus dicit.

Simpliciter ſimplex alter, & eſt qui non poteſt reſolui, ſed ad ipſum ſtat vltimata reſolutio, ſicut eſt conceptus entis in vniuerſali, nam tale primum oportet dare, ad quòd ſtet talis reſolutio: alioquin in eſſentialiter ordinatis eſſet proceſſus in infinitum. & dicitur conceptus diſtinctus.

Summè ſimplex tertius, qui nec actu, nec potentia eſt reſolubilis; nec cum alio componibilis, vt eſt conceptus Diuinæ eſſentiæ.

Quartò notatur quòd ſecundum eoſdem triplex eſt notitia. Quartum not.

Actualis

Virtualis &

Habitualis.

Prima eſt ipſamet actualis intellectio.

Altera eſt, quādo aliquod intelligitur in aliquo vt pars obiecti, quòd primò cognoſcitur, & non vt obiectum primum, vt ſi intelligatur homo, Animal terminat iſtam notitiam vt pars, & talis animalis notitia eſt virtualis, notitia entis eſt virtualis notitia, quia vt obiecti incluſi, &c.

Tertia eſt quando obiectum eſt ſic præſens intellectui in ratione intelligibilis quòd intellectus immediate poteſt exire in actualem intellectionem, & breuiter notitia habitualis eſt meritoria & dicit actum primum: ijs omnibus ſic ſtantibus pro Phyloſophis quærentes de primo cognomento ab intellectu pono hanc concluſionem. Pro Phyloſophis.

Inter conceptus indiſtinctos quos habemus originis executionis Primitate eſt conceptus ſimplex.ſ.ſpeciei ſpecialiſſimæ: & eam probo. Prima cōcluſio reſolutiua.

Primò ſic:

Cauſa naturalis non impedita agit ad ſuum effectum ſecundum vltimum ſuæ potentiæ igitur producit & cauſat perfectiorem effectum, quem primò poteſt.

Sed notitia eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ, igitur in ordine indiſtinctè concipiendi, &c.

Antecedens primum eſt clarum, quia agens naturale non poteſt non agere ex 2. Phyſ.

Minor proſillogiſmi patet, quia ſi non, ſed eſſet conceptus alicuius vniuerſalioris, tunc illa cognitio non eſſet perfectior,

quæ virtute illarum cauſarum ſ.ſpecierum intelligibilium aut phantaſmatum cum intellectu poſſet haberi, & tamen dictum eſt quòd cauſæ naturales non impeditæ &c.

Conſequẽtia nota eſt, quia ſi ſecundum vltimum ſuæ potentiæ, agit ad perfectiorem effectum, quem primo poteſt producere.

Secundò ſic probatur concluſio ex Auicẽna in Metaphiſica ſua dicente, Metaph. eſt vltima ordine doctrinæ, igitur primum ſic cognitum eſt conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ.

Conſequentia probatur, quia ſi primò non cognoſceretur conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ, poſtmodum generis, deinde ad generaliſſimorum conceptus aſcẽdendo, ſequeretur quòd Metaphyſica non eſſet vltima ordine doctrinæ, ſed prima, cum ipſa ſit de vniuerſalibus: igitur &c.

Tertiò ſi conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ ſingularis fortius mouentis ſenſum primo à nobis non cognoſceretur in ordine indiſtinctè concipiendi, ſequitur quòd ſpecies alicuius mouente intellectum, tranſiret magnum tempus antequam haberetur notitia ſpeciei ſpecialiſſimæ: exemplum; habeo aliquem amicum in patria, habeo ſpeciem phantaſticam ipſius, quæ cauſat ſpeciem intelligibilem de illo, quæ mouet intellectum ad notitiam vltimi, & minus vltimi, ſequeretur quòd ſpecies intelligibilis in intellectu eſſet, & moueret intellectum & ſtaret per magnum tempus antequàm haberet notitiam ipſius ſpeciei ſpecialiſſimæ, quia primo cognoſcuntur vniuerſaliora.

Quartò

Quandocunque ſunt naturalia agentia æquè alicui approximata paſſo, id quòd eſt perfectius, & efficacius præuenit in mouendo aliud &c. ſed inter omnes rationes formales repræſentatas intellectui, perfectior, & efficacior eſt conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ igitur

Minor probatur, quia quandocunque aliqua ordinantur in aliquo genere ſecundum ſub, & ſupra, id quòd eſt poſterius, ſemper eſt perfectius, eo quòd cætera aliquo modo includat, & vltra, aliquod addat: vnde cum ratio conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ ſit talis, erit perfectior, & æquè approximata, citius aget, & prius; & ita conceptus &c. quæ rationes Ioannes Iandunenſis in hoc craſſa minerua, & groſſiori ſubtilitate philoſophans nititur infringere primam contra ſubtiliſſimum reflectens ſic

Reflexio argumentorũ Scoti craſſa à Ianduno.

Cauſæ

Cauſæ naturales non impeditæ agunt ad perfectiorem effe-ctum quem poſſunt, ſed cauſæ naturales, & notitia diſtincta eſt perfectior quàm confuſa, igitur & notitia diſtincta præcedet ſimpliciter confuſam cōtra ſupplementum Scoti, & magis vniuerſale erit primo cognitum.

Maior eſt nota, & minor cum concluſione falſa, igitur aliqua præmiſſarum. Non minor, ergo maior, quæ primæ probationis eſt maxima.

Secundò ſic

Sumatur maior, & ſubſumatur minor, ſed cauſæ naturales non poſſunt producere notitiam diſtinctam, igitur ſequitur ꝙ nunquam poſſunt producere, & ſic nunquam habebimus notitiam diſtinctam per cauſas naturales notitiæ.

Tertiò ſic natura procedit ab imperfecto ad perfectum in quocunque ordine concipiendi igitur cauſabit notitiam conceptus generici, quàm ſpecifici.

Conſequentia patet, quod notitia generis eſt imperfectior.

Contra ſecundam arguit dominus Ocham, tenens quòd termini Metaphyſici prius concipiuntur à nobis ordine doctrinæ, antequam cognoſcamus terminos ſpecierum ſpecialiſſimarum, & tamen Metaphyſica eſt vltima ordine doctrinæ. Quia non ſequitur quòd ſi concipimus terminos Metaphyſicales, ꝙ concipiamus principia complexa vniuerſaliorum, de quibus eſt Methaphyſica. Ocham arguit cōtra ſecundam rōnē Scoti.

Contra tertiam idem dictus ſimiliter contra te dicam ò Scote econuerſo de vniuerſalioribus, flueret magnum tempus antequàm cognoſcerētur magis vniuerſalia per talem ſpeciem, ſi primò cauſaret notitiam ſpeciei.

Contra quartam Thomiſtæ aliqui ſic dicunt

Talis ordo ſi detur, eſſet cognitorum apud intellectum qualis eſt apud ſenſum eo, quòd cognitio noſtra ortum habeat à ſenſu.

Sed in cognitione ſenſuum primo cognoſcitur ratio generis ſubalterni quam ſpeciei, vt patet à remotis in vidente, igitur quæ quoniam friuolæ ſunt & nullius valoris; ab omnibus faciliſſimè poſſunt diſſolui; ideo Defenſio Scoti contra Iandunum.

Ad primam contra primam dico, de mente Scoti & Scotiſtarum omnium, quòd maxima maior illa, intelligitur, primò: nam ſi cauſæ naturales, ita cito poſſent cauſare notitiam diſtinctam ſicut confuſam, diſtinctam producerent, ſed non poſſunt Solutio primæ reflexionis.

propter

propter modum agendi intellectus.

Ad ſecundã contra eandem conceditur maior cum ly termino primo. ſ. qui eam primò poſſunt producere, ſed notitiam confuſam primò producunt: conſequentia etiam pleno negatur

Solutio 2. teſt. ore, eo quòd comittitur fallacia à ſecundum quid, ad ſimpliciter non. n. ſequitur notitia diſtincta primò non poteſt haberi mediantibus iſtis cauſis. ſ. phantaſticis ſpeciebus cùm intellectu: igitur non poteſt haberi notitia diſtincta.

Ad tertiam contra eandem conceditur maior, ſed negatur cõ

Solutio tertio reflexionis. ſequentia, & cauſa negationis eſt, quia quandoque comparatur notitia diſtincta ad confuſam, debet intelligi reſpectu eiuſdẽ obiecti, modo eſt reſpectu diuerſorum obiectorum: quando dicitur natura procedit ab imperfecto ad perfectum, intelligitur de eodem obiecto, ita quòd natura prius producit notitiam confuſam obiecti, ſecundò producit notitia diſtinctam, ſicut in naturalibus nam reſpectu eiuſdem procedit à minus perfecto ad minus perfectum, vt prius producit formam ſeminis, ſecundo formam carnis, & ſic diſcurratis.

Solutio 1. rationis Ocham. Ad rationem contra ſecundam dicitur de conſenſu Ariſt. quod ſi termini cognoſcantur, quod etiam principia cognoſcuntur complexa.

Ad rationem contra tertiam dicitur quod non eſt illud inconueniens, eo quòd illa ſpecies intelligibilis non eſt apta nata cauſare

Solutio ſecunda Ocham. immediatè notitiam magis vniuerſalis, ſicut ſpeciei ſpecialiſſime, ſed tantum mediatè: ex quo patet quomodo intellectus in notitiis confuſis æqualiter ſe habeatur intellectus, ſed magis vnum quòd alterũ intelligit, eo quod ſit magis primo motiuũ.

Ad rationem contra quartam Reſp. quod ideo ſenſus aliquãdo ſentit magis communem confuſè, quia inter ipſum & obiectum non eſt debita diſtantia, & præcedens quid nominis cognitio.

Solutio rationis Thomiſtarũ.

Sed contra poſſet dicere ſubtilis Thomiſta; quia quantum magis agens eſt perfectius, tantò a remotis poteſt agere.

Replica.

Sed ratio ſpecifica per te ò Scotiſta eſt perfectior igitur, &c.

Subtilius reſpondeo ego de mente Scotiſtarum quòd propoſitio accepta valet in agentibus eiuſdem rationis, vt calidum in tanta doctrina calefacit magis calidum in maiori diſtantia calefacit: non ſic euenit in agentibus alterius & alterius rationis, vt ſunt ratio generis, & ratio ſpeciei, vt ratio qua ignis calefacit eſt imperfectior illa, qua ignis ignit, quia hæc eſt ſubſtantia, illa vero

Solutio.

rò

rò accidens; & tamen calefacere poteſt in illa diſtantia, in qua nō poteſt ignire.

Non defuit ex recentioribus D. Franciſcus Toletus ſocietatis Ieſu, qui & ipſe, vt ſapientior doctrinam nobiliſſimam, & bene intellectum irrefragabilem damnans, haberetur; dixit, qđ fuerunt quidam Scoti diſcipuli, qui tribus rationibus confirmarunt de naturali primo cognitio Scoti poſitionem quarū qđ Frāciſcus Toletus Ipugnatur & redarguitur.

Prima eſt talis, vniuerſale eſt perceptum à ſingularibus. i. à ſimilitudine reperta in ſingularibus, ſed maior ſimilitudo eſt inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, igitur illorum vniuerſale erit primo cognitum quòd eſt minus vniuerſale.

Secunda vniuerſalia attinent ad poſteriores ſcientias vt Ens ad Methodum, igitur ſunt vltimò cognita.

Tertia cauſæ non naturaliter impeditæ &c. eaſq; ſingilatim ſoluere nititur.

Primā & tertiā dupliciter; Conceditur prima & tertia rō in applicatione perfecta indiuiduorum, & quòd conceptus ſpeciei, eſt primo cognitum neceſſario, ſed negatur quòd ſpecies vltima primo neceſſario ſit cognita: videatis quæſo quomodo vir iſte in hoc contra Scotum loquens decipitur, ſi.n. vidiſſet & intellexiſſet, aut voluiſſet videre, & intelligere Scotum, & non ad auram popularem fabulari, in hoc uidiſſet quòd Scotus & Scotiſtæ dicunt idem quòd ipſe dicit. ſ. quòd inter conceptus indiſtinctos cognitione actuali, pro iſto ſtatu, omniq; ammoto impedimento, primum cognitum, eſt conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ vel minus vniuerſale, cuius ſingulare magis mouet ſenſum, ad quid igitur dicere cum applicatione & ſine? quærens deſtruere, & vtens lapidibus conſtruentibus? Impugnatio cordialis.

Secundam pariter dicens quòd vniuerſaliora quantum ad abſtractionem diſtinctam à ſingularibus via originis, ſunt poſteriora cognitione & minus vniuerſalia priora, quo autem ad aliā abſtractionem, quæ fit poſt primam, præcedunt vniuerſalia, minus, admiror equidem Domini, tantum hominem, in nauigando peritum hoc feciſſe naufragium. dum inuehit contra Scotū, & dicit idem quòd Scotus de notitia habituali inter conceptus diſtinctos &c, & ſuo non potitur voto, omnibus ſanè philoſophantibus oſtendit ſe inſulam pro Scopulo accepiſſe: putauit ipſe cum obhaniſtis, Ianduniſtis, & Thomiſtis aliquibus doctrinam ſaniſſimam, & floridiſſimam Scoti ſubtiliſſimi, ſingulariſſime inter ſcholaſticos Philoſophos, & Theologos lucidiſſimam

ſub-

ſubtilitate ſplendentis, alteram ( per ſimilitudinem in nobilitate & copia fructuum) Cratæ inſulam, Scopulum eſſe Scyllæ aut Carybdis, ſed quia inſula eſt ſemper inſula ; ideo velint nolint eam damnantes, confitentur Scoti veram eſſe doctrinam , ſi bene intelligatur : ſed procedamus concluſiuè pro quæſtionis & tertij prolixi ſatis articuli reſolutione .

Scotiſta lector & eris reſolutus .

Secunda concl.

Secunda concluſio nullum ſimpliciter ſimplex poteſt indiſtinctè cognoſci, probatur, quia ad ipſum ſtat vltimata reſolutio per quam fit diſtincta cognitio, & ideo de hoc dicitur quòd aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, eo quòd non habeat in ſe aliud & aliud.

Tertia cõcluſio.

Tertia concluſio in ordine diſtinctorum conceptuum, & notitia actuali, primum cognitum eſt conceptus entis, & magis vniuerſalis : patet ex ſuperiori.

Quarta conclu.

Quarta concluſio primum cognitum notitia habituali originis primitate dicitur vniuerſalius & communius, & ſenſus concluſionis eſt, prius ſm originem obiectum eſt præſens intellectui ſub ratione magis vniuerſalis, quàm minus vniuerſalis probatur.

Qualis eſt ordo aliquorum in entitate, talis eſt eorundem in cognoſcibilitate, ſed ſic eſt quòd talis eſt ordo aliquorum in entitate quòd illa, quæ ſunt imperfectiora ſi nata ſunt recipi in aliquo ſuſceptiuo, prius perficiunt ſuſceptiuam quàm illa quæ ſunt perfectiora : Et magis vniuerſalia ſunt imperfectioria, quã minus vniuerſalia, igitur.

Maior eſt Philoſophi minorem probat Scotus exemplo de anima dante eſſe animatum, &c.

Quinta concl.

Quinta inter conceptus diſtinctos & indiſtinctos, uia generationis ſemper eſt conceptus indiſtinctionis primò cognitus : patet ex prænotandis.

Sexta conclu.

Sextà nullum poteſt poni obiectum adæquatum intellectus adæquatione formali, nam anima prius intelligit alia quàm ſeipſam; ſed tantum Diuina Eſſentia eſt ſic obiectum adæquatum diuini intellectus.

Septima concl.

Septima nullum pro ſtatu uiæ poteſt habere obiectum adæquatũ adæquatione uirtuali, non.n. intelligit aliquid in cuius virtute omnia alia intelligat, non ſeipſam, quia ſe per aliam intelligit : haberet etiam vnum actum reſpectu omnium intelligibilium, ſi huiuſmodi haberet obiectum.

Octaua concl.

Octaua nullum habet obiectum adæquatum adæquatione quid-

quidditatiua: quia de ſimpliciter ſimplici,& primò diuerſi, nihil dicitur, vel in eis quidditatiue includitur: multa autem talia intellectus intelligit.

Nona ens commune enti reali,& enti rationis ſm ſuam totam latitudinem, quòd eſt quacunq; æquiuocatione æquiuocũ, & dicitur tranſcendẽtiſſimè ſumptum ex Scoto in tertia. Quod eſt obiectum adæquatum & primum naturaliter noſtri intellectus primitate communitatis, & adæquatione denominatiua: nam ad omnia, quæ denominatiuè ſunt entia poteſt attingere intellectus attingentia denominationis, non quidditatis. Nona cõclu.

Decima ex prima prologi ſent. Scoti. Ens reale vniuocum Deo & creationis vniuocatione Methaphiſica, & in quarto gradu vniuocationis eſt primum obiectum intellectus noſtri.i.ad quòd naturaliter intellectus inclinatur. Decima concl.

Vndecima ex q.3.d.3.primi. Ens reale finitum & abſolutum eſt primum & adæquatum obiectum intellectus noſtri motiuũ ex natura potentiæ. Vnd.conclu.

Duodecima ens reale finitum eſt primum obiectum intellectus ſed terminatiuum. Duodecima cõclu.

Tertiadecima ex 14 quodl.quidditas rei ſenſibilis eſt primũ obiectum motiuum intellectus noſtri pro ſtatu iſto uiæ, & ĩ hac poſſumus Scotum cum D.Thoma concordare, quem certè puto, contra D. Cartoretum in hoc abſolute loquentem & non conditionibus vt Scotus, loqui pro ſtatu iſto, eo quòd loquatur de potentia coniuncta: & ſi ex natura potentiæ loquitur, intelligentium crede ex natura potentiæ coniunctæ. Decima tertia cõclu.

Quartadecima quæ eſt virtualiter in prædicta addi poteſt: Subſtantia eſt obiectum intellectus noſtri terminatiuum: nam pro ſtatu iſto, ſubſtantiam motiue non intelligimus, eo quòd ſm Scotum & omnes bene philoſophantes, non concurrit cum intellectu ad producendam notitiam ſui, ſed intelligitur tantum terminatiuè via compoſitionis,& diuiſionis uenando ſuam definitionem. Decima quarta cõclu.

Quintadecima Deus benedictus in perſonis trinus, vnuſq; in eſſentiã eſt obiectum primum & naturale intellectus noſtri.i. primitate perfectionis,& ad quòd naturaliter inclinamur, non tamen ſub conceptu proprio ex propriis extracto naturaliter attingibile, & ita patet famoſa hæc quæſtio de obiecto primo, & Decima quinta cõclu.

adæquato noſtri intellectus ſecundum Theologos, & Philoſophos determinata, ex quibus determinationibus prænotatis repulſiuis, & concluſiuis, poteſtis lectores vt Sixtus Quintus Pontifex Maximus viuens faciebat, omnes circum eandem gyrantes lites diſſoluere, & ſedare.

# QVAESTIO SECVNDA.

## *De ſubiecto totius Philoſophiæ naturalis.*

ARDVA, perdifficiliſque etſi ſit quæſtio hæc de ſubiecto totius philoſophiæ naturalis, ab eccellentiſſimis non paucis viris (ſi mihi hoc fas eſt dicere) cribrata; de more mecum ſi methodicè in eius excitatione nedum, ſed etiam in reſolutione eiuſdem procedetis ò Lectores, manifeſta faciliſque fiet.

Primo enim terminos ingredientes titulum exponam.

Secundò vnam tantum opinionem refellendam adducam.

Tertiò concluſionem reſolutiuam ponam.

Quartò dubias & contrarias rationes cum auctoritatibus diſſoluam.

Dubitatur vtrum corpus naturale ſit ſubiectū in tota ſcientia naturali.

In qua dubitatione ſunt quatuor termini principales declarandi. Quorum primus eſt, ſubiectum; ſcientia & cognitio naturalis alter; corpus, eſt tertius; & naturale quartus.

Circa primum terminum inſiſtens de mente optime philoſophantium dico, quòd ſubiectum quadruplex eſt.

In quo, ecce primum.
Ex quo, ecce alterum.
De quo, ecce tertium.
Circa quod, ecce quartum.
In quo eſt, & ipſum duplex eſt.
In quo ſundamentale, &

In quo informabile ſeu informatiuum.

Primum vt ſubſtantia, quæ eſt fundamentum accidentis.

Alterum, vt materia, quæ à forma informatur informante.

Ex quo eſt & ipſum duplex.

Naturale eſt primum.

Artificiale ſecundum.

Primum vt materia naturalis omnium inexiſtentium commune ſubiectum, & compoſitorum pars eſſentialis.

Secnndum vt ſignum & æs, ex quibus fiunt & ſcamna; & ſtatuæ.

De quo, & ipſum duplex eſt.

Simplex eſt primum.

Compoſitum ſecundum.

Primum dicitur id quòd ante copulam ponitur in propoſitione cathegorica de ineſſe vt homo eſt currens, homo dicitur ſubiectum.

Secundum dicitur id quòd ante copulam vel copulatiuam, vel conditionalem, vel diſiunctiuam ponitur in poſitione hypothetica: & dictum in propoſitionibus modalibus, vt omnẽ hominem legere eſt poſſibile.

Circa quod & ipſum nedum eſt duplex ſeu quadruplex.

Vniuerſalitatis dicitur primum.

Principalitatis dicitur ſecundum.

Fundationis tertium &

Conſiderationis quartum.

Primum eſt illud quòd totam circuit ſcientia, & de quolibet in ſcientia contento verificatur.

Secundum eſt illud quòd tanquàm nobilius principali intentione conſideratur.

Tertium eſt illud, in quo in aliqua ſcientia conſiderata fundantur.

Quartum eſt illud, ad quod omnia reductiuè habent attributionem & hoc duplex eſt.

Totale dicitur primum.

Partiale ſecundum.

Primum eſt quòd totam complectitur ſcientiam per attributionem, non prædicationem.

Secundum eſt, de quo in particularibus libris totius ſcientiæ, fit ſermo.

Primum verò & ſecundum eſt duplex.

Quod,

Quod dicitur vnum, &

Quo dicitur alterum:

Quod, eſt illud, ad quod omnia attribuuntur.

Quo, verò id, quòd in gratiam ſubiecti quod conſideratur, & hęc de primo.

Circa ſecundum adnotetis lectores, communem hanc doctrinam, quomodo ſ. cognitio omnis eſt vel diuina, vel humana.

Diuina eſt, quæ à diuino fluit numine, vel mediatè, vel immediatè.

Mediatè illa eſt fluens, quæ eſt ad nos delata per Angelos, bonos, per Prophetas, per Sacramenta, per reuelationes, quæ quidem fiunt per miſteria, per inſomnia, per viſiones.

Viſionum tamen.

Aliæ ſunt ſenſibiles,

Aliæ ſunt immaginariæ,

Aliæ ſunt intellectuales.

Senſibiles ſunt, quando aliquid videtur exterius, & intelligitur ſignum eius ſicut dum Daniel vidit inſcribi parieti ab Angelo Mane &cæt.

Immaginariæ, quando in vi immaginatiua formantur imagines virtute diuina ad aliquid ſignificandum occultum, vt qñ Daniel vidit quattuor animalia aſcendentia de mari.

Intellectuales ſunt, quando ſine imaginibus, & figuris viſiones apparent.

Immediatè fluens à Deo eſt illa, quæ infunditur Angelis ſuperioris ordinis, Lex à Deo Moyſi conceſſa in monte Synai, & Euangelium ab ore Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti traditum.

Humana autem cognitio eſt duplex:

Naturalis, & eſt illa, cuius & participia ſunt animalia brutta, vel ex inſita vi, vel ex ſenſuali ratione, nam inſita ac veluti connata vi, omnia animalia ferè ſibi contraria, & vtilia norunt.

Rationalis eſt altera, quæ tantum homini conuenit, & hæc duplex eſt.

Speculatiua eſt vna,

Practica altera.

Prima eſt, cuius finis eſt tantum cogitio.

Altera eſt, cuius finis eſt opus.

Prima eſt, duplex.

Realis &

Rationalis:

Realis

Realis illa eſt, quæ verſatur circa ens reale, quod ſecluſo opere intellectus habet eſſe.

Rationalis, quæ tantum per opus intellectus habet actuale eſſe ſuum

Realis eſt triplex.

Phyſica,

Metaphyſica, &

Mathematica.

Prima de rebus naturalibus, earum cauſis, & proprietatibus tractat.

Secunda de ſupernaturalibus, & naturalibus etiam, ſed vt entia ſunt, non vt mobilia.

Tertia de quattuor demonſtratiuis, ſ. Aſtronomia, Arithmetica, Muſica, & Geometria.

Aſtronomia tractat de ſignis, planetis, & ſtellis, quæ fixæ dicuntur.

Arithmetica tractat de numeris monadicis ſimplicibus dictis numeris digitis, qui non egrediuntur denarium: pariter de numeris, articulis, ex monadibus compoſitis, & tertio de mixtis ex monadibus & articulis: poſtremò de paribus & imparibus, deficientibus & perfectis; per ſe, & per accidens.

Muſica eſt duplex

Naturalis &

Artificialis

Naturalis duplex

Humana &

Cœleſtis.

Prima eſt illa, quæ de propoſitionibus corporis & animæ, atque harum inter ſe partium pertractat, de qua Pſellus in Synopſide dixit, muſicam continere omnia, nihil.n.rerum exiſtentium ſine menſura, & ratione eſt: & Vitruuius lib. 5. Architect. c. 3. cum Durerio.

Altera eſt illa, quæ ex diſpoſito planetarum ordine, concordanti motu, & occurrente in ſpatio definito fit: de qua Plato in Timæo, & Marſilius Ficinus, & Chalcidius, & Boetius, & Pontus Tyardæus in ſolitario.

Artificialis duplex.

Theorica &

Practica,

Theorica inquit Boetius libro quinto, Muſices capitulo primo,

mo, eſt, quæ diuerſorum ſonorum proportionem, & toni diſparem, ſiue inæqualem diuiſionem, ingenio, & ratione, non aure conſiderat.

Practica eſt, quæ modulationem ipſam habet, conſtans vel voce tantum, vel pulſu tantum, vel voce & pulſu ſimul, quæ duplex eſt.

Regularis, &
Irregularis.
Prima eſt duplex
Chorealis &
Figuralis
Secunda eſt duplex,
Vetus &
Noua, de quibus videre poteſtis lectores apud Martianum Cappellam lib. 9.

Geometria vero eſt terræ menſura; eaque circa puras dimenſiones verſatur, & hæc de reali & ſpeculatiua cognitione.

Rationalis autem diuiditur in
Grammaticam
Dialecticam,
Rhetoricam,
Poeticam, &
Hiſtoriam, ijs etiam de mente peritorum addi poteſt iuris cognitio:

Practica eſt duplex.
Factiua, &
Actiua
Actiua triplex eſt
Politica,
Ethyca, &
Oeconomica.

Politica apud Ariſt. 3. Politicorum c. 4. eſt legitima ordinatio Ciuitatis, vel Regni, ſecundum quam alij præſunt, alij parent, & diuiditur in Monarchiam, quæ natura conſtat,

Regnum, quòd per malum conatum mutatur in tirannidem.
Ariſtocratiam, ideſt optimatum gubernationem.
Olygarchiam, ideſt paucorum adminiſtrationem,
Democratiam, ideſt populi Imperium.

Ochlocratiam,

Ochlocratiam, ideſt plebis audatiam & dominium.

Ethyca vt ſcribit Ariſt.7.Politicorũ c.1. & Quintilianus lib. 6.c.3. eſt morum compoſitio ea, inde eſt, quòd dicimus bene agere, & vitam viro dignam, vnde & virtutes morales deueniunt, in quibus philoſophi fœlicitatem ponebant: nos verò Theologi, in ijs iter certiſſimum ad fœlicitatem vt dixit Gregorius Diuus Nazianzenus, & eſt virtus moralis circa qualitates animæ appetitiuæ: Mores enim ſecundum Plutarch. lib. de virtute morum ſunt qualitates animi ratione vacantis. Virtus tamen moribus mixta non eſt, ſed mores regit, & frænum illis imponit, ab omni materia remota, de quibus virtutibus moralibus ſatis in gyris noſtris raggyrauimus.

Oeconomica iuxta doctrinam Xenophontis, Platonis & Ariſt. eſt diſciplina ad gubernationem probam rei familiaris & domeſticæ pertinens.

Oeconomiæ ſpecies ſunt publica & priuata.

Publicæ vt ex Oecon. Ariſt. elicitur ſunt quatuor.

Satrapica.

Regia.

Præfectoria &

Ciuilis.

Priuatæ autem pariter quatuor,

Coniugalis.

Paterna.

Dominica &

Acquiſitiua, de quibus paſſim apud Scriptores mentio fit: & hæc de actiua.

Factiua vero, quæ & mechanica appellatur eſt cognitio, qua opifex cognoſcens, ingenio & opere ſe exercet. vt ait Ariſt. principio quæſt. mechanicarum, & diuidit præcipuè in.

Lanificium, cuius partes ſunt diſcretoria, & concretoria.

Agrorum cultus.

Nauigatio.

Venatio & ſimiles. de quibus videre eſt apud Syntaxeon Mirabilis artis, & hæc de ſecundo termino.

Circa tertium & quartũ dico, quòd corpus in præſenti quæſtione excludit illud trina dimenſione figuratum, de quo Ariſt. lib. de cœlo & mundo, cum dixit eſt, quòd eſt terquaque tale. ſed ex eodem in 2 Phyſ.c.1. nil aliud eſt, niſi quòd habet in ſe principium motus & quietis, & ideo, quodcũque Phyloſophus

naturalis

naturalis contemplatur, id reſpectu motus vel quietis: Modo cum quæro in præſenti de ſubiecto, intelligo de totali, & circa quod, cum loquor de cognitione, de ſpeculatiua reali Phyſica intendo; cum de corpore naturali, reſpectu motus, non menſuræ, ſpeculor.

Diuus Thomas huic quæſtioni reſpōdens, opinatus eſt quod in vniuerſa Philoſophia, (quæ ſecundum eccellentiſſimum Comitem, eſt habitus humanæ mentis, Mundum, rei principia quauis ratione contemplans, hominiſque compones actiones, perſpicaci ingenio formatus pro acquirendo ſummo hominis bono) ſubiectū, ſit ens mobile, ponens ens tanquàm rem conſideratam, mobilitatem vero tanquam modum conſiderandi. & affert multas rationes & auctoritates conferentes.

Prima ratio eſt. Idem eſt ſubiectum ſcientiæ, & paſſionis conſideratæ in illa ſcientia: ſed ens eſt ſubiectum motus; quæ eſt prima paſſio philoſophiæ naturalis, ergo illud idē eſt ſubiectum ſcientiæ. Maior patet primi Poſt. 179. Scientia eſt vnius generis ſubiecti, partes, principia, & paſſiones illius conſiderās: Minor patet, quoniam Ariſt. 3. Phyſ. 6. diffiniens motum, dicit, Motus eſt actus entis in potentia.

Secunda: illud eſt ſubiectum cuius facultas principia venatur, & inquirit: ſed in ſcientia naturali principia entis mobilis inquiruntur; ergo &c. Minor probatur auctoritate D. Thomæ 1. Phyſ. 6.

Tertia: Ariſt. 6. Metaph. dicit, quòd Philoſophia naturalis verſatur circa tale ens, quòd habet in ſe principium motus & quietis, igitur ens, & non corpus eſt ſubiectum.

Quarta: Ariſt. 1. Metaph. ſum. 2. c. 2. naturalis, inquit Philoſophus ſpeculatur accidentia, & principia entium, prout mouentur, igitur

Quinta, Auerroes 4. Metaph. primo, 12. Metaph. 5. de ente inquit mobili ſermonem facit philoſophus naturalis, igitur ens mobile eſt ſubiectum.

Sed contra præfatam poſitionem arguo, eiusque deinde confirmatiuas ratione diſſoluo.

Quando Ariſt. primo Poſter. 179. dicit, quòd ſubiectum debet habere partes, principia, & affectiones, intelligit pro ſubiecto rem conſideratam: tunc ſic. Si ens eſſet ſubiectum in tota Philoſophia naturali, profectò philoſophia naturalis inquireret partes, principia, & affectiones entis: ſed hoc eſt falſum,

igitur ens non eſt ſubiectum: Minor probatur per Ariſt. dicentem id eſſe munus primæ philoſophiæ, 4. Metaph. 1. inquit. n. Metaph. inquirit entis principia, partes, & affectiones.

Probo modo q mobile nō ſit modus conſiderādi, primo ſic Ariſt. 6. Metaph. 2. inquit, quòd modus conſiderandi in ſcientijs, ſumitur à modo definiendi.

Sed in rerum definitione nullum accipitur accidens, ſed tantum genus, & differentia, ergo nec in ſubiecto ſcientiæ. Sed mobilitas eſt accidens, cum ſit ad motum aptitudo, ergo & ex hoc ſumitur quòd modus conſiderandi eſt differentia propria ſubiecti, quemadmodum ſcientiæ, &c.

Secundò ſic; Illud non poteſt eſſe prima ratio formalis ſubiecti primi alicuius ſciētiæ, quod habet in ſubiecto aliquo priore per ſe ad iſtam ſcientiam pertinente per ſe cauſam inhærentiæ ad ipſum ſubiectum; cum formalis ratio ſit per ſe primum conſideratum in tali ſciētia, & propter iſtam rationem de ipſo ſubiecto, præſupponitur ſi eſt, & quid eſt; ipſa etiam eſt primò cognitum in illo genere: ſed mobilitas habet per ſe cauſam inhærentiæ ad aliquod prius primò conſideratum in naturali philoſophia; quoniam natura ponitur à Philoſopho & Cōm. 2. Phyſ. tex. cap. 3. imò ab ipſa Phyloſophia principium effectiuum per ſe ipſius motus, cadit enim motus in definit. naturæ; non tanquam pars eſſentialis ipſius naturæ, ſed tanquam per ſe effectus in definitione ſuæ per ſe cauſæ.

Tertiò. Ratio formalis ſubiectiua eſt: primo nota ſecundum naturam in iſta ſcientia, quia ſubiectum ſecundum rationem formalem eſt ſimpliciter primum in illa ſcientia, cuius eſt ſubiectum, ſecundum ſe conſiderata, non vt comparatur ad aliquem intellectum: ſed motus non eſt per ſe primò motus in naturali philoſophia ſecundum naturam, igitur mobilitas non eſt prima ratio formalis philoſophiæ.

Nec poteſt eum eccellentiſſimus Comes Iacobus Zabarella excuſare, dicens, quòd per mobile forſan intellexit, non aptitudinem ad motum, qui eſt accidens, & qualitas quædam; ſed principium internum, vnde hæc aptitudo, & motus ipſe fluit, quod idem eſt quod naturalitas ſeu natura ipſa; ſciebat namq; D. Thomas, naturam à motu maxime differre, prout cauſa ab effectu differt. intelligit enim de mobilitate primo modo; & confirmant hāc ſententiam Thomiſtarum aliqui, aſſerētes ens mobile potius quam corpus ſtatuendum, vt latius patens, quoniam

niam non ſola corpora, ſed materia quoque & forma mobiles ſunt; non videntes & ipſi, quòd toto aberrant cœlo; nam materia per ſe non mouetur, cum actu nō ſit, & id tantum ſic mouetur quòd actu eſt, teſte Ariſt. 5. Phyſ. ſed tantum per accidēs, dum corpus mouetur: Nec forma, vt dicunt ipſi; nam terminare motum non eſt moueri, imo adueniente termino ceſſat motus; nihil igitur præter id quod in ſe principium motus, poteſt eſſe in naturali philoſophia ſubiectum.

Melius tamen & ſubtilius philoſophatus eſt Scotus ponens pro tali ſubiecto ſubſtantiam naturalem, vt naturalem, quæ nil aliud eſt quam corpus ipſum in ſe habens principium motus; ſic cum ſubſtrato conformauit ſe Ariſt. 6. Metaph. vbi aſſignat ſubiecta trium primarum ſcientiarum, dicens in principio; quoniam vero phyſica ſcientia eſt circa quoddam genus entis, nam circa tale eſt ſubſtantiam in qua eſt principium motus, & quietis in ea, & ibi Comm. & Alex. Alenſis; cum dicit ſubſtantiam, dat ſubſtratum ſeu ſubiectum; cum dicit in qua eſt principium, dat rationem formalem, ipſam naturam: & Comm. procemio Phyſic. cum dixiſſet quòd ſubiectum artis, non ſunt, niſi res ſenſibiles; declarans quid per ſenſibile de ſubiectum, dico, ſecundum quòd tranſmutatur de ſe. & exponens quid per tranſmutationem intelligat d. & ſecundum quòd habens in ſe principium motus & quietis, ecce naturam.

Et ſi dixerit ingenioſus, quòd vti non debebat nomine ſubſtantię, ſed corporis, Reſpondetur, quòd loquebatur de philoſophia naturali in ſe, & non vt in nobis; aut quòd noluit à verbis Ariſt. 6. Metaph. poſitis diſcedere, cum idem ſignificet ſubſtantia naturalis in qua eſt principium motus & quietis, quòd corpus naturale; Modo reſpondendum ad rationes Diui Thomæ.

Ad primam rationem reſpondeo, quòd per ens in potentia in definitione motus, intellexit materiam primam diſpoſitionibus præparatam, item trina dimenſione præditam, & hoc pacto habet corporeitatem & craſſitiem, & quoddam dicitur corpus; vnde ens nō ſumitur communiter, vt D. Thomas putauit, quoniam non ſolùm corpus & materia eſſent ſubiectum motus; ſed forma, intelligentiæ & Deus.

Ad ſecundam nego, & non admitto auctoritatem Diui Thomæ; & cauſa negationis eſt, quoniam non principia entis, ſed corporis naturalis inquiruntur.

Ad tertiam dico quòd tunc in Metaphyſica fiebat ſermo in qua ſubiectum eſt ens, quatenus ens, & aliæ ſciētiæ partē entis contemplantur, non tamen vt ens eſt, ſed vt tale ens; hæc pars entis in Metaph. quæ eſt ſcientia communiſſima, nominata fuit communi nomine, nempe ens; ſed in propria ſcientia, proprio debet appellari nomine.

Ad quartam & quintam eodem reſpondeo modo, & ſic opinio Diui Thomæ totaliter ruit.

Ad mentem autem omnium bene intellectu girantium hác pono concluſionem reſolutam.

Subiectum in vniuerſa philoſophia eſt corpus naturale vt naturale eſt. probo rationibus & auctoritatibus.

Prima ratio eſt: In omni ſcientia & facultate id eſt ponendū ſubiectum, cuius principia, partes, & affectus conſiderantur.

Sed in vniuerſa philoſophia naturali, hæc omnia de corpore naturali conſiderantur, igitur.

Probo minorem, quoniam in libris phyſicis traduntur omnia genera cauſarum, item accidentia omnia, quæ communiter inſunt corpori naturali, item in ſpecialibus libris fit diſputatio de partibus & ſpeciebus corporis naturalis.

Secunda ratio: id eſt ſubiectum in vniuerſa facultate, quòd continet omnia ſubiecta particularia, quæ in particularibus libris conſtituuntur: ſed corpus naturale continet tanquam genus omnia particularia ſubiecta librorum particularium philoſophiæ naturalis, ergo corpus naturale eſt ſubiectum.

Probo minorem: vniuerſum, quòd eſt ſubiectum in lib. de cœlo eſt corpus naturale. item elementa quæ ſunt ſubiectum in libris de generatione ſunt corpora naturalia: item mixtum imperfectum ſubiectum in lib. Meteorologicorum, eſt corpus naturale: animal ſubiectum in lib. de animalibus eſt corpus naturale: corpus animatum ſubiectum in tribus de anima eſt naturale. In octo lib. phyſ. ſubiectum eſt corpus naturale: ergo, &c.

Tertia. Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, quod quidem eſt compoſitum & habet principia.

Sed nihil eſt præter corpus naturale, quòd eſt compoſitum, & principia habet, ita vt pro ſubiecto totius philoſophiæ naturalis ſtatuatur, igitur.

Probo minorem: quia tale non eſt natura, cum careat principijs, eſt enim materia, & forma, quæ ſunt principia

& non

& non compoſita, item neque eſt ens, quoniam latius patet quàm corpus naturale, nam res ſimplices ſunt entia, & tamen nòn ſunt corpora naturalia, veluti materia, forma, intelligentia, & Deus, igitur &c.

Quarta: Ariſt. 1. cœli primò, inquit, ſcientia naturalis ferè plurima eſt circa corpora & non dixit entia, aut naturam, igitur corpus naturale eſt ſubiectum, quoniam ſubiectum ſcientiæ eſt circa quòd verſatur & eſt ſcientia.

Quinta: Ariſtoteles primo Phyſicorum primo, inquit, profectò eius, quæ de natura eſt primum principia explicanda ſunt; ſcientiæ quæ de natura eſt, ideſt entis naturalis, quòd proprio nomine corpus naturale dicitur; ergo corpus naturale eſt ſubiectum.

Sexta: Ariſtoteles ſexto Metaphyſicorum primo, inquit, Scientia naturalis verſatur circa tale ens, quòd habet principium motus & quietis, tale eſt corpus naturale, igitur

Septima: Ariſtoteles vndecimo Metaphyſicorum, cap. primo, dicit, intentio naturalis eſt circa ea, quæ habent in ſe principium motus & quietis, ſed hæc ſunt corpora naturalia igitur.

Octaua: Auerroes in proœmio primi Phyſ. dicit, ſubiectū philoſophiæ naturalis eſt res ſenſibilis, vt habet in ſe principiū motus & quietis, igitur.

Nona: Themiſtius in præfatione primi Phyſ. dicit, intentio eſt agere de rebus naturalibus, qua naturales ſunt; & explicās quid intelligat per res naturales, inquit, idem eſt corporeas dicere & naturales, igitur &c. Vnde notetis quòd idem intelligitur cum dicitur ens naturale, res naturalis, res ſenſibilis, & corpus naturale: corpus naturale eſt ſubiectum, vt naturale, eſt modus conſiderandi: & ſic in tribus articulis pergirans ego oſtendi quomodo in ſcientia & cognitione naturali ſubiectum totale conſiderationis eſt corpus naturale vt naturale eſt. Non autem ens mobile, vt D. Thomas.

# QVAESTIO TERTIA.

## *De ſubiecto Logicæ.*

QVONIAM luce clarius eſt quæſitum de ſubiecto Logicæ, à Scoto ſubtiliſſimorum Principe examinatum, idcirco omiſſis aliquorum craſſa minerua phyloſophantium, ſuperuacaneis, imò potius puerilibus argumentis, præſuppoſitis ijs, quæ de ſubiecto in genere, in præcedenti quæſito de ſubiecto philoſophiæ dicta fuerè, concilians multas opiniones circa ſubiectum totale, & partiale poſſibile, pono concluſiones reſolutas, quarum

Prima eſt: Syllogiſmus amplè ſumptus idêſt pro ipſo ſolo communi genere abſque ſpecierum conſideratione eſt ſubiectum in lib. Præd. Perihermenias, & Priorum.

Secunda: Syllogiſmus ſumptus pro ſola omnium ſpecierum collectione eſt ſubiectum in lib. Poſt. Topicorum, & Elenchorum.

Tertia: Syllogiſmus ſumptus pro ambobus ſimul, pro communi genere cum tota ſpecierum ſuarum collectione eſt ſubiectum in tota Logica.

Quarta: Non poteſt eſſe ſubiectum ens rationis in toto curſu vt poſuit D. Thomas.

Quinta: Non poteſt eſſe Demôſtratio in toto vt poſuit Auerroes.

Sexta: Non res omnes vt Iacobus Zabarella cap. 19. de natura Logicæ.

Septima

Septima: Non argumentatio, vt quædam non bene Scotizantes.

Octaua: In lib. Præd. nullum aliud eſt ſubiectum quam ſyllogiſmus primo modo ſumptus, pariter & in duobus ſequentibus Logicalibus libris.

Nona: In lib. Poſt. demoſtratiuus ſyllogiſmus.

Decima: Syllogiſmus topicus in lib. topicorum.

Vndecima: Syllogiſmus Elenchus in lib. Elenchorum.

Probatur prima concluſio ſic:

Subiectum in facultate tota, aut in parte, ex neceſſitate ſemper eſt, vel aliqua ſpecies ſubiecti totius, vel ipſum commune genus, vt in ſcientia naturali corpus naturale; in lib. de cœlo corpus ſimplex, in lib. de generat. corpus mixtum, in lib. Mæteorum corpus mixtum imperfectum, in lib. de Mineris corpus inanimatum; in lib. de animalibus, plantis, de Anima, & paruis naturalibus omnibus corpus animatum, (ordine compoſitiuo pſpecto) quæ ſunt ſpecies corporis naturalis. in octo lib. phy. auſcultationum corpus naturale eſt ſubiectum primo modo ſumptum, & in ijs agitur de principiis, & accidentibus communibus ipſius corporis naturalis, & libri illi inter ſe diſtinguntur non ſubiecto, ſed diuerſa intentione: A pari in propoſito; in tribus primis Logicalibus; in quibus de principiis, & accidentibus communibus agitur ſyllogiſmi, cum ipſa principia, & accidentia, nullo pacto ſubiectum eſſe poſſint, ſequitur quòd ſyllogiſmus primo modo, pro ſubiecto neceſſario eſt ponendus; diſtinguentur aũt illi libri per diuerſos Scopos, & varias intentiones. Ariſt. conſcripſit enim libros Præd. hac intentione, vt doceret modum prædicandi terminorum; æquiuocum, vniuocum, Analogum, ſubſtantialem, accidentalem, modalem, cum ſimilibus: in lib. Perihermenias, de terminis propriis, & propoſitionibus in ſyllogiſticis diſcurſibus ponendis, in libro priorem, de accidentibus ipſum ſyllogiſmum diſponentibus, & conſequentibus tractat, quæ omnia vt videre poteſtis, lectores, in ratione principiorum, & accidentium conſiderantur.

Probatur ſecunda

Principia, & affectiones ſyllogiſmi demonſtratiui, cum partibus eiuſdem inquiruntur, igitur Syllogiſmus demonſtratiuus eſt ſubiectum in duobus libris Poſteriorum, tali modo inferendi conſequentias, vſus eſt Ariſt. 6. Meth. & 12.

Ante-

Antecedens clariſſimum eſt cum in primo tractet de conditionibus, quæ ſunt quòd debet demoſtratio eſſe ex veris primis &c. de modis dicendi per ſe de figuris aptis ad demoſtrandum in ſyllogizando, & de ſpeciebus ipſis demoſtrationis, cuiuſmodi ſunt, Demonſtratio oſtenſiua, & ad impoſibile ducens, quia, & pp quid, cum cæteris: in ſecũdo de medio demoſtrationis: pariter in libro topicorum & elenchorum, in iis n. traduntur conditiones & principia, cum accidentibus ſyllogiſmi probabilis, & elenchi, igitur ſyllogiſmus, pro collectione ſpecierum eſt ſubiectum.

Probatur tertia.

Subiectum totale ambiens totam facultatem & ſcientiam, debet eſſe indifferens & incontractus, & ad ipſum reduci habent omnia conſiderata in lib. omnibus: ſyllogiſmus pro ſubiecto tertio modo ſumptus, eſt huiuſmodi, igitur &c. minor probatur quoad ſecundam partem, cum prima pateat, nam in tribus primis agitur de principiis & accidentibus incommuni omni ſyllogiſmo conuenientibus, vt de terminis, & propoſitionibus & modis in genere ſyllogizandi, & prædicandi: in tribus verò poſtremis, de ſpeciebus ſyllogiſmi.

Probatur quarta.

Subiectum, pro communi genere ſumptum, neque quoad ſubſtratum, neque quoad rationem formalem ſubiectiuam debet excedere facultatem & ſcientiam ſed eius rationis, quoad ſubſtractum excedit, igitur non poteſt eſſe ſubiectum quomodo ponit D. Thomas; benè tamen poteſt ratione modi conſiderandi dici ſubiectum communitatis, & prædicationis.

Probatur quinta.

Specialiſſima ſpecies duas habet conditiones à Peripateticis aſſignatas, prima eſt quòd ſub ſe non habet aliam ſpeciem ſic enim poſſet eſſe genus, ſecunda quòd ita eſt ſpecies per differentiam vltimam & non ordinabilem ad vlteriora, quòd nunquàm poteſt eſſe Genus: modo cum demonſtratio ſit ſpecies, & ſubiunctiua pars ſyllogiſmi, quæ eſt commune genus, igitur non poterit in tota facultate induens naturam generis; natura ſpeciei ſe ſpoliare.

Probatur ſexta.

Zabarella impugnatur. Scientiæ rationales & reales ſunt formaliter diſtinctæ ſicut ens reale ab ente rationis per ſuam rationem formalem incompoſibilem, ſed Logica eſt ſcientia rationalis formaliter conſiderata

rata

rata igitur non res omnes & reales, à ſcientijs realibus conſide rátas contemplabitur tanquam ſubiectum facultatis, talia enim entia non ſunt ſui iuris, contemplatur enim ea tantum, quæ opere intellectus præciſe habent eſſe actuale, & eo deſtructo nullum haberent eſſe.

Si dixerit Comes excellentiſſimus, conſiderantur res in ordine ad ſecundas rationes, & conceptus.

Contra ego, talis.n.conſideratio eſt contra naturam, cum ſecundæ notiones in gratiam primorum conſiderentur, ſicuti Logica in gratiam phyſicæ, vt & ipſe mille in locis atteſtatur:

Vlterius, eſſet enim hoc ſcientias permiſcere, & non impermixtas ipſas conſiderare, ac ſi Imperator vel Rex vellet ſe miſcere, Sanctiſs. Pont. ſummo imperio.

Probatur ſeptima ex ijs quæ in quinta.

Probatur octaua: principium enim & accidens ſubiecti alicuius non poſſunt pro ſubiecto conſiderari, ſubiecti.n.nomen inordinabile eſt, principiorum autem & accidentium econtra, de ijs propterea eſt intentio aucroris.

Nona, decima, & vndecima, clare veniunt ex probatione ſecundæ: & ita reſolutè de more meo regyrans, vobis ò Lectores ſatis clarè phyloſophatus, oſtendi ſeminarias veritates de ſubiectis ſcientiarum, præcipueq; Phyloſophiæ naturalis, & Logicæ; Circa quæ, & alia in excuſatione ſequenti edenda narrata & propoſita ſubribus. regyrare intendo ab omnibus meis Gyris, ſub fæliciſſimis, Stellæ Siſti V. P. M. Et Alexandri Cardinalis ampliſſimi, auſpitiis, regyrare omitto.

Finis Gyrorum & Quæſtionum Iulij Gemelli Montagnanenſis.

BIBLIOT. ROMA VITTORIO EMANUELE

# AD LECTORES,

## IN FINE DVODECIM

### GYRORVM ET QVÆSTIONVM.

SI in duodecim mirabilium ſubgyrorum, reſolutarumq; agyratatum quæſtionum, regyratione, admiratio (ratione diſtinctiſſimi ordinis, copioſæ breuitatis, & nouæ inuentionis) vos non appræhendit: appræhendat ſaltem vos omnes, Gyrorum mirabilium, & ſapientialium, Gratiæ omnipotentis; Prouidentiæ æternæ memoriæ; Et virtutis prodeuntis; D. O. M. Siſti V. P. ſummi: Et Alexandri Cardin. amphiſſ. regyrantium, ſtupor; veſtrumq; omnium me excuſet humanitas, cui, (prius tamen nunc & ſemper, S. R. E.) me totum, non ſolum, ſed & opus hoc proprium meum (cum cæteris à me edendis, ſ. Conciones ſeptem, de ſeptem mirabilibus rebus: Commentaria in Symbolum D. Athanaſij: De operibus ſex dierum Creationis: Quæſtionemq; de Creatione contra Aquarium) de Gyris gyrantibus gyrans, ſubijciendo ſubgyro.

*Iulius Gemellus Montagnanenſis D. Theologus*
*Franciſcanus Conuent. ſe excuſans*
*& ſubijciens.*

12-30-G-21 154

GOTTSCHER RESTAURO
1971